

LOCA INFESTA,  
Hoc est:  
**DE INFESTIS,**  
**OB MOLESTANTES**  
DAEMONIORVM ET DEFVNCTO.  
RVN HOMINVM SPIRITVS, LOCIS,  
LIBER VNVS.

IN QVO SPIRITVVM INFESTANTIVM  
genera, conditiones, discrimina, opera, mala que viuentibus afferunt; rationes item qui  
his partim cognoscuntur, partim proscribuntur; modi denique, quibus loca ab ipsorum  
molestia liberantur, hisq; similia discutuntur & explicantur.

AVTHORE PETERO THYRAO NOVESIENS. SOCIETATIS  
Theologo, & Professore Ordinario Herbipoli.  
*Accessit eiusdem Libellus de TERRICVLAMENTIS nocturnis,*  
*qua hominum mortem solent portendere.*



COLONIAE AGRIPPINAE,  
Ex Officina Mater. Cholini, sumptib; Gosiuni Cholini.  
ANNO M. D. XCVIII.  
Cum gratia & privileg. Caf. Maie.t.

2 400 40  
Scha

LOCA INFESTA,

Hoc est:

DE INFESTIS  
OB MOLESTANTES

DAEMONIORVM ET DEFVNCTO-

RVM HOMINVM SPIRITVS, LOCIS,


LIBER VNVS.

IN QVO SPIRITVVM INFESTANTIVM

genera, conditiones, vires, discrimina, opera, mala quae viventibus afferunt; rationes item qui-  
bus partim cognoscuntur, partim praescribuntur; modi denique, quibus loca ab ipsorum  
molestia liberantur, hisq; similia discutuntur & explicantur.

AUTHORE PETRO THYRAEO NOVESIENS. SOCIETATIS  
Iesu, D. Theologo, & Professore Ordinario Herbipoli.

Accessit eiusdem Libellus de TERRICVLAMENTIS nocturnis,  
qua hominum mortem solent portendere.



COLONIAE AGRIPPINAE,

Ex Officina Mater. Cholini, sumptib' Gosuini Cholini.

ANNO M. D. XCVIII.

Cum gratia & privileg. Caf. Maie.t.

REVERENDISSIMO  
IN CHRISTO PATRI, ILLUSTRIS.

*ssimo Principi, ac Domino, Domino Iulio, Episcopo Herbspolensi, Francia Orientalis Duci, Studiorum Mechanati & Patrono,*

PETRVS THYRAEVVS, SOCIETATIS  
Iesu gratiam & felicitatem à Deo precatur.

**M**edicos imitor, Reverèdissime Praesul,  
Princeps Illustrissime. Solent Medici, si quando herbam inveniunt, cuius nondum plenè perspexerint virtutem, ea primum uti in curanda valetudine hominum inferioris conditionis: ubi deinde experientia didicerunt sanitati restituenda profuisse: non reformidant viris principibus in similibus morbis offerre. Et ego prateritis annis, quibus in Herbipolensi Academia professorem ago, Disputationes atque Tractatus aliquot, veluti herbas quasdam partim per Discipulos, partim per me, viris quamvis doctissimis & honestissimis, non tamen illustribus obtuli. Illos quia non ex levis argumentis deprehendi gratos fuisse, iudicabam me crimine vacare, si quod apud alios observavi felices invenisse successus, etiam in V. C. tentarem; & ex officina ingenij mei, veluti ex horto quodam Libellum offerrem.

Omnino hac causa fuit, cur tardius veniam. Dubitabam diu, utrum hic, qualiscumq; tandem, scetus, dignus esset, qui in principis viri conspectum veniret,

autam ingrederetur, & inter doctissimorum hominum, quae V. C. plurima offeruntur volumina, reponi honeste posset. Nunc quia intellexi probari à non paucis, ausus sum tentare, à quo alioquin & operis me exiguitas, & vita mea rationes merito prohibere debuerunt.

Offero igitur Illustrissimae C. V. tandem aliquando ingenij mei fructum. Offero auctori, & fundatori celebratissimae Academiae fructum meorum studiorum: studiorum Meccenati, & fauori munus scholasticum: benefactori grati animi qualecunque symbolum. Et quidem offero munus, tum hisce nominibus V. C. debitum, tum illo quoque, quod argumentum quod prosequor, V. C. suggestisse dici possit, & idem tractandi tempus subministrasse. Cum enim nuper me locum itineris sui, quod animi gratia susceperat, assumpsisset, ventum est in arcem quandam, quae de Spectris occasionem loquendi quibusdam praebebat. Multa tum à multis dicebantur: disertis omnes, cui non aliquot exempla domestica suppeterent, vix erat illius. Moueabantur quoque difficultates nec paucae, nec paruae. Dubitabat alius, quid de Spectris sentiendum? essentne hominum Spiritus; an ludificationes Daemonum? Alius quas ob causas ad superos redirent, & tumultus excitarent? Alius, quomodo cum ipsis agendum? an sermo miscendus? causa reditus inquirenda, status conditio, & his similia interroganda.

Ego

Ego ea de re tunc temporis pauca, postea plura cogitare: partim foris, quod tempore in itinere, cum V. C. versabar, partim domi, quod in scholasticis occupationibus onij aliquid fore concessum. Distinxi argumentum in tria capita, quae in praefatione Index Disputationis ostendit. Primum de Spirituum atque molestianum, quae in oculis afferuntur, genera, modi, causa, vires, fructus, &c. Secundò inuestigantur iudicia, ex quibus Spirituum conditio potest deprehendi: hominum sunt, an Daemoniorum: & si hominum, qualium. Tertio explicantur variae rationes, quibus contra Spectra à uiuentibus certatur, earumque quaedam probantur, quaedam reiiciuntur.

Laboris plusculum mihi fuit suscipiendum, Illustrissimae Princeps, quod argumentum prosequer, à nullis, aut certe, quod sciam, à paucis tractatum. & quod sua difficultate ingenij mei vires longè videbatur superare. Nouit V. C. quantum in minimo huius argumenti capite difficultatis sit expertus Sanctissimus Augustinus, homo alioquin in abstractis, difficultibusque questionibus exercitissimus. Res haec, inquit libro de Cura pro mortuis agenda, altior est, quam ut à me possit attingi: & abstrusior, quam ut à me valeat perscrutari: & ideo quod horum duorum sit, an verò fortassis utrumque sit, ut aliquando ista (qualia de Spectris referuntur) fiant per ipsam praesentiam Martyrum, aliquando per Angelos suscipientes per-

EPISTOLA DEDICATORIA:

sonam Martyrum, definire non audeo. Mallem à  
 scientibus ista perquirere. Ita B. Augustinus. Nouit  
 quid de eodem argumento senserit Plinius Secundus.  
 Ex Sura Philosopho, per literas, quid de Spectris  
 sentiendum, cupit cognoscere; rem dignam iudicans,  
 quam ille diu multumq; consideraret, & scientia sua  
 in utramq; partem disputaret, ac solide definiret, ne  
 se suspensum incertumque dimitteret. Et quia denique  
 nouit, in quam varias repugnantesque sententias abi-  
 erint, qui et olim, et nostris temporibus, aliquid de Spe-  
 ctis uoluerunt concludere, non uelim ego, quæcumq;  
 in hac Disputatione propono, sic omnia dicta esse, qua-  
 si absolutam ueritatem contineant, & contrarium  
 nullis liceat sentire. Per me potest quilibet, quod libet  
 opinari: modo fidei Christianæ, qua prius habere ni-  
 hil debet, iacturam non faciat. solum sententiam me-  
 am hic propono: & quantum possum, confirmo: para-  
 tus etiam ab ea discedere, cum grauioribus rationi-  
 bus, melioribus argumentis ero superatus. Deus Op-  
 timus Maximus Vestram Reuerendissimam Cel-  
 situdinem sua Ecclesie quamdiutissimè conseruet.  
 Herbipoli, ex Collegio Societatis Iesudie undecimo  
 Nouembris. Anno Domini M.D.XCVIII.

CAPIT-

AUCTORVM IN HOC OPERE CI-  
 tatorum Index.

<b>A.</b>	<b>C.</b>	<b>G.</b>
Abulensis Toftatus.	Cæfarius	Glorianus.
Abdias Babilon.	Cæturatiatores.	Gregorius Magnus.
Ado Treuirensis.	Censorianus.	Gregorius Nyffenus.
Aelianus.	Cedrenus.	Gregorius Nazianzenus.
Alanus Scotus.	Clemens Romanus.	Georgius de Valentia.
Albertus Magnus.	Clemens Alexand.	Glycos.
Albertus Krantzius.	Chrysoftomus.	Gratianus.
Aluaretus à Minoes.	Cocleus.	Gvigo.
Almaricus.	Cornelius Ianfenius.	<b>H.</b>
Alredus.	Constantinop. Conciliū Hector Boetius.	Constantienf. Conciliū Hermolaus,
Alexander ab Alexandro	Cromerus.	Hieronimus.
Ambrosius.	Cyryllus Hierosol.	Hincmarus.
Andreas Frusius.	Cyprianus.	Hirfagiense Chronicon.
Anselmus.	<b>D.</b>	Hortensius.
Annales Hispaniæ.	Damascenus.	<b>I.</b>
Annales Indiæ.	Daniel Proph.	Iacobus Meierus.
Apollonius.	Dauid Rex.	Iacobus Apostolus.
Aristoteles.	Dionysius Ariopag.	Iacobus Monranus.
Arclatenf. Concilium.	Dominicus Soto.	Ignatius.
Athanasius.	Durantius.	Ioannes Diaconus.
Athemasius.	<b>E.</b>	Ioan. Curopales.
Augustinus.	Ecclesiasticus.	Ioannes Euangelist.
<b>B.</b>	Ediuerus.	Innocentius III.
Basiliius.	Ephrem.	Job.
Beda.	Epiphanius.	Iosephus.
Bellarminus.	Erafmus.	Iouius.
Bernardus Clareuall.	Eusebius.	Iordanus.
Bernardus Agienfis.	Euthymius.	Isaias.
Bernardus Bonæuall.	<b>F.</b>	Isidorus.
Beucerus.	Festus.	Iuo Carnotensis.
Bodinus.	Ficinus.	<b>L.</b>
Bonfinius.	Flauius Vopiscus.	Lactantius.
Bracarenf. Concilium.	Franciscus Soarez.	Laurentius Surius.
Brigita.	Franciscus Ribera.	Læuaterus.
Brenzius.	Florentinum Concil.	Latarenf. Concilium.
Bruno.	Fortunatus.	Leontius.
Burchardus.	Fulgosus.	Leo Magnus.
Benedictus Perierius.	Fulbertus.	Liuius.
<b>C.</b>	Fracastorius.	Liturgia Iacob.
Cardanus.	<b>G.</b>	Liturgia Marci.
Carthaginenf. Concil.	Genebrardus.	Liturgia Clementis.
Cabilonenf. Concil.	Gennadius.	Libri Rituales.
Cassianus.	Georgius presbyter.	Libri Regum.
Cæsar Baronius.	Georgius Agricola.	Lucanus.

Lucia.

INDEX AUCTORVM.

Lucianus.	Petrus Damianus.	Theophilactus.
Lutherus.	Petrus Mammolius.	Thomas Brabantinus.
M.	Petrus Crinitus.	Thomas Cantipratensis.
Malachias Propheta.	Petrus Rauzanus.	Thomas Fazellus.
Marcus Euangelista.	Philoftratus.	Thomas Aquinas.
Martini Chronicon.	Philippus Melancthon.	Thomas Abulensis.
Martinus Bracarenfis.	Pinius.	Trinitarij.
Matthæus Apostolus.	Plutarchus.	Trithemius.
Metaphrastes.	Porphyrius.	Tuburicenfis Concil.
Michaeliffelt.	Procopius.	Trentinum concilium.
Moyfes.	Prælius.	Trullana Synodus.
Munsterus.	R.	V.
N.	Rodoginus Cæfus.	Valerius Maximus.
Nauclerus Ioannes.	Rodericus Franchif.	Vatro.
Nicolaus Remigius.	Rodericus Libani.	Vega Andreas.
Nicænum Concilium.	Rodolphus.	Vafente Concilium.
Nicephorus Callixtus.	Rupertus Turonenfis.	Vichus.
Nider Ioannes.	S.	Virgilius.
O.	Sabellicus.	V Vilhelmus Abbas.
Olaus Magnus.	Salomon Rabb.	V Vilhelmus Durandus.
Osbertus.	Salomon Rex.	V Vilhelmus Parthenius.
Ouidius.	Sifidus Mylenfis.	V Vilhelmus Ramensis.
Quida de Rebus Indiarum.	Silvanus Armenenfis.	V Vifpergenfis.
P.	Sigebertus.	V Worman Concilium.
Paulus Apostolus.	Socrates.	Vifcentius.
Paulus Diaconus.	Suetonius.	Vifpergenfis Abbas.
Paulus Burdegalenfis.	Supitius.	X.
Paulinus.	T.	Xenophon.
Palladius.	Theodoretus.	Xiphilius.
Petrus Maffcius.	Theodorus Lector.	Z.
Petrus Martyr.	Theobaldus.	Zonaras.
Petrus Panormitanus.	Theodorus de Apollonia.	Zwinglius.
Petrus Apostolus.	Theodorus Politanus.	
Petrus Lombardus.	Theodericus.	

DISPV.

DISPVATIONIS DE LOCIS INFESTIS  
Index.

CAPITA PRIMAE PARTIS, IN QVA  
agitur de Locorum infestorum, & infestantium  
Spirituum, atque moleftiarum, quæ a  
Spiritus adferuntur, conditio-  
nibus, caufis, modis, fini-  
bus, &c.

Cap. I. An fint certa quedam loca præ alijs Spiritibus & Spectris infesta?	3
Cap. II. Quotuplicia fint loca infesta?	14
Cap. III. Quinam fint Spiritus, qui loca infestare folent?	16
Cap. IV. Quam varj in fingulis ordinibus Spiritus fint, qui loca reddant infesta?	19
Cap. V. Qui ex omnibus Spiritibus magis molefti fint infestis locis?	22
Cap. VI. Qui ex Spiritibus Demoniorum, vt plurimum, folent rebus viuientium interefse; loca reddere infesta, & mortales moleftia afficere?	26
Cap. VII. Quinam ex Spiritibus ijs, qui purgatorias pœnas fufinent, facilius ad viuos redeant, & viuientium fuffragia postulent?	29
Cap. VIII. Qui ex Spiritibus hominum damnatorum facilius aut frequentius redeant ad viuos, yfque excitatis tumultibus moleftias pariunt?	31
Cap. IX. Verum femper in propria persona ad fin. viuientibus Spiritus, dum moleftias excitant?	35
Cap. X. Qui ex moleftantibus Spiritibus frequentius aut profopos rebus viuientium inter fint, & qui rarius?	39
Cap. XI. An & vnde poffit conftare humanos Spiritus aut profopos rebus viuientium interefse?	42
Cap. XII. An Spiritus humani cognofcant qua aguntur, vel ab ipfis, vel ipforum nomine ab Angelis nunc malis, nunc bonis, dum rebus viuientium interefse dicuntur?	44
Cap. XIII. Quæ caufa atque fines, ob quos Spiritus certis locis fint molefti?	48
Cap. XIV. An omnibus locis aequè molefti fint, an alijs magis, & vnde hoc accidat?	51
Cap. XV. Quas ob caufas Spiritus præfertim Damoniorum hæc potius quam illis locis fint molefti?	58

- Cap. XVI.** An omnibus locis infestis homines & aequales molestias & persecutiones patiantur & si inaequales: quae huius causa? 61
- Cap. XVII.** Quinam praeter ceteris Spirituum molestias patiantur, & quas ob causas? 65
- Cap. XVIII.** Quibus temporibus Spiritus atque Spectra maxime molestant? 69
- Cap. XIX.** Quibus modis molesti soleant esse Spiritus locis infestis? 71
- Cap. XX.** Quae conditio vocum, sonorum, atque tumultuum, qui à Spiritibus excitantur? 79
- Cap. XXI.** Quae ratio & conditio formarum, quibus se Spiritus in locis infestis exhibent? 83
- Cap. XXII.** Quomodo Spiritus viventibus verbera & necem, aliaque corporis mala afferant, & infligant? 86
- Cap. XXIII.** Qui sint veri & proprii auctores eorum, quae in Spirituum infestationibus atque molestiis, vel visu, vel auditu, vel tactu, vel quovis alio modo percipiuntur? 88
- Cap. XXV.** Quae ex his rebus, quas in molestiis & infestationibus Spirituum viuentes percipiunt, Spiritibus Angelicis tribuenda sint, quamvis humani illarum videantur esse auctores? 68
- Cap. XXV.** Quibus Angelis auctoribus tribuenda sunt, quae cum molestiis, quae ab humanis Spiritibus afferuntur viventibus, coniuncta sunt, bonisne aut malis? 103.

## CAPITA SECUNDAE PARTIS.

De iudiciis atque argumentis, ex quibus conditio singulorum Spirituum infestantium potest deprehendi, &

### PRIMO.

DE MODIS ET RATIONIBUS, QUIBUS Dæmoniorum & hominum Spiritus distinguuntur & cognoscuntur.

- Cap. XXVI.** An, & quae forma humanos Spiritus distinguat à Dæmoniorum Spiritibus, dum molesti sunt? 109
- Cap. XXVII.** An, & qui strepitus humanos Spiritus distinguant à Dæmonibus? 115
- Cap. XXVIII.** An, & quae oratio distinguat humanos à Dæmoniorum Spiritus? 119
- Cap. XXIX.** An, & quomodo molestiis, quae afferuntur, & malis, quae infliguntur, Spiritus humani à Dæmonibus distinguantur? 124
- Cap. XXX.** An, & ex quibus officiis, quae viventibus aliquando à Spiritibus exhibentur,

## INDEX.

- exhibentur, cognosci possit, qui humani, & qui Dæmoniorum sint Spiritus? 128
- Cap. XXXI.** An ex otiosis Spirituum officiis deprehendi possit, qui humani, qui Dæmoniorum? 131
- Cap. XXXII.** An ex locis sacris & profanis, desertis & cultis distinguantur humani & Dæmoniorum Spiritus? 133
- Cap. XXXIII.** An ex locis, quae vel alicuius morte, vel in gravissimum peccatum nota sunt, possit distingui conditio Spirituum humanorum & Dæmoniorum? 137
- Cap. XXXIV.** An, & quomodo ex Catholicorum & Infidelium hominum locis, possit deprehendi, spiritus, qui molestant, esse humanos vel Diabólicos? 140
- Cap. XXXV.** An, & ex quibus temporibus hominum & Dæmoniorum Spiritus, qui molestant distinguantur? 143
- Cap. XXXVI.** An ex conditio Spirituum, qui praeter ceteros certos quosdam homines prosequuntur, iudicium de Spiritibus, quod humani sint, vel Dæmoniorum, capi possit? 145
- Cap. XXXVII.** An ex conditio eorum, qui persequentes Spiritus patiuntur, possit colligi sintne hominum aut Dæmoniorum Spiritus. 146

## DEFINDE,

DE MODIS ET RATIONIBUS, QUIBUS humani inter se Spiritus distinguuntur & cognoscuntur.

- Cap. XXXVIII.** An, & quae forma humanos inter se Spiritus purgandos, scilicet, à damnatis distinguat? 150
- Cap. XXXIX.** An, & qui strepitus prodant humanorum Spirituum conditioem? 152
- Cap. XL.** An, & quae oratio index est Spirituum hominum damnatorum, & eorum qui adhuc purgantur? 154
- Cap. XLI.** An ex malis & molestiis, quae ab humanis Spiritibus afferuntur, cognosci valeat, virum damnatum esse spiritum, an adhuc purgentur? 158
- Cap. XLII.** An obsequia quaedam ab humanis Spiritibus praesentur, quae hos ab illis distinguant? 159
- Cap. XLIII.** An ex officiis quibusdam ludicris atque otiosis conditio humanorum Spirituum deprehendatur, eorumque distinctio? 162
- Cap. XLIV.** An ex locis sacris & profanis, cultis atque incultis possit distingui hominum Spiritus, quibus loca redduntur infesta? 163
- Cap. XLV.** An, & quomodo loca, ubi mortes hominum, aut gravia crimina

mina perpetrata sint, humanos, damnatorum & purgandorum, Spiritus d. Sanguant? 166

Cap. XLVI. An, & que modo Spiritus humani, qui molesti sunt, distinguantur locis Catholicorum & Hereticorum? 169

Cap. XLVII. An, & ex quibus temporibus possit distinctio inueniri inter humanos, eos Spiritus, qui loca infestare solent? 170

Cap. XLVIII. An ex conditione eorum Spirituum, qui certis hominibus infesti esse solent possit deprehendi, sintne Spiritus damnatorum humanum, qui molestant, an saluandorum? 171

Cap. XLIX. An ex conditione illorum, qui persequentes Spiritus patiuntur, possit deprehendi, sintne Spiritus damnatorum hominum, an saluandorum, qui molestiam afferunt? 172

### SYNOPSIS CERTORVM SIGNORVM, quæ Spiritus produunt.

Cap. I. Quæ indicia præcipua Spirituum Damno: um, eorum, quibus loca sunt infesta? 173

Cap. LI. Quæ præcipua indicia Spirituum eorum, qui in purgatorio que expiamur? 174

Cap. LII. Quæ signa maximè produunt damnatorum hominum Spiritus. 175

Cap. LIII. Quomodo adiuratione Spiritus, quæ ipsorum conditio, qui substatu sit, proderet coguntur? 176

### CAPITA TERTIÆ PARTIS,

De modis & rationibus, quibus loca liberantur à molestiis infestantium pirituum: sed principio inquiritur.

Cap. LIV. An ratio siue modus aliquis sit, quo Spiritus proscribuntur, & ab ipsorum infestatione loca liberantur? 181

Cap. LV. An hic modus siue ratio simplex sit, an potius multiplex? 182

### DE FALSIS MODIS, QUI NIHIL FACIUNT AD PROSCRIBENDOS VILLOS SPIRITUS.

Cap. LVI. An blasphemis, imprecationibus, atq; conuicijs proscribentur molestantes Spiritus? 185

Cap. LXII. An loca à primum infestatione liberentur, & Spiritus proscribentur gladijs, lanceis, & simili armorum genere? 187

Cap. LXIII. An incenso igne, siue in Spiritus imiecto, ab infestatione eorum contingat liberari? 190

Cap. LXIX. An Spiritus fugentur accenso lumine; & ita desinant esse molesti? 192

Cap. LX. An obseratis ostijs, & bene munitis ianuis, quibus ad locum aliquem

quem accessus patet, à molestia Spirituum, contingat liberari loci incolas? 194

### DE FALSIS DVOBVS MODIS, QUI bus alij contra Dæmones pugnant.

Cap. LXI. An effusio innocentium sanguine licitum sit vexationes & molestias Dæmonum, quas certis locis afferunt, redimere? 196

Cap. LXII. An certis odoribus & suffumentis Spiritus Dæmoniorum pellantur, & loca ab illorum molestia liberentur? 201

### DE QUIBVS FALSIS MODIS, QUIBVS quidam resittunt Spiritibus humanis.

Cap. LXIII. An Spiritus defunctorum hominum prohibeantur ad viuos redire, si ipsorum caduera sub foco sepeliantur? 203

Cap. LXIV. An Spirituum defunctorum fabarum iactu prohibeantur redire & molestias afferre? 206

### DE MODIS VERIS, QUIBVS DAEMONVM molestiæ & infestationes tolluntur.

Cap. LXV. An, & quot sint modi, quibus à Dæmonum infestatione loca redduntur libera? 210

Cap. LXVI. An, & quomodo Oratione ad Deum facta, loca liberentur à Dæmonum molestijs? 211

Cap. LXVII. An, & quo vsu Reliquiarum prohibeantur Dæmones, ne loca reddant infesta? 217

Cap. LXVIII. An, & quomodo signum S. Crucis valeat ad Dæmones in locis, ubi molesti sunt, proscribendos? 226

Cap. LXIX. An, quæ & quomodo Res consecrata, loca ab infestatione Spirituum liberent? 233

Cap. LXX. An, & quæ locorum consecratio Dæmonibus aditum prohibeat, & molestos esse vetet? 240

### DE MODIS VERIS, QUIBVS CONTINGIT liberari à molestiis, quas afferunt Spiritus purgandi.

Cap. LXXI. An sit aliqua ratio, qua viuentes possunt se iuuare, ut liberentur à molestia, quam interdum afferunt purgandi Spiritus? 252

Cap. LXXII. An, & quæ ob causas conueniat, ut satisfiat purgandis Spiritibus, nisi am operam implor. utibus? 255

Cap. LXXIII. An contra purgandos Spiritus istdem rationibus agendum sit, quibus operantur Spiritus Dæmoniorum? 261

Cap. LXXIV. An sint modi, & quot, quibus & purgandi Spiritus iuuantur, & ab ipsorum mole. liberantur viuentes? 263

Cap. LXXV. An, & quomodo Oratione iuuentur defunctorum Spiritus. 265



- Cap. LXXVI. An. & quomodo saluari Missa sacrificio iuuentur Spiritus purgandorum? 263
- Cap. LXXVII. An. & quomodo elemosyna iudem Spiritus iuuentur? 274
- Cap. LXXVIII. An. iisdem Spiritibus subueniatur uiuentium leuius? 277
- Cap. LXXIX. An. alieni Restitutione, per uiuos defunctorum nomine facta ipsi defuncti iuuentur? 279
- Cap. LXXX. An. & quomodo iuuentur Spiritus purgandi Peregrinationibus, quas uiuentes ipsorum causa persolunt? 281
- Cap. LXXXI. An. & quomodo iuuentur purgandi Spiritus accensis Cereis & Luminibus? 284
- Cap. LXXXII. An. praeceptum remedium, quo iuuantur Spiritus purgandi, sit Missa siue altaris sacrificium. 288

DE RATIONIBVS, QVIBVS CONTINGIT liberari à molestiis, quas damnatorum hominum Spiritus afferunt uiuentibus.

- Cap. LXXXIII. An. detur aliqua ratio, qua uiuentes se iuuare possunt ut liberentur à molestia Spirituum damnatorum hominum? 292
- Cap. LXXXIV. An. contra damnatorum hominum Spiritus, eorumque molestias illa ratione profint, quibus uiuentes se expediunt ab infestantibus Spirituum purgandorum? 294
- Cap. LXXXV. An. hominum damnatorum Spiritus profligentur modis iis, quibus abiguntur molestantes Demones? 298

DE DVOBVS MODIS, QVI TAM PVRGANDIS, QUAM DAMNATIS HOMINUM SPIRITIBVS videntur esse communes.

- Cap. LXXXVI. An. sepultura defuncti exhibita, ipsorum Spiritus prohibeat ad uiuentes redire, iisque molestos esse. 314
- Cap. LXXXVII. An. ob censuram excommunicationis Ecclesiasticae quidam Spiritus inter uiuentes errent, iisque molesti sint: & ab ipsorum molestia libertas ante speranda non sit, quam ipsi à censura fuerint absoluti? 310

DE RATIONE EXPEDIENDI SE AB Incertis Spiritibus.

- Cap. LXXXVIII. Quae ratio seruanda in oculis à Spirituum infestationibus vindicandis quando, per quos Spiritus loca sint infesta, ignoratur? 312
- Cap. LXXXIX. De efficacia omnium praedictorum modorum, & quae eorum non semper si erant fines corse quaeratur. 315

DE RA.

DE RATIONE PVGNANDI CONTRA SPIRITUS, qui certos homines persequuntur.

- Cap. XC. An. iisdem rationibus contra Spiritus, qui certos homines persequuntur agendum sit, quibus oppugnantur illi, qui loca infestant? 318
- Cap. XCI. Qua ratione se à molestia liberare valeant, qui ob sua quae commiserunt peccata persequentes patiuntur Spiritus? 319
- Cap. XCII. Quaratione se à Spiritibus possint expedire, qui ob nulla sua demerita ipsorum molestias sustinent? 322
- Cap. XCIII. De communi quadam ratione, qua à Spirituum molestia tam probi, quam improbi liberantur? 323

INDEX DISPUTATIONIS DE TERRIFICACIONIBVS nocturnisque tumultibus.

- Cap. I. Inquiruntur causa efficientes nocturnorum terriculamentorum, qua mortis silent esse indicia; & ostenditur illa non fieri, vel à Deo, vel ab animabus eorum, quorum mortem significant? 326.
- Cap. II. Docetur terrificationes & dictos tumultus non fieri ab homuncionibus quibusdam, sed nec esse tales quales dicuntur homunciones? 328.
- Cap. III. Demonstratur dictos tumultus non excitari à Spiritibus hominum illorum, qui ex hac vita discesserunt? 330.
- Cap. IV. Animas puerorum, & eorum qui cum solo peccato originali, vel etiam venialibus hinc discesserunt, non excitare hos tumultus & terrificationes? 332.
- Cap. V. Binos Angelos non esse authores tumultuum, qui praenuncij mortis esse solent? 334.
- Cap. VI. Amalus Spiritibus tumultus, qui mortis sunt indicia excitari? 335.
- Cap. VII. Tumultus siue terrificationes mortis praenuncias excitari à Daemonibus, qui sunt ordinis inferioris? 336.
- Cap. VIII. Ab inferiorum ordinum Daemonibus illis qui singulorum hominum quasi proprij sunt, & qui Dijs domestici, siue Lares olim vocabantur, tumultus & terrificationes excitari? 338.
- Cap. IX. In praecedentia capita de terrificationum & tumultuum authoribus censura? 343.
- Cap. X. De finibus qui Daemonibus in tumultibus nocturnis & terrificationibus propositi sunt? 345.
- Cap. XI. De effectis nocturnorum tumultuum & diabolicarum terrificationum? 348.
- Cap. XII. Inquiritur modus, quo tumultus excitantur, & terrificationes nocturnae fiunt? 351.
- Cap. XIII. De locis atque temporibus, quibus excitatur strepitus isti agitur? 352.

F. I. N. I. S.

DE LOCIS  
INFESTIS PRIM A  
DISPUTATIONIS PARS.

IN QVA

IPSORVM LOCORVM ATQVE  
*Spiritus m, molestiarum quoque, qua locis infestis af-  
feruntur, genera, modi, fines, causa, & his  
similia, inquiruntur, examinantur,  
& explicantur.*

ISAGOGE IN PRIMAM DISPUTA-  
tionis partem, de Locis Infestis.



*Argumentum presentis Disputatio-  
nis trium definitionem requirit.  
Principio demonstrandum est, esse  
quaedam loca Spiritibus & Spectris  
infesta. Deinde assignanda rationes, quibus Spiri-  
tuum talium status & conditio innotescit. Tertio  
prescribendus modus, qui in huiusmodi Spiritibus  
exigendis, & Locis ab iisdem purgandis, servari  
possit. Potuerunt pleraque horum ex ijs, qua alias  
de Spiritibus, et Damoniacis dicta sunt, à prudentio-  
ribus intelligi, verum, quia non omnium idem in-  
genij acumen, quedam etiam hic singularem habent  
difficultatem, libenter quorundam desiderio & pe-  
titioni satisfacimus, & hanc de Locis infestis Dispu-  
tationem damus.*

Porrò primum Caput trium explicationem po-  
A. stulat,

Statuat, quorum in titulo fit mentio: locorum, qui infestantur: Spirituum, qui infestant: molestiarum & difficultatum, quae in locis infestis, ab infestantibus Spiritibus hominibus afferuntur.

3. In unoquoque genere haud pauca sunt, quae difficultatem habent. In locis quaeritur: Sintne verè quaedam loca infesta. Praeterea sintne omnia unius generis. Rursus, an omnia aequè infesta; an alia alijs magis, minusve: & unde hoc accidat, atq; his similia. In Spiritibus: Quinam & quales Spiritus sint, qui infestant, quibusque de causis infestant: quas ob causas haec potius, quam illa loca: hos potius, quam illos homines infestant, quando infestant, & c. In molestijs duo spectantur, scilicet, modus, quo molesti sunt: & mala, quae sua molestia afferunt. Neque enim unus est molestandi modus, neque unius generis, quae afferuntur, mala. Omnia haec prima Disputationis parte inquirimus.

## CAP.

## CAPVT I.

Varijs, omnium propemodum temporum, atque locorum, exemplis aocetur, loca quaedam Spectris, atque Spiritibus infesta esse.



*E*ste quaedam loca Spectris & Spiritibus infesta, dubium non est. Rerum gestarum historia rem hanc egregijs exemplis declarat atq; confirmat. Recentia & quotidiana omittimus: proferimus aliquot priorum temporum, quae idcirco hic maius robur habere debent; quod & plurimafint: & protos auctores habeant: & varijs disjunctissimisq; locis atque temporibus acciderint; & tum Gentilium, tum Christianorum opinione sunt confirmata.

Refert B. Augustinus Hesperij cuiusdam, viri Tribunitij domum à Spiritibus plurimum vexatam esse. Verba eius ascribimus. Vir Tribunitius, inquit, Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio suffalensi fundum, Cubedi appellatum; ubi, cum afflictione animalium, & seruorum suorum, domum suam Spirituum malignorum vim noxiam perpeti comperisset, rogauit nostros, me absente, presbyteros; ut aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit unus: obtulit ibi sacrificium corporis Christi; orans quantum potuit, ut cessaret illa vexatio; Deoq; protinus miserante cessauit. Acceperat autem ab amico suo terram sanctam, de Hierosolymis allatam, ubi sepulchrum Christi die tertio resurrexit, eamq; suspenderat in cubiculo suo, ne quid mali etiam ipse pateretur. Haec B. Augustinus lib. 22. de Ciuit. Dei, cap. 8.

In Thermis Angularibus, à Germano Capuano Episcopo, visum esse, & versatum, Spiritum Paschalisij cuiusdam recenset B. Gregorius. Post multum, inquit, temporis (intellige à morte Paschalisij) Germano Capuano Episcopo, Medici pro corporis salute dictauerant, ut in Angularibus Thermis lausretur. Ille ingressus Thermas Paschalisium Diaconum obsequentem in caloribus inuenit. Viso ipso vehementer extimuit, & quid illic tantus vir (Apostolicae sedis Diaconus) faceret, inquisiuit. Cui ille: Pro nulla alia causa, inquit, in hoc poenali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentij, contra Symmachum sensi. Sed quasi te, pro me Dominum deprecare: atq; in hoc cognosces, quod ex inditu si; si, huc rediens, me non inueneris. Fecit vir Domini Germanus, quod rogatus fuit; & post paucos dies rediens, iam dictum

*Paschasium in eodem loco minime inuenit. Ita B. Greg. lib. 4. Dialog. cap. 39. Simile huic aliud exemplum idem habet Gregorius quod à Felice Portuensi Episcopo se accepisse asserit. In eiusdem etiam vita legitur Spiritum quendam habitationem suam habuisse post absidem oratorij vbi Gregorius Deo laudes consueuerat celebrare: eundemq; inter pestiuo in urſu sepius Sancti uirum, orationi intentum, perturbasse: equos ex stabulo eduxisse: duos ex ipsis praecipuos egisse: viros religiosos, eiuslem cum B. Gregorio professionis, nunc in forma cati uingibus tentasse lacerare, nunc sub specie Aethiopsis lancea petiisse. Ita Ioannes Diaconus, in vita Greg. lib. 4. cap. 89.*

4. Infestorum quoq; balneorum meminit alius Gregorius, Nyfſenus dictus, in vita Gregorij Neocæsariensis; docetq; spectra, quæ in iisdem fuere, plurima mala attulisse; & neminem illorum, qui balnea noctu intrasset, manè uiuum exiuisse, præter Gregorij Neocæsariensis Diaconum, qui signo crucis munitus nihil sit passus. Rem gestam adscribimus Gregorij verbis. *Cum uespere, inquit, ingressus ciuitatē Diaconus lassus esset ex itinere; necesse esse duxit corpus lauacro reficere. In eo autem loco dominatum obtinebat quidā Demon homicida, versans in lauacro: cuius vis exitialis post tenebras operabatur in eos, qui accedebant. Ea de causā post occasum solis non patebat, ad id aditus, neq; id exercebatur. Ad quod cū accessisset, rogabat eū, qui illi praerat, ut id ei aperiret, et nō ei inuideret balnei usum, quo se recrearet. Cū is autem testaretur, nullū ex ijs, qui illa hora ausi sunt intrare, suis rediisse pedibus, sed Damonem omnes uespere superasse, multosq; ob ignorantiam passos esse grauissima, quos prosperata recreatione exceperunt lamentationes, eiulatus & sepulchra. Cū hac referret, & quæ sunt huiusmodi; ille nihil de suo remisit desiderio: sed instabat omnino cogens, ut eum intrmitteret. Ille autem satis se lucrifacere existimans, si non cum hospitij ignoratione unā ueniret in periculum; cū ei dedisset clauem, procul recessit à balneo. Postquam autem nudatus fuit intus, multiplices terrores, & varia obstupesciendi causæ adornabantur à Dæmonico, nempe omnis generis uisā, ostendentia naturam igne & fumo mixtam, & quæ in forma hominum & ferarum in oculos incurrebant, in auribus resonabant, anhelitus appropinquabant, & in orbem circa corpus effundebantur. Ille uero se signaculo Crucis muniens, & Christi nomen inuocans, domos peruasit illasus. Interius autem progressus, in grauiora incidit spectacula, in grauiorem aspectum transformato Dæmonio. Nam & simul terræ motu existimabat, domum concuti, & perruptum solum nudam flammā ostendere inferius, & scintillas ex aquis emitti flammeas. Rursusq; ei arma itidem fuere signaculum & Christi nomen, & quod per*

Magi

*Magistri (Gregorij) preces ferebatur auxilium, discurrebat, quæ uidebantur, & fiebant terribilia. Aqua autem recreatus, cūm properaret egredī; rursus prohibebatur, fores opponente Dæmonio. Sed hoc quoque rursus impedimentum, pari rursus uirtute est solutum, foribus signaculo cedentibus. Postquam autem ei omnia processerunt ex sententia, dicitur Dæmonium uoce humana ad eum exclamasse, Ne sibi uim illam attribueret, per quam effugit exitium. Vox enim quæ eum commendauit, ei qui custodiabat, præstitit, ut minime lederetur. Hoc ergo modo conuersatus, magnam attulit admirationem ijs, qui loco praerant, cūm nullus apparuisset uiuus ex illis, qui illa hora aquam ausi essent ingredi. Hæc Gregorius de Gregorij Diacono, apud Surium Tom. 4.*

5. Meminit infestæ à spiritibus domus, in vita Theodori Sicaorum Archimandritæ, Georgius presbyter, Theodori discipulus, in qua & hominibus & iumentis plurimum molestiarum afferebant spiritus: in eadem cūm domestici pranderent, aut cœnarent, lapides in mensas à spiritibus iaciebantur, & tela mulierum rumpebantur. Tanta quoq; murium & serpentum multitudo domum occupabat; ut, præ foritudine, nemo ingredi auderet. Et Metaphrastes in vita S. Panthenij meminit officinæ purpuraræ, quam Dæmon ita infestauit, ut cum magno suo detrimento, domini eandem deserere fuissent coacti, nisi Parthenius rogatus in Christi nomine Spiritum eiecisset. Apud Surium Tom. 1. Sancto. Vbi sic Metaphrastes, *Accidit, inquit, ut officina, in qua tingebatur purpura, impediretur ab immūdo Spiritu. Sed & immūdus Spiritus apparebat, tinctoriibus & opus Imperatoris nō sinebat effectū reddere: adeo ut ex hac re magnū periculum & damnum serui sustinerent & tinctores. Quamobrem cūm hæc rescisisset homo Dei Parthenius, & ab ijs fuisset rogatus, prompto & alacri anima uenit ad locū officinæ: & cūm aduocasset immundū operantem Dæmonem, & eum inuocasset terribili & sancto nomine Christi, fecit eum euanescere ex omnibus sinibus, illo clamante omnibus audientibus: Tanquam ab igne expellor in gehennam ignis. Cūm autem iussisset Sanctus tinctores impleuerunt lebetes, & eo presente immiserunt lanam. Ea uero ab illo tempore, quam oportebat, tincturam, citrà ullum impedimentum accepit etiam in futurum. Sicq; & qui gerebant rempub. & tinctores omnes liberauerunt a periculo Imperatoris Hæc Metaphrastes.*

6. In Analfatio Imperatore sic scribit Glycas, parte 4. *Erat his temporibus Rex Persarum Coades, qui cūm in castello quodam gemmas magni pretij didicisset; ac quo minus potiretur ab incolis loci Genus impediretur; omni genere prestigiæ usus est. Nam & Iudaos, & quosuis alios accersites adhibebat; neq; tamen illorum quisquam aliquid ef-*

A 3

ficere:

ficere potuit. Tandem Antistes eius loci solo Crucis signo Damonem expulit, ita Glycas:

7. Tempore Romani Argyropoli Imperatoris, in Tracensi Provincia, apud radices montis Cuzenæ, vox miserabilibus ciuitatibus & lamentis, à Mense Martio audita, primùm quidem præsentis Spiritus indicauit; deinde etiam cladem Romanorum in Cælisyrta portendit. Hoc Cedrenus, & post ipsum Ioannes Curopaletes, in Historia Græcorum Imp.

8. Scribit Plinius lib. 7. Epist. 27. Athenis fuisse ædes, in quibus umbra ingens & macilentia, catenarum stridore, quibus uincta uidebatur, ædes ipsas replebat. Propter quam rem cum inhabitare ædes nullus auderet, ad exiguum pretium locatio redacta est. Athenodorus uero Athenas profectus, domum conduxit, perspectaque Umbra eam audacter sequutus: ubi uidit locum, in quo apparere desineret, humum effodit, illicque corpus catenatum, umbræ, quæ apparuerat, simile inuenit, sublatumque, cadauer horrore ædes liberauit. Fulgosus lib. 1. cap. 6. Exemplum hoc ad longum referimus Plinij uerbis, Capite 86. præsentis Disputationis.

9. Simile quid accidisse Corinthi, in domo Eubatidæ refert Pythagoricus quidam Arignotus, apud Lucianum in Philopseude. Inhabitabilis illa erat, propter terricula, quod si quis inhabitasset, expauescens subito fugiebat. Deciderat ergo iam, rectumque rumpebatur. Nullus erat, qui ingredi auderet. Arignotus hæc audiens, incantationibus & carminibus armatus, domum ingreditur, Umbra, si appareat, domo exacturus. Dum tacitus in vastissimo atrio sedens, ad lumen legit, adest Damon squallidus, hirsutus, & tenebris nigrior: tentatque, si qua ratione terreat & expugnet: & nunc in canem, nunc in taurum, nunc in leonem se vertit. Nichil his omnibus commouetur Arignotus: sed assumpto carmine, in quendam domicilij tenebrosum angulum, Spiritum compulit, ubi mox ille disparuit. Mane sumptis ligonibus iussit effodi locum, ubi Spiritum se condentem noctu obseruaret. inuenitur cadauer hominis defuncti, quod exhumatum, ubi sepultura fuit traditum, omnis infestatio domum reliquit. Ita Arignotus apud Lucianum.

10. Pausanias Spartanorum Rex interfecta Cleonice Byzantina uirgine, per tenebras, manibus illius, ad mortem usque exagitatus fuit, teste Plutarcho. Sed Plutarcho audiamus. *Fama est, inquit, uirginem Byzantinam, illustribus ortam parentibus, nomine Cleonice, quam supra causa accersuerat Pausanias, à parentibus fuisse necessitate & metu subactis dimissam. Eam pro cubiculo precatam ut lumen auferretur, cum per tenebras silentio ad cubile pergeret sopita iam Pausania, incur-*

riffe

riffe inuitam in lucernam, eamque euertisse. At illum ex strepitu obturbatum, stricto pugione, qui prope iacebat, quasi ab hoste aliquo peteretur, percussisse, & prostratisse puellam, quam ex vulnere mortuam non permisisse Pausania quietem, sed Spectrum nocturne offerens, in somno hunc uersum cum indignatione ad illum protulisse.

Tu uole iustitiam; reque atque alios manet ultor. Quod factum socij cum Cimone, iniquo animo ferentes arctè obsederunt eum Byzantijs. Elapsus tamen est, & uiso illo exterritus, Heracleam confugit ad manum oraculum, enocataque Cleonices anima, offensam deprecatus est. Illa in conspectum Pausania uenit, ac breui eum ostendit illis malis explicatum iri, ubi Spartam uenisset, obscure ut conijcio, imminetia illi fata designans. Hæc Plutarchus in uita Cimonis.

Non caruerunt Spectris aliquando ædes Dionis. Et huius testis est Plutarchus, in Dione. Dum conuuiatio, inquit, coitur, Spectrum est Dioni immane & monstrificum oblatum. Sedebat forè diei sero domicogitabundus in portico strepitu repente. Ibi facto respiciens, clara adhuc luce, ad alteram porticum partem, conspexit grandem mulierem, cultu & facie nihil à tragica abhorrentem furia, qua uerberat scopis domum. Ille uehementer percussus & trepidans, acciuit amicos, uisumque is narrauit: atque orauit, apud se ut permanerent & pernoctarent; quod plane extorpesceret, timens ne si solum reliquissent, iterum sibi obuersaretur monstrum. Ceterum id non est reuersum, sed filius eius seæ aduultus, per dolorum aliquem animi, & iram ex parua & puerili ortam occasione, è fastigia domus precipitauit se in caput, & interijt. Et hæc Plutarch.

Antequam cadauer C. Cæsaris Caligulæ sepeliretur, custodes hortorum lamiarum umbris inquietati sunt. In domo uero, qua occubuit, nullam noctem, sine aliquo terrore, transactam esse affirmarunt, donec tandem incendio domus est consumpta. Hoc Suetonius in Caligula: & his propemodum uerbis.

Sic Neronem, postquam matrem Agrippinam, dicta factaque acerbius corrigentem, interfecit, ubique Spiritus infestantes secuti sunt. Nunquam, ut testatur Suetonius, potuit sceleris conscientiam ferre: saepe confessus se materna specie exagitari, atque uerberibus furarum, ac ardentibus tedis. Antè eiusdem Neronis mortem, in Curia, barbaricum murmur, cum multo risu, & tumultu, in theatro, cum magno fletu auditum esse, cum tamen nullus ibi hominum esset, scribit Xiphilinus in Dione.

De Ottone refert idem Suetonius. A supplicij ille imperium, occiso Galba, auspicatus; sed infeliciter. Siquidem nox, quæ primum diem imperij secuta est, adeo infesta illi contigit, ut gemitus edide-

II.

12.

13.

14.

ediderit ingentes, repertusq; sit humi antè lectum iacens, à Galbæ manibus se expelli, & profœqui dicens. Suetonius hanc rem his verbis refert. *Dicitur ea nocte per quietem pauesfactus, gemitus maximos edidisse: repertusq; à concursantibus humi antè lectum iacens, per omnia piaculorum genera, Manes Galbæ, à quo deturbari expellique se viderat, propitiare tentasse.* Ita in Ottone Suetonius.

15. Inhabitauit Romæ ædes Alexander ab Alexandro, ita evidentissimis portentis infames, vt nemo illas incolere ausus fuerit; quin assiduus *Vmbrarum illusionibus, & terribilibus imaginibus, noctibus ferè singulis, inquietaretur.* Docet in iisdem, præter nocturnos tumultus, qui medio noctis silentio audiebantur, & horridos fremitus, cum eiulatu striduloq; vocis sono, quibus lachrymari & tremere videbatur; visam esse *speciem hominis squalida facie, vultu minaci, nigro corpore, aspectu formidabili,* nomen suum exprimentem, & opem implorantem. Hæc ipse Alexander lib. 5. Genialium dierum, cap. 23. qui & pro horum confirmatione egregia exempla adfert.

16. Refert Cardanus, lib. 16. cap. 93. de Rerum Varietate, quod sequitur. *Est, inquit, familia nobilis, ac inter primas Parmæ, Torvellorum nuncupata. Possident arcem, in qua aula est: in ea, sub camino, solet videri anus, iam centum annis, quoties ex familia obiturum est aliquis.*

17. Pertulit & Hildesheimensis in Saxonia Dicecesis infestantem Spiritum, Hudekin appellarunt lingua Saxonica, siue pileatum, à pileo, quo caput opertus fuit. Mira de eo referuntur. Hominum conuersatione plurimum videbatur delectari, quibus nunc sub humana specie, in habitu rustico, sese exhibebat, nunc inuisibiliter illudebat. Principes viros de rebus magnis admonerat: aliis sua obsequia non negabat. In culina Præfulis frequentius inueniebatur cocis ministrare. Cùm quidam, longius profecturus, ipsi vxorem satis procacem, commendasset per iou. officio ille strenuè functus; qui libidinis causa vxorem petebant, aliquoties impediuit. Neminem, nisi prius læsus, iniuria afficiebat: læsus non parcebat. Itaq; cùm in prædicti Præfulis culina puerulus quidam assidua consuetudine ipsi familiarior factus, eundem contumeliis afficeret: principiò culinæ Præfectum admonuit, vt insolentiam pueri coerceret. At vbi nihil profecit, inuentum, in culina, dormientem puerum primùm suffocat; mox in frustra diuidit; tandem igni appositum coquit. Nec hac vindicta contentus, multis aliis modis, & culinæ Præfectum, & plerosque alios ex aulicis vexat, quemad-

quemadmodum pluribus profœquitur Ioannes Trithemius, in historia Monasterij Hirsaugiensis, circa annum Domini 1132. Tandem ab eius loci Episcopo, Bernardo, per Ecclesiasticas Censuras, Prouincia illa excedere compulsus est.

Testatur V Vilhelmus Parisiensis, Pictauij, in parochia S. Pauli, anno 1447. fuisse spiritum, qui cyathos & vitramentis frangebatur, insectis lapidibus; neminem tamen mortalium presentium lederet. Bodinus lib. 3. de Dæmonom. cap. 6.

Haud procul à Binga oppido, vbi Naas fluuiosus Rheno miscetur, pagus est, Camon vulgò, quasi caput montium, dictus. Hic anno 8188. piritus fuit, qui plurimas incolis molestias attulit. *Primò à nemine visus, cepit in homines sactare lapides. & pulsare fores. Mox, sub humana specie, responsa reddidit; furta prodidit: quoscumq; nota infamia aspersit; discordiasq; & similitates excitauit. Pualatè horrea omnesque casus succendit & exussit.* Vni autem, præ æteris, fuit molestior, perpetuo eius lateri, quocumque diuerteret, hærens, atque domum combarens. Nec hac molestia contentus, vt vicinam vniuersam in necem innocentis concitaret, ob scelera illius, hunc locum infamem esse, & suis infestationibus obnoxium, mentiebatur. Vexatio tum demum finem habuit, quando ab Archiepiscopo Moguntino missi sacerdotes, lustrali aqua, atque comprecationibus pestilentem spiritum profligarunt.

Hæc Sigebertus, Martinus, Chronicon Hirsaugiense. Simile quid refert Ioannes Diaconus, in vita B. Gregorij lib. 4. cap. 93. accidisse in fundo Barbiliano. Hunc propter incolarum scelera, plurimum infestabat Dæmon; atque *in forma ferocientis tauri nunc ones insectabatur, & fatigabat: nunc gregem atq; armentorum custodibus graues molestias afferebat; vt etiam quidam ipsorum propter molestias solum mutare coacti sint.* Quem tandem vir sanctus Litaniarum, atque aquæ lustralis præsidio profligauit.

Eandem propemodum molestiam ab infestantibus Spiritibus, sustinere Deo consecratæ Virgines, Monasterij Verretensis, in comitatu Hornensi. Siquidem in loco, vbi dormire solent, audiebatur *incessus Spectri ingemiscens: audiebatur item vox, quæ Virgines hortaretur, vt surgerent, & secum ad ignem, ærotum consularum, accederent. Aliquoties pedibus è lecto, ad passus aliquod, strabebant: vr à Spectro: aliquoties sub plantis adeo intillabantur, vt præmissio rilu, modo non morerentur: quibusdam particule carnis euell-*

B

bantur:

DE LOCIS INFESTIS.

hantur: pleriq; in aduersam partem profus intorquebantur ribia, brachia, & facies. Mitto reliquas, quas sustinuerunt, ad tres annos, molestias: quas videre licet apud Vixerium, lib. 3. cap. 9. de Praestigiis Daemon.

25. Circa annum Domini 1098. non longe à VVormatia, multis diebus ac noctibus, maxima multitudo armatorum equum, & praeterea apparuit, tanquam ad plerumque colloquium, seu bellum processit: & nunc huc, nunc illuc, quasi per turmas discurrentes, circa nonam horam noctis ad vicinum montem, ex quo prodire confueverunt, reuertebantur. Tandem nocte quadam, Monachus Limburgensis Cœnobij, non procul à monte, de quo exire solebant, distantis assumptis secum quibusdam aliis, ad locum infestum accessit; munienque se signaculis sanctæ Crucis, exeuntes de monte, Qui essent, per virtutem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis vt dicerent adiurauit. Cui vnus ex turma: *Non phantasma, inquit, sumus, nec militum vimentium turba; sed animas hominum, quondam in hoc mundo, Principi terrenorum militum, non ante multos annos, in hoc loco, intersectorum. Arma, habitus, & equa qua nobis, dum viueremus, instrumenta fuerunt peccati, etiam nunc, post mortem, in nobis sunt quædam indicia tormenti. Omne quod iam cernitis circa nos, totum ignis, non est nobis; quanquam vos ignem vestrum minime videatis. Cumq; Monachus vitrum ab hominibus iuari possent, inquireret; et respondit spiritus: *eiunij, & orationibus, & maxime oblatione corporis & sanguinis Christi adiuari possumus, & rogamus.* His dictis omnis illa multitudo spirituum, quasi vna voce, clamabat trinavice: *Orate pro nobis; orate pro nobis; orate pro nobis.* Mox omnes in ignem resoluti videbantur. Sed & mons ipse, quasi arderet ignem & maximum fragorem arborum & strepitum emisit. Ita Chronicon Hirsaugiense, circa annum Domini 1097. Similia Spectra sunt quæ Marathonicum campum, & lim. horrendum reddiderunt: illa etiam quæ Calcerandus Rochensis Hispanus contexit, & quasi prænuincia fuerunt ingentium motuum Siciliæ, quibus furens plebs Hugonem Montecanum Protegem, vrbem Panormitana eiecit. eo tempore, quo Sicilia Regnum ad Carolum VI. peruenit. de quibus sic Thomas Fazellus: *Paucis ante diebus (scilicet quam tumultus excitaretur, viuente adhuc Ferdinandus Rege) cum sub primam lucem in lectulo vigilaret Calcerandus, magnam hominum multitudinem in aëre perstreptentem audiuit. Ad fenestram accurrens, virorum frequentiam primam, pedum**

que

PARS PRIMA.

que stetes: vos hastas iustasq; subsequi, ac equites deinde in turmas diuisas a maioribus, actes in præly speciem conuarentes in regiam domum, quæ Hugo utebatur, irruere, ac oppugnare; oculis perinanens umbram sibi videre est visus. Pleriq; præterea sub idem tempus ad verticem ac radices Peregrini montis milites armis instructos noctu conuantes se vidisse fassunt. Hæc Fazellus lib. 10. & ultimo de Rebus Siculis.

25. Apud Aquilonares populos plura loca infestantur. Refert Olaus Magnus, solere apud ipsos, nocturnos viatores, gregumque & armentorum excubiis intentos, potentis diuersi generis circumfundi, mirifico concentu. Hunc nocturnum Monstrorum ludum vocant incolæ Choream Eluarum; de quibus eam habent opinionem quod animi eorum hominum; qui se corporis voluptatibus dedunt, corporibus illapsi, circa terram volutantur. Vestigia harum laruarum mane interdum, in herba rosida, deprehenduntur; interdum verò ceu igne ex ca conspiciuntur. Olaus, lib. 3. cap. 11. Gentium Septentrionalium.

26. In Islandia Insula sub polo Arctico: præmontorium est, quod instar Aetnæ perpetuis ignibus æstuat. Illic submerforum, siue alio violento casu occisorum Spectra sese offerunt congressibus notoribus hominum, tam manifesta, vt tanquam viuentes accipiuntur ab ignaria mortis illorum. Nec deprehenditur error, priusquam disparuerint Umbrae. Idem Olaus, lib. 2. cap. 3.

27. Arx est in extremis terris Finlandiæ suppolari, Regno Sueticiæ subiecta. Præterlabitur hanc vastissimus fluuius, inscrutabilis profunditatis. ad hunc Spectra subinde apparent: & imminente morte Præfecti arcis, vel militis alicuius, *Cytha radus per noctem in medijs undis, ludens conspirat, & auditur.* Hoc quoq; Olaus, lib. 20. cap. 19. & 20. Apud Philappas quoq; ingens est numerus Spectrorum, quæ cum ipsis conuersantur, colloquantur, conuiuantur: nec arceri aut abigi vlla ratione dicuntur. Cumq; præcipue terreantur à manibus cognatorum; ne id fiat, prohibent cadaueribus defossis & sepultis sub foco. Beucerus lib. de Diuinat. fol. 283.

28. Similiter stellingi, arx in Scotia, à spiritibus infestatur: & quia ibidem gementes & clamantes nocte audiuntur, nomen accepit, vt Mons dolorosus dicatur, quem admodum scribit lib. 4. Scotorum historiae H. Boethus.

29. In ea, quæ est circa Syrtes Lybia, quandoque, & maxime quieto à ventis tempore, apparent in aëre diuersarum animantium formæ, quarum quædam quiescunt quædam mouentur: & hæc

aliquando fugiunt; aliquando fugientes insequuntur: quos verò comprehendunt, frigidò circumdant contactu. Refert huc Diodes lib. 3 cap 4.

28. Ex Aristotele de Admirandis auditionibus refert Thomas Fazellus, lib. 1. de Rebus Siculis, tumultum in Lipara Insula olim fuisse, ad quem noctu accedere nemini licebat. Cymbala namque, crotali quoque, immanes præterea sonitus, tumultusq; cum incenditis cæchinnis ibi exaudiebantur. Quibus territi Liparensis, ne quid sibi mali accideret, illuc progredi perhorrebant. At cum merito quidam correptus, eo temere peruassisset: iuxta tumuli specum obdormiuit, perquæritusq; à domesticis post triduum exanimis eist repertus. Pro mortuo autem inde elatus, cum sepulturæ paratis exequiis, ac funebri pompa tradendus efferretur, repete omnibus admirantibus experrectus, quæ & viderat, & passus fuerat enarrauit. Hoc Fazellus.

29. Et fodinæ metallicæ quædam à Spiritibus infestantur. Hinc Spiritus Annbergicus, qui operarius duodecim annis statim interfecit in specu, qui corona rosacea appellatur, eo etiam nomine relictus, quamuis argento diues esset statim verò emittebat ex rictu, cum equi specie, habentis procerum collum, & truces oculos appareret. Hinc alter Schnebergicus, nigro cucullo vestitus, qui in fodina Georgiana operarius è solo sibilatum, in superiori loco maxima illius concavitatis, quondam feracis argenti, collocavit, non sine corporis attritu. Hæc ex Georgio Agricola Munsterus li. 1. Cosmogra. cap. 1.

30. In Prouincia Peruanâ ea parte, quæ Ititanorum est, Catarina sedecim annorum puella, ob sacrilegio sæpius violatam Confessionem, & infelicem mortem, post mortem multarum turbarum atque tumultuum fuit causa. Mox, ut anima exhalauit, scædum cadaver remanbit, tam terti odoris, ut sepe et dum fuerit sub dio, ne infieret diuinum. Eodem tempore mansuetus aliquis equus & placidus sic furere cepit, ut calcibus ardearet, in murum, & hæc illa equo percussa et, vinculis abruptis. Audita canum larratus, & in quietis discursus. Adulescens quidam extra lectum brachio extractus, una ex aculis culce in humerum percussa, cuius plures addies manserunt vegeta. Hæc corpore Catarinæ nondum humato acciderunt. Post sepulturam in famulatu ingredi cupierat cubiculum, ubi illa erat, vas decubum est de tabulato superiore. Et maior pars oppidanorum confestim cum magnis laterum regularumque magni fragore dispersi per aëres. Neque hoc tacis. Domina coram decemq; alijs aut duodecim mulieribus

teribus, semeliterumque ac tertio est rapta pede altero (nec apparebat raptator) famula, qua Catarina familiaris fuerat. Secuta sunt alia monstra. Cum in cellam vestiariam iret ancilla, ut promeret vestem, videt Catarinam extollentem sese vasi prensando, at ipsa cum clamore repente se proripit, ceterum vas in parietem proiectum, diffrahitur est quæssa ingenti. Cum Domina strepitu excitata, miraretur clamorem, dimidiatus later magnis impetu in murum est impactus. Post id eodem die impressa in pagina Christi effigies de cruce penitentis, apte applicata est glus. ne in pariete vestiarij; statimq; cunctis inspectantibus, euulsa tres in partes confusus est. Eodem die cum in horto cena esset, magna pars lateris decubuit in lancem, & conturbauit mensam. Vide Annales Societatis Iesu anno 90. & 91. in prouincia Peruanâ fol. 766. vbi hæc & plura his similia habentur.

31. Kerope castrum est vnum ex ijs, quæ Moschus Polono cessit, in quo multi Germani à Moschouitis occisi sunt. Castrum hoc, & tota vicinia illius inibus diabolicis aded erant ante annos adhuc duodecim infesta, ut Cacada mones palam, & in conspectu omnium, cum luna nocte splenderet, in equis sedentes effusis habenis circum moenia, magno cum impetu, currebant, & subinde morebantur. Inter diu quoque more Moschorum vestri, integros curruis onustos frumento, in humeros suos ferentes, omnibus aspicientibus in vicinum locum villa cuiusdam arce proxima conijcerent. Hæc Hselt anno 86. Historiæ.

32. Est alius locus palustris, decem scilicet passuum millibus ab Odepe, quod prædium est noui Episcopatus Vendæ in Liuania. Lacus autem, qui in eo erat, sic infestabatur, ut nisi singulis annis sanguis infantium in eum mitteretur, vltra modum affligerentur vicini, & plura: multa damna ijs Demones afferrent, conturbarent aërem, & tempestates excitarent. Hinc vsitatum apud illos erat matribus furari infantes, atq; in lacum projicere, aut silem extractum ex eorundem corporibus sanguinem in eundem mittere. Etiam hoc Hselt eodem loco.

33. Hæc pro veritate infestorum locorum exempla. Quæ in hac Disputatione ad duo valere volumus Lector. Primum, ne diuinitatis quibusdam locis vllū in animo ipsius relinquatur dubiū. Deinde, ut ad hæc, id est, ad primum Caput recurrat, si quando in disputationis nostræ discursu quædam exemplis confirmamus & vnde illa petita sunt non assignamus. Ad primum caput conuertat animam cogitationesq; illud, quod desiderabitur, docebit.



*Multiplicia esse loca, quæ à Spiritibus infestantur: Quod à omnia ad duo genera possint reuocari, quæq; sit inter ipsa differentia.*

**R**ecedenti Capite demōstratum est, esse quadam loca Spectris & Spiritibus infesta; Sed ita, vt simul inlinuatum sit, non vnus generis omnia illa esse. Data sunt infestæ domus, vt inter alias illa: quam Alexander ab Alexandro inhabitauit. Data fundi; vt Hesperij, quorum meminit Augustinus, Data arces & palatia; vt illa in Scotia, ob spirituum genitus Mors dolorosus dicta. Data ciuitates; vt Moguntia. Data insula ex prouincia, apud Aquilonares populos, & in Saxonia Episcopatus Hildesheimensis: Rursus data loca subterranea, in Fodinis metallicis. Data priuata, vt domus, quam Theodorus, Sicæorum Archimandrita purgauit. Data publica, vt Angulares Thermæ &c. Sed hæc omnia ad pauciora genera reuocantur.

Et quidem si rectè ratiocinabitur, duo constitui possunt. Locorum enim quædam possumus dicere *infesta propter homines*; quædam *per se infesta propter homines* illa vocamus, quæ non nisi propter certos homines, quos ipsi Spiritus persequuntur, horrida sunt. *Infesta per se*, quorum infestationis ratio ex Spiritibus, & non ex hominibus, qui in eisdem locis degunt, petitur.

Itaq; *infesta propter homines* sunt, domus, quæcunq; Pausaniam Spartianorum Regem excipiebat: domus quam Nero post cædem matris inhabitabat: Locus, vbicunq; Otto Romanorum Imperator post interfectionem Galbæ, reperiebatur. &c. Hos siquidem, quocunq; diuerterent, ob vindictam patris sceleris, infestantes sequebantur Spiritus.

*Infesta per se erant*, fundus Hesperij, apud B. Augustinum; Thermæ Angulares, apud B. Gregorium: domus, tam illa, quam Theodorus Sicæorum Archimandrita liberauit; quam alia, quam Romæ inhabitauit Alexander; Aquilonares prouinciæ, & arces Olai Magni; campi Vormatienies, & fodinæ metallicæ &c.

Multiplex verò est inter hæc duo locorum genera *differentia*. Prima à tempore, quo Spiritus molestare incipiunt, sumitur. Nam in illis, quæ propter homines infesta sunt, prius ipsi homines in locis inueniuntur; quam loca Spectris sint horrida. Quia eum certis locis Nero, Pausanias, atq; Otto inueniebantur; idcirco molestas.

stantes patiebantur piritus quibus antea caruerant. In posterioribus prius ipsa loca infesta sunt, quam hominibus molestia à Spiritibus afferatur, quæ admodum 1. Cap. allata probant exempla.

Altera differentia à *duratione* petitur. Illi tam diu infesta sunt, quam diu homines, quos infestantes Spiritus sequuntur, in locis degunt, & causas molestiarum non tollunt. Sublatis verò hominibus, aut causas molestiarum cessantibus, desinunt infestantes Spiritus. At posteriora hæc infesta manent, quamuis etiam ab hominibus prorsus deserantur.

Tertiam differentiam suppeditant *finis Spiritibus in his locis propositi*. Qui prioribus locis inueniuntur, vindi es plerumq; sunt patratorem scelerum; quemadmodum Spiritus virginis à Pausania interfectæ; manes matris Neronis, & Imperatoris Galbæ. Qui verò posterioribus, non item. Et quamuis aliquando, non tamen semper, mortales affligunt: vt verò affligant, per seipsis propositum non est.

Quartam differentiam *forma*, quibus se Spiritus dictis locis exhibent, præbent. Priorum locorum Spiritus *plerumq;* suis eorum se specie (& ob id humana) exhibent, qui iniuriam passi, vindictam his terrificam mentis expetere videntur. Hinc à matris Spiritu Neronis; à virginis Byzantinæ Pausanias; & à Galbæ Spiritu Otto cognouit se persecuti nem pati. At verò posteriorum locorum Spiritus, nunc sub proprijs, nunc sub pergrinis formis conuiscuntur, quæ admodum primi Capitis exempla demonstrant.

Quintò differunt dictorum locorum Spiritus, quòd in prioribus genere pauciores ferè inueniuntur, qui molestent; in posterioribus plures. Rarius audimus quosdam suos vbique molestantes sequi Spiritus; sæpius certis atq; definitis locis alios atq; alios molestasse.

Deniq; hoc differunt, quòd in his alijs, quam illis, *expiandis*, ratio seruari debeat. In ijs, quæ propter homines infesta sunt præcipua est occupatio, (si modo plena securitas obrinenda est) cum hominibus, quorum causa loca infesta sunt; in alijs non tam hominibus, qui infestas locis degunt; quam ipsorum locorum ratio habenda est; quemadmodum suo loco docebitur; tertia parte Disput.

Cæterum quamuis iam dictis rationibus loca hæc distinguantur; multa tamen habent communia. In primis illud, quòd in vtrisque omnis generis molestantes Spiritus apprehendantur; tamoniaci, si licet æternominu, tam purgandorum; quam perpetuis supplicij deputatorum. De quo in sequentibus.

*Tria esse Spirituum genera, quæ loca infestant; de quibus præsens est Disputatio.*

**I.** **A**rgumento Capiti huic præfixo, vnum certum ponitur, alterum in quaestionem vocatur. Illud est, *Esse plura Spirituum genera, per quos loca infestari queant*: hoc, *Quamam illi sint Spiritus*. Nec de potentia quaestio est; sed de facto quia, non, quinam valeant loca infesta reddere, sed qui re ipsa infestent, quaeritur.

**II.** *Primum* autem omnium confessione manifestum est. Nec male. Quoniam sunt boni Spiritus & mali; & inter utrosque (vt de Deo Spirituum auctore nihil dicamus) quidam humani sunt; vt inter malos damnatorum animæ; inter bonos, mentes beatæ atque purgandæ: quidam Angelici, vt inter malos diaboli; inter bonos, Spiritus cælestes, in nouem ordines siue choros distincti.

**III.** *De potentia* verò quaestio non est, Quinam, videlicet, Spiritus loca infestare valeant. Cum enim omnium magnæ sint in res corporeas vires; & in rebus corporeis loca, & quæ in locis sunt, habeantur; dubium nullum est, quin quicumque Spiritus, si modò velint, & nulla superioris autoritate prohibeantur, loca infestare possint.

**IV.** *Qui igitur re ipsa infestant*. *Tria potissimum Spirituum genera*. Vnum prorsus incorporeorum, duo humanorum: hoc est Diaboli primum; deinde hominum animæ ad inferorum supplicia damnatæ; & tertio illæ, quæ purgatoriiis pœnis expiantur, viuentibus molesti sunt.

**V.** Non negamus interim *Angelos bonos* certis quibusdam locis, & olim visos esse & modò interdum videri. Plura pro hoc argumento exempla protulimus in illa, quam de Spirituum Apparitionibus dedimus, Disputatione. Nec ita cælis includimus *bonos hominum Spiritus*; vt ipsis quasi vincula iniiciamus, & extra calum comparere fas non sit. quoniam etiam hos sæpiùs aliis locis visos esse, in iam dicta Disputatione demonstratum est: sed aliud est apparere Spiritus certis locis; aliud locis esse affixos quasi, & molestos.

**VI.** Quòd si quis etiam ipsorum præsentia loca infesta fuisse, aut esse, omninò velit conuincere, non multum repugnabimus, quæ nos loca infesta *hac Disputatione* dicimus, illa prioribus, triplicibus Spiritibus, infestari, intelligi volumus.

Nemi

Neminem verò vsque adeò desipere existimamus, vt omnes omninò quæ vel molestiæ percipiuntur, vel tumultus infestis locis audiuntur, *bonis tantum Angelis*, vel certè *humanis illis felicibus Spiritibus* auctoribus fieri credat. Multa hinc sunt, quæ non nisi à prauis atque peruersis; aut certè miseris hominum Spiritibus fieri possunt, vt aliàs demonstrandum erit.

Sic nec quisquam erit, qui molestias atque tumultus omnes ab Angelicis illis *prauis Spiritibus* putabit excitari, quemadmodum non omnia, quæ fiunt, cælestibus illis beatis possunt ascribi; ita neque omnia Dæmonibus. Quædam non nisi Dæmones; quædam non nisi homines habent authores. Sic quædam non nisi homines, quædam non nisi Dæmones produnt.

Et quæ hinc ab humanis Spiritibus fieri certum est, non *eiusdem conditionis* sunt omnia, quamuis prodant miseros Spiritus aliquos; non tamen semper damnatos. Neque enim omnes miseri Spiritus, damnati Spiritus: quamuis damnati omnes miseri. Miseri illi, qui purgatoriiis pœnis expiantur, miseri & damnati, qui infernalibus suppliciis adiudicati.

Cæterum à dictis tribus Spirituum generibus loca infestari, quamuis difficile non sit, certa quadam ratione docere; *exemplis* tamen rem illustrasse breuitati studentibus suffecerit.

**Pro Dæmonibus** igitur sunt Spectra, quæ in fodinis mineralibus, & salinis obseruata: quæ Hesperij domum reddiderunt infestam: quæ in balæis, quorum B. Gregorius Nyssenus meminit, multis mortem attulerunt: quæ aqua benedicta profligata à Theodoro Sicæorum Archimandrita: quæ agrum Bingensem affixerunt: choreæ item Eluarum, quarum mentionem fecit Olaus: Huntingen etiam Hildesheimensis. De quibus primo Capite. Præterea terribilis & monstrosa effigies, quæ ad M. Brutum nocte ingressa, & quisnam esset interrogata, respondit se eius esse genium. Fœdum quoque & dirum Spectrum, quod Cassio Parmensi obuersatum est sub id temporis, quo iussu Augusti interfectus est. De vtroque Sabellicus Tom. 4. lib. 1. Exemplorum, cap. 3. Deniq; quæcunque visa sunt sub peregrinis formis, de quibus capite 19. Theol. 9. & 10. in sequentibus.

**Pro animabus purgandis** sunt, Paschasius; quem celebrat Gregorius Magnus: Spiritus, qui obsequium aliquamdiu exhibuit presbytero, Felici Portuensi Episcopo noto: & armatorum, vt credimus, tam equitum, quam peditum multitudo, quæ in agro Vormatiensi, multis noctibus atque diebus, conspecta est: de quibus

C

quibus

quibus. 7. cap. Mater quoque S. Elisabethæ Hungarorum Reginae quæ filię post mortem apparuit; pœnas, quas ob vitam negligentius actam sustineret, exposuit; & vt filię suffragijs iuuetur, rogauit: & tandem, voti compos facta, pro matura liberatione gratias egit; cum secundo iam filię post fusas ad Deum preces appareret, quem admodum in eius vita testatur Iacobus Montanus Spirensis, cap. 23.

13. Denique pro ijs qui inferni cruciatibus addicti sunt, est Vmbra, quæ Athenis domum, quam postea Athenodorus inhabitauit, turbabat: sunt manes matris Neronis, Cleonicæ Byzantinæ Virginis, & Galbæ Imperatoris: Aethiops, qui apparuit Isidoro Monacho: de quo vide Thesin 8, cap. 38. Spectra demum, quæ plurima offerunt Regiones Aquilonares. Quamuis enim ipsa apparitionis, & infestationis horum Spirituum ratio ipsos damnatorum loco habendos esse, non necessariò demonstrat; ex alijs tamen nullam ijs cum beatis aliquando partem futuram clarum est. Ex quibus verò? Quia vera fide destituti (vt de alijs criminibus dicatur nihil) ex hac vita discesserunt. Nequit cuiquam quecumq; probè transacta vita ad salutem prodesse; qui, vera fide destitutus, præsentem hanc cum alia vita (vt illi) commutat. Pro hac, ne plura dicam, diserta est B. Augustini sententia, lib. de fide ad Petrum. *Firmissimè*, inquit, *tene, & nullatenus dubites, non solum omnes Paganos; sed etiam Iudeos, Hæreticos atq; Schismaticos, qui extra Ecclesiam Catholicam, præsentem finiunt vitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est diabolo & Angelis eius. Eodem modo in damnatorum Spirituum numero illi erunt; qui quamuis cum Christiana fide, sine charitate tamen hinc discesserint: quemadmodum idem Augustinus eodem loco his verbis testatur. *firmissimè tene, & nullatenus dubites, non omnes, qui intra Ecclesiam Catholicam baptizantur, accepturos esse vitam æternam; sed eos; qui, percepto baptisate, rectè viuunt, id est, qui abstinerunt à vitijs & concupiscentijs carnis. Regnum enim celorum, sicut Infideles, Hæretici atq; Schismatici non habebunt; sic Catholici criminosi possidere non poterunt.**

14. Porro ex dictistria, vel quatuor, inferimus. Primùm est, *Animas hominum cum corporibus non interire, sed depositis corporibus vitam aliam viuere. Hoc probant & defunctorum Spiritus, qui apparent; & quos in diuersis locis excitant, tumultus atq; terrificatiões.*

15. Alterum est, *Non uno tantùm loco infernales pœnas sustineri. Esto sit vnus locus, qui hoc sibi ius præ reliquis vendicet; & qui post extremum Iudicij diem, solus damnatorum sedes erit & domicilium; nunc tamen, præter hunc, plures habet Deus Opt. Max; in quibus*

quibus debitas pro meritis à damnatis pœnas exigit. Nonne damnati Dæmones? nonne infernalem ignem sustinent? Et tamen eos mundi Rectores tenebrarum harum, & Spiritualia nequitia in celestibus vocat Apostolus Paulus: & aërem sublunarem plenum esse Dæmonibus, vt communis, ita non vana, mortalium est opinio.

Tertium est, *Non vno loco contineri animas, quæ non plenè purgata, ex hoc saculo discesserunt. Præcipuus earum locus, quem Purgatorium dicimus, haud procul ab inferno constitutus est, in visceribus terræ: ad hunc maxima ipsarum pars à morte demigrat. Præter hunc singulari Dei prouidentia & clementia, quædam alia habent, quibus purgantur, loca. Sed hæc aliò pertinent*

16.

## CAP. IV.

*Varios esse tam Dæmoniorum, quàm miserorum hominum Spiritus, qui mortalibus molesti esse solent, & loca reddere infesta.*

**R**ia Spirituum genera astruximus, quæ loca infesta redderent; Dæmones, Damnatorum hominum animas, & Illas, quæ purgantur. *Vtrum in singulis generibus gradus sint, & ordine; an, contra, in vnoquoque genere omnes vnus eiusdemq; conditionis, definiendum est*

*Dæmonum* igitur (ab his initium faciamus.) Psellus, quidam Philosophus & Christianus, (sed vt videtur Christianæ doctrinæ rudis) sex genera, secundum locorum varietatem, distinguit: vnum *igneum* vocatur, quod circa subliorem aërem vagatur. Alterum nominatur *Aëreum*, in hoc aëre, nobis proximo oberrans. Tertium appellatur *Terreum*, quia plurimum circa terram versatur, terrenis quæ rebus, & machinis aduersatur homini. Quartum dicitur *Aquatile & Marinum*, quod humoribus immergitur, libenter circa lacus & fluuios habitans, in mari fluctus & tempestates suscitans, nauigia quæ hominibus onusta, submergens. Quintum est *Subterraneum*, subter terram habitans, infestans quæ fossiles puteorum, & metallorum; efficiens terræ hiatus, concutiens fundamenta; & flammiosos ventos excitans. Sextum &

ultimum genus est *Lucifugum*, & inscrutabile, & penitus tenebrosum, passionibusq; frigidis, violenter multas res perdens. Ita Pselus lib. de Dæmonibus.

Melius alij molestantes *Dæmones* in duo genera distinguunt; in *Mites*, & *Terricos*, siue Truculentos. *Mites* volunt Lares dici, qui concubia nocte in domibus versantur, & aliquid facere se, strepitu vario, indicat; nihil tamen faciunt. Germani (inquit Georgius Agricola libro de Animantibus subterraneis) Guteolos vocant, à bonitate: alij viruculos montanos dicunt, quia plerumq; apparent Nani, tres dodrantes longi. *Truculentos* laruarum appellatione dignantur: hi familiam terrent, molestant, turbant. Vtrorumque meminit Cassianus Collat. 7. ca. 32. Priorū his verbis: *Nonnulli os immundorum Spirituum*, (quos etiam *Famos* vulgus appellat) *ita seductores, & ioculatores esse manifestum est, ut certa quadam loca seu vias iugiter obsidentes, nequaquam tormentis eorum, quos pratercuntes peruerint decipere, delectentur: sed se risu tantummodo & illusioni contenti, fatigare eos potius studeant, quam nocere.* Posteriorū verò sequentibus: *Alios ita esse furori ac truculentie deditos esse manifestum, ut non sint contenti hominum tantummodo corpora, quos supplicuerint, atroci dilaceratione vexare; sed etiam irruere super eminus transeuntes, & affligere illos sanissima cede festinent.* Ex hoc posteriorum genere inueniuntur plures. ex priorum fuit, cuius mentionem facit V. Wilhelmus Parisiensis, cap. 8. secundæ partis, partis secundæ principalis, qui cum ioculatore, quem V. Wilhelmus se vidisse testatur, solebat ludere, nec quiescere eundem patiebatur: quiq; noctis quietem nunc lapidibus in parietem iniectis, nunc tumultu & strepitu suppelletilis, nunc detracto lecto interturbabat.

Sed distinctio hæc non in distincta Spirituum genera est, sed in vnius generis Dæmonum diuersa officia. Nullos Dæmones crediderim, qui tantum sunt *Mites*: nullos, qui tantum sunt *Truculenti*. Qui nunc *Mites*, post *truculenti*: qui nunc *truculenti*, post *Mites*. Nam nec *Mites* deest sua bilis, aut nocendi potestas vel voluntas. Et qui ex odio in nos sæuiunt (quia mille artes norunt) etiam in Angelos lucis se transformant, & summam quandoq; simulant mititatem.

Alij hos molestantes Spiritus distinguunt, pro ratione *Ordinum*; in quibus à Deo creati sunt. Hi nec in hoc errant, quod vt bonos, ita malos Angelos, nouem Ordinibus distinguunt: nec in illo, quod quoscunque, quorumcunq; etiam sint *Ordinum*, putant loca infesta reddere. Quamuis enim superiorum *Ordinum* Spiritus

Spiritibus beati minima officia non subeant; superiorum tamen *Ordinum* Nequam Spiritus conditionis suæ rationem non habent: & sæpe, non quod ipsos, pro naturæ suæ conditione, facere oporteat, attendunt; sed quò libido trahit, perficiunt. De quo aliàs, Disput. de Dæmoniacis.

*Dæmoniorum hominum Spiritus duplicis sunt generis.* Quidam propter solum originale peccatum, cum quo ex hac vita migrarunt, miseri sunt: quidam propter actualia etiam, quæ commiserunt. Posteriores hos, certis locis, molestos esse posse, clarum videtur ex multis, quæ primo Disputationis Capite allata sunt, exemplis. De prioribus maior est difficultas, præsertim si, qui cum originali labe discesserunt, infantes fuerunt, aut teneræ adhuc atque immaturæ ætatis.

Cum enim hæc molestandi ratio horum Spirituum quoddam etiam supplicium sit, quod ob sua ipsorum delicta, de ijs Deus Opt. Max. exigit; omnino ab hoc liberi videntur ij, qui propria voluntate Deum non offenderunt, nec quicquam, quod propter grauius puniantur, commiserunt, vt hi posteriores sunt.

Vniuersim tamen non facilè negauerim, hos Spiritus posse esse molestos. Quid ita? quia quod defunctorum manes viuentibus molesti sint, non solum ob defunctorum; quæ commiserunt, sit delicta; sed aliquando etiam viuentium malo merito, quod dignum est mortuorum Spirituum molestatione vindicari.

Non merebatur Cleonice, Byzantina virgo, vt post mortem adesset aliquoties viuenti Pausaniæ, sed Pausaniæ hoc exigebat peccatum, & crudelitas. Non matrem Neronis defunctam propria; sed filij culpa cogebat viuorum rebus sæpe interesse. Et quod post mortem Galba esset molestior, viuentis Ottonis merebatur impietas. De his, cap.

Amauerit pater quidam plus æquo filium, Deumque amando grauius offenderit: Sit alius, qui per nefandam libidinem filium procrearit; quid obstabit, ne dicamus manibus defunctorum filiorum terreri, affligi, atque molestari posse parentes viuos?

Probandum erit, capite decimo septimo, iusto Dei iudicio fieri, vt crudeles homicidæ innocentium intersectorum Spiritibus infestentur; at verò potest innocenter vita priuari, non adultus tantum, qui Deum grauius offendet; potest etiam *infans*, & quem solum grauet originalis culpa: quidni igitur & hic, vt ille, post mortem grauis erit cædis authori? Hoc probabiliter dici putamus,

1. tamus, quamuis contrarium doceat Tostatus in 25. Matt. q. 754.

*Purganda anima etiam sunt in duplici ordine. Quædam solas pœnas persoluunt, quas in hac vita peccatis grauioribus contraxerunt: quædam etiam leuioribus purgatorio igne deponunt. Vtræq; viuorum rebus interesse possunt, & viuentium auxilia, excitato strepitu, postulare. Sed tamen illæ in primis, quæ persoluentiarum pœnarum pondere grauantur. Priorum culpæ facilius expiari videntur, vt ob id hac infestatione, ijs viuorum auxilia implorare necesse non sit: posteriorum pœnæ, quia grauius, & diutius vindicandæ, etiam hac ratione, possunt vel expiari, vel viuentium subsidium obtinere.*

## CAP. V.

*Quinam dictorum Spirituum, præ omnibus, frequentius rebus humanis intersint, & loca reddant infesta.*



2. Mnes Spiritus molestos posse esse, & esse, demonstratum est. An æquæ omnes molesti sint, nunc inquiramus. Duplex autem eius, quod quæritur sensus est: alter, an omnes æqualia, & molestias afferant: alter, an omnes æquæ frequenter infestent, & mortalibus adsint; an potius hi illis frequentius. Posterius hinc definiendum: prius illud alium habet locum.

3. Difficilis autem admodum est illius definitio. Neq; enim ex effectibus hi: certum argumentum peti potest; cum sæpe eadē hominum, atq; Dæmonum Spiritus operentur. Nec clarum est ex Spirituum confessione; quod & suspecta illa sit, & admodum raro habeatur. Nec deprehenditur ex Spirituum conditione & attributis; cū quæ quorum propria sint difficilimum sit intelligere.

4. Sed tamen omnino intellectu res hæc impossibilis non est. Cū enim quæ hinc fiunt, ratione & consilio fiant, si rationem ducem sequamur, poterimus veritatem ipsam, si non perfectè assequi, certè à longè intueri.

5. Ratio verò omnino suadet, vt credamus quàm rarissimè Spiritus damnatorum hominum rebus viuentium interesse, & molestias excitare: frequentius purgandorum hominum: præ utrisq; Spiritus Dæmoniorum.

6. Quam enim ob causam credi debet, frequentius rebus viuentium

7. tium adesse, & interesse damnatorum hominum Spiritus. An fortè, quia id ipsi expetunt? An quia ita placet Deo Opt. Maximo? An velle id possunt Dæmones, sub quorum potestate damnati sunt?

8. *Expetere hoc non possunt ipsi mortalium Spiritus: quia causam, cur expeterent, nullam habent: habent verò, cur cupere debeant latere, & ad viuos redire nunquam. Prius clarum est ex eo, quod bonum sperent nullum: posterius ex malo, quod suo ad nos reditu incurrunt.*

9. *Si miseris bonum aliquod propositum esset, quod viuorum consuetudine consequi valerent, reditum fortè affectarent: ad propositum prorsus est nullum. Non fortunarum, aut corporis; quia huius capaces non sunt. Non animæ; quia ea Spirituum horum est conditio, vt secundum animam perpetuò debeant esse miseri, & infelices.*

10. *Sed & malum, quod suo ad nos reditu incurrunt, ne reditum affectent, impedit. Illud est honoris, quem apud nos saluum esse cupiunt, iactura; qui in præsentissimum periculum adducitur. An fortè honoris rationem non habent superbiæ filij? quorum, vt diuina habent eloquia, Superbia ascendit semper? Aut in discrimen honor non vocatur, cum socij intelliguntur esse Dæmonum? hostes Dei? ter in omnem æternitatem miserrimæ creaturæ?*

11. *Dei forsitan voluntate, atque imperio, rebus viuorum sæpius intersunt damnatorum Spiritus? Verum vnde hoc constat? Quod Dei voluntate ad nos redeant certum: quod sæpissimè redeant, nec certum, nec verisimile, imò improbabile.*

12. *Habet hoc Deus Opt. Max. vt legum, quas sanxiuit, studiosissimus sit obseruator. Iam verò ita deperditæ salutis hominibus statuit, vt quamprimum ex hac vita discederët, mox sua ipsis supplicia, suis certis locis manerent, quæ perpetuum sustinerent. An decretum hoc temere violabit? an locis alijs, quàm à mundi constitutione ordinatis volet hærerè?*

13. *Quid verò hinc dubium? Vtrum, quod perditis hominibus mox à morte, sua maneant supplicia? An quod hæc certis locis miseri sustineant? An quod Deus legum suarum sit studiosus obseruator.*

14. *Primum clarum est, vel solo diuitis Epulonis exemplo; qui suorum, quæ mox à morte sustinuit, tormentorum, testis est misera illa & lamentabili oratione; Crucior in hac flamma. Lucæ 16. Scio quosdã hoc argumentũ illudere; & docere præsentis tēporis verbo, futuras*

14. futuras pœnas significari, quas post diem Iudicij Epulo, cum alijs damnatis communes habiturus est: sed attendant illi: vtrum etiam post futurum Iudicij diem velint futuros in mundo Epulonis fratres; quos tamen ipse suo malo desiderat sapientiores reddi: vtrum tunc tempus velint admittere, quo audire licebit *Moyſen & Prophetas*; quos audiendos docet Abraham. Quo tempore licuit Moyſen & Prophetas audire: quo tempore superſtites erant fratres Epulonis, ipse cruciabatur. *Mox* igitur à morte cruciabatur. Sed de hoc alijs.

13. Et *cercis locis* miseri supplicia ſuſtinent: In Inferno, Damnatorum perpetuo carcere: loco vmbroſo, omnis deſperationis & miſerix pleniffimo. de quo licet quidam diſputent, vbinam ſit: nobis tamen ſatis ex Scriptura colligitur, eſſe intra viſcera terræ. *Infernus ſubtus* (inquit Iſaias cap. 14.) *conturbatus eſt, in occurſum aduentus tui.* Et Eccleſiaſticus prædicens aduentum Chriſti ad inferos (cap. 24.) dixit: *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino.* Denique explicans Scriptura (Num. 16.) quomodo Dathan & Abiron deſcenderint in infernum, ait: *Diſrupta eſt terra, ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos, cum tabernaculis ſuis, & uniuerſa ſubſtantia eorum: deſcenderuntque viui in infernum, aperti hinc.*

14. Longè verò eſt à Deo, vt quaſi ipſe leges poſuit, *mox violet. Fidelis eſt in omnibus verbis ſuis. Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur; neque, vt filius hominis, vt mutetur.* Num. 23. *Apud ipſum nulla tranſmutatio,* inquit B. Iacobus cap. 1. Ipſe verò, *Ego Deus,* inquit, & non *mutor.* Malach. 3.

15. Sed & hoc querimus, quam ob cauſam poſſit Deus velle, vt miſeri rebus viuentium interſint? An vt teſtes ſint ſuppliciorum infernalium apud viuentes? Habent hi Moyſen et Prophetas; illos audiunt: habent verbum Dei; illi credant. Fortè credituri ſunt ex inferis reſurgentibus? Si Moyſi, Prophetis, & verbo Dei non credunt; nec credent reſurgentibus à mortuis. An fortè volet redire, vt per hos de peccatoribus iuſta exigat ſupplicia, & peccata inſlictis malis vindicet? Hic ipſi ſeruiunt mentes Angelicæ, ab hoc, & alijs (quibus Deo famulantur) officijs dicti *adminiſtratorij Spiritus.*

16. Ex his facile colligitur, aut nunquam viuorum rebus intereſſe hominum damnatorum Spiritus, quod dici non debet; aut intereſſe *rariſſimè*, quod in hoc Capite probare nobis eſt propoſitum. *Quamuis enim Deus legum ſuarum obſeruator ſit ſtudioſiſſimus in iſta tamen, quæ à libera ipſius pendent voluntate, diſpenſat ali*  
quando

quando; & non priuati ſemper; ſed communis boni rationem habet quandoque.

Nec Spirituum igitur propria voluntate, nec Dei permiſſu frequenter viuentibus adſunt hominum damnatorum Spiritus. An fortè hoc voluit *Dæmones*; ſub quorū degunt poteſtate? Primum omnium hæc reſ à Dæmonū voluntate non pender. Quæ dei legibus ſubiecta ſunt (quemadmodum eſſe oſtendimus, quod in inferno ſint damnatorum Spiritus) non dæmonum, nec vllius creaturæ voluntate, niſi deus permittat, violantur, aut infringuntur. Quocirca hinc maior neceſſitas, cur ad nos Spiritus redire frequenter poſſint, non petitur; quàm ex ipſa dei voluntate. Deinde vt maxime dæmonum voluntati eſſet ſubiecta; cur tamen, redire velint ad nos Spiritus hos, cauſam non habent dæmones. *Quid enim? An hoc reditu ipſis ſeruiunt? an ſi, quod quærunt, regni ipſorum, propagantur fines? an horum indigent opera, vt mortalibus noceant? Nulla hinc ipſis ſeruitus præſtatur. Regnum ipſorum hoc reditu magnas ſæpe patitur defectiones. Per ſe, vt noceant, ſunt promptiſſimi & potentiſſimi.*

Quæ cum ita ſint, ſi qui Spiritus arò rebus mortalium interſunt, profectò *damnatorum hominum Spiritus ſunt.* Addiderim & illud non ſolum damnatorum hominum Spiritus rariſſimè ad nos redire; ſed ſæpe quoque viuentibus illud; vt damnatorum hominum Spiritus ſe videre exiſtiment, qui tamen non niſi dæmones ſunt; ſub damnatorum hominum forma, & imagine: Hoc quomodo, & quibus de cauſis dæmones efficiant, alterius eſt loci.

19. Poſt hos frequenter viuentibus adſunt Spiritus hominum purgandorum. Quamuis enim ipſiſſimus ſit determinatus locus; & hoc, pro dei voluntate, puniantur; deſiderare tamen ipſi poſſunt, vt rebus viuorum interſint; & deſiderio ipſorum atque exſpectationi faciliùs poteſt ſatiſfacere deus.

20. Damnatorum Spiritus redire non affectant: quia bonum à viuis nullum ſperant. Deſiderant non redire: quia honoris timent iacturam. At alia purgandorum Spirituum ratio. Quia enim bona à viuis & ſperare & conſequi poſſunt; redire deſiderant: & quia honorem non quærunt; quinimò libenter peccatum ſuum agnoſcunt, redire non reſugiunt.

21. Neque erga hos ea ſeueritate, atque vigore iuſtitix, vtitur clementiſſimus Deus, quo erga damnatos, atque reprobos: quin potius, quia ipſos, vt filios chariſſimos, amat, ſeueritatem diſciplinæ, leuiori pœna mitiget: permittit, vt aliorum ipſis charitas  
proſit,

prosit, qui egregia erga bonos omnes flagrant charitate.

22. Accedit, quòd & in hoc suo permisso magna & multæ rationes Deo possunt esse propositæ, quæ apud Spiritus damnatorum locum non habent: quas, quia aliàs persecuti sumus, hîc repetere necesse non est.

23. Porro his purgandis Spiritibus frequentius adhuc viuentium rebus interfunt Damoniorum Spiritus. Hoc ex diçis, & quotidiana experientia est manifestum. Cum enim plurima loca infesta sint; & rarò purgandorum Spiritus adsint; rarissimè damnatorum; omninò necesse, frequentissimè Dæmonibus loca infesta esse.

24. Idem aliunde demonstratur. Ex Spirituum istorum voluntate & desiderio: Ex Dei prouidentia atque ordinatione: Ex hominum quorundam nunc molestia, nunc patientia, quæ hîc prosequi prohibemur, quòd aliàs illa à nobis sint tractata; Disputatione de Apparit. Spirituum.

## CAP. VI.

*Qui præ cæteris, ut plurimum ex Spiritibus Damoniorum soleant rebus viuentium interesse: loca reddere infesta, & mortales molestia afficere.*

IN maximo numero esse Dæmones: extra controuersiam est. Et profani nôrunt hoc auctores, & Sacrarum literarum scriptores. Sed & si his præfidiis destituti essemus, vnus miseri hominis exemplum magno nobis potest esse argumento, à quò Dominus verbo legionem, id est, 6666. (rectius secundum Iansenium in Euang. Concord. 12250.) aliquando expulit.

25. Confusa autem hæc multitudo non est: Quem Ordinem Spiritus, antequam ob peccata è cælo disturbarentur, habuerunt, eundem adhuc habent, habituri que sunt in omnem æternitatem. Nec mirum. Naturam sequitur Ordo: naturam eandem semper retinent Spiritus. Ut idcirco nouum videri non debeat, quòd Regnum Spiritus illi habere dicantur, Matth. 12. *Principes*: item atque *Potestates*, Ephes. 6.

26. Hinc est, ut quemadmodum inter beatos Spiritus, tres distinguantur:

guantur Ordines; & in singulis Ordinibus Chori: tres: ita inter Damoniorum Spiritus, tria prima generaliceat distinguere, & in singulis generibus tres Choros; quos iisdem possemus (quamuis vnus non ita permittat) nominibus, quibus beatos Spiritus solemus, compellare.

Hæc cum ita sint, quæritur. *Omnesne hi Damoniorum Spiritus leuacreddant infesta, & molestijs mortales defatigent promiscuè*; an potius, ex toto numero certi sint aliqui? & qui illi? quorum Ordinum? quorum Chororum? Curiosa forsitan quæstio: sed certè difficilis explicatu: & quæ si non magnam, aliquam potest lucem præsentis Disputationi afferre.

Eius verò solutio non ex Dæmonum voluntate petenda est, sed diuino, potius decreto, decretique causis. Si solius Dæmonum voluntatis ratio habenda esset; nullos iustè excluderis. Si diuini decreti; de pluribus merito dubitaueris.

Quid quærunt magis versipelles, quid ita expetunt, quàm primùm ne infernalibus carceribus includantur? Deinde, ut mortalium generi, quibuscunque rationibus valent, incommodent? Omnium quidem hoc desiderium; sed illorum ardentius, qui naturæ præstantia superant. Quid inde? omnes, & in primis illos superiorum Chororum desiderare loca viuorum infestare, nullamque ipsis pacem relinquere.

Quod inferimus, rectè inferri omnes intelligunt. Sed de propositionum veritate forsitan quis dubitat. At non minus certæ sunt omnes, quas ponimus. Certum omnes Spiritus horrere carceres inferni. Certum mortalibus omnes cupere incommodare. Certum horrorem carceris atque nocendi studium maius esse apud superiorum Ordinum Spiritus.

Quòd inferni carceres omnes horreant, malintque quibusuis aliis quàm inferorum locis esse, illud probat, quòd hi in peccatorum pœnam, quam summopere detestantur, constituti sint, sed in primis ostendit ipsorum oratio ad Christum, ipsos ex homine quodam exigentem facta, qua significant vereri se, ne ab ipso ante tempus torqueantur (Lucæ 8.) tum etiam deprecatio, qua vt in porcos, & non in abyssum mittantur, rogant. Matth. 8. Scilicet potius in porcos cupiunt mitti, quàm in inferni abyssum; quòd grauius ipsorum in inferno, quàm porcis supplicium. Et ante tempus torqueri se existimabant, si ante iudicij diem ad inferos detruderentur: quòd grauioris pœnæ loco habebant, quàm si extra inferni locum, suum nihilominus infernum haberent.

9. Quòd vero viuentibus cupiant incommodare omnes, nemo nouit. Clara est Apostoli oratio. *Diabolus circuit, tanquam Leo rugiens, querens quem deuoret.* 1. Petri 5. Idem alius Apostolus confimat, dum docet nobis perpetuum grauissimumque esse bellum non aduersus carnem & sanguinem, sed *aduersus Principatus & Potestates; aduersus mundi Rectores tenebrarum harum, & c.* Ephes. 6.
10. Sic dubium non est, *magis exhorrescere inferni claustra superiorum Ordinum spiritus* Quò illorum natura præstantior, eò indignius ferunt peccatis suis constitutas pœnas. Superborum hoc ingenium. Præterea, cum pœna ipsis sit hic carcer; quò grauius ipsorum delictum, eò quoque pœna carceris ipsis molestior. at grauius superiorum esse delictum quis dubitat? Nonne grauitatem peccati dignitas personæ, quæ peccat, auget? grauissimum igitur huius carceris odium.
11. Nec dubium, *grauius superiorum Spirituum esse odium erga miseros mortales*, quàm sit inferiorum. Cum enim odium ipsorum ex nostro bono proficiscatur; quò perfectius hoc Spiritus cognoscunt, eò grauiori odio erga nos flagrabunt. at cognoscunt tanto perfectius superiorum Ordinum Spiritus, quanto naturæ dignitate, intelligendi vi, & ingenij perspicuitate. inferiores superant.
12. Quocirca, quod initio dicebamus, si ex voluntate Spirituum iudicium petendum esset; non his potius, quàm illis infestatio locorum tribuenda; cum æquè omnes ab inferiorum carcere cupiant abesse quàm remotissimè; æquè omnes cupiant mortalibus, quas possunt, molestias afferre.
13. Verùm, quod omnes cupiunt, non omnibus concessum videtur. *Diuinum decretum ipsis*, quemadmodum peccatoribus omnibus, *alias leges præscripsit & posuit*: Exigit Deus pro ratione delictorum supplicia: grauissima grauissimis, leuia leuibus vindicat. Quorum igitur Spirituum grauiora peccata, illorum grauiora supplicia: quorum leuiora, leuiora supplicia.
14. Iam dubium non est superiorum Spirituum grauiora multo esse peccata, quàm inferiorum. Ostendit alicubi S. Thomas grauissimum fuisse peccatum primi Angeli; sed qua ratione ille ostendit huius fuisse grauissimum. eadem grauiora esse superiorum Spirituum facile concludunt docti: grauior igitur constituta pœna superioribus.
15. Quid inde? *Rarius rebus viuentium interesse Spiritus superiorum Ordinum, frequentius inferiorum.* Quomodo hoc? quoniam pœnarum & sup-

& suppliciorum, quæ Dæmonibus decreta sunt, haud parua pars sunt ipsi, quibus conclusi sunt, carceres: Si verò inferni carceribus superiores conclusi sunt, quomodo rebus viuentium possunt interesse, eosdemque molestare?

Assertionem hanc haud parum confirmant terriculamenta nocturna, quæ mortes hominum solent portendere. Hæc omnibus propemodum locis; omnibus propemodum temporibus obseruantur: & authores, vt plurimum inferiorum, non superiorum Ordinum Spiritus habent. quemadmodum docet libellus de Terrificationibus nocturnis, aliàs à nobis datus.

Cæterùm, non ob hæc, vniuersim omnes superiorum Ordinum Spiritus exclusos à viuentium locis volumus: non volumus omnes inferno ita conclusos, vt nulli inde ad viuos patuerit aliquando, aut adhuc pateat accessus. Quamuis carcer ipsis sit iusta pœna; potest tamen is, qui eos hac carceris iustà pœna exercet, Deus Opt. Max. alia in eosdem aduertere; quam etiam, extra infernum positi, maximo cum suo cruciatu sustineant. Hoc solum volumus esse definitum, *frequentius eos, qui inferiorum sunt Ordinum, & horum loca reddere infesta, & viuentibus molestos esse.* Vide Caput 12. de Dæmoniis.

## CAP. VII.

*Quinam ex Spiritibus ijs, qui purgatorias pœnas sustinent, faciliùs ad viuos redeant, & viuentium suffragia postulent.*

**D**ifficilis videtur ad propositam quæstionem responsio: propterea, quòd ex locis purgatoris reditus Spirituum ad viuos, pro Dei fiat voluntate atque iudicio; quod *abyssus multa* dicitur, Psalmo 35. & hominum ingenio comprehendi nequit.

Nec enim Spirituum pro nobis hic suppetit confessio. Nouimus multos ex ipsis ad viuos rediisse, sed neminem nouimus, qui, cur sibi hoc, præ cæteris, priuilegium concessum sit; causas dederit, ex quibus quinam præ cæteris redeant, coniecturam capere possimus.



30 Nec ex peccatis, quæ purgatorio igne expiantur, coniectura pe-  
tenda est; quasi illi facilius redeant, qui leuiores, & quæ veniam fa-  
cilius merentur, commiserunt: illi vel nunquam, vel difficilius,  
qui perpetrarunt grauiora. quoniam & difficile admodum est no-  
bis de grauitate peccatorum, quæ ab aliis committuntur, iudica-  
re; & eorum, qui ex purgatorijs locis ad nos redierunt, quidam le-  
uius, quidam grauius deliquisse videntur.

4 Sic status persona hic parum facit; fuerit sacris initiatus, qui  
ad nos redit, an homo profanus; quasi hi præ illis, aut illi præ his  
facilius viuentibus adsint. Non tantum redeunt sacris initiati;  
non tantum homines profani. Ex utroque genere redeunt, ex  
utroque æquè frequentes redeunt. Nec profanus status facit,  
quod redeant; nec sacer, quod non redeant; aut contra.

5 Verum quamuis ex his similibusque rebus nulla coniectu-  
ra capi possit; non tamen omnino nullam esse dici debet. Pro-  
babiliter admodum dicitur eos facilius ad viuos redire, qui dum  
viuerent, vi redierunt, quasi meruerunt, id est, qui illarum se virtu-  
tum studio exercuerunt, quæ diuinam clementiam atque boni-  
tatem maximè solent conciliare. Nec hoc mirum. Cum enim  
ex singulari Dei clementia hi Spiritus redeant; nonne credi po-  
test ijs hoc præ cæteris priuilegium concedi facilius; qui dum no-  
biscum communem vitam agerent, eandem Dei clementiam plu-  
ribus, maioribusque rationibus sibi conciliârunt?

6 Sed quæ hæ rationes? quæ hæ virtutes? Duæ præcipuæ. Fla-  
grans & singularis erga Deum charitas; & ardens proximum, &  
in primis piè in Christo defunctos iuandæ studium. Non potest  
non Deus diligentes se diligere, & ob id ijsdem benefacere. Et omni-  
no conuenit, vt qua quis mensura alijs mensus est, ipsi remeretur, atque  
ob id mortuus viuorum possit experiri, aut etiam expetere suffra-  
gia, qui viuens mortuorum patrocinium suscepit, eosdemque qui-  
bus potuit rationibus iuuat.

7 Est & aliud piè defunctorum genus, quod sæpius redire  
solet, viuentiumque operam implorare. Illorum, inquam,  
qui æ alieno grauari plenam perfectamque restitutionem, cum ex  
hac vita discederent, non fecerunt. De horum reditu plurima  
nostris temporibus referuntur exempla. Damna omnia quis  
audeat?

8 Scimus non talibus, sed hæredibus officere, si per hæredes,  
quæ restitui serio mandarunt, non restituantur, bona: sed tamen  
restit-

55 restitutionem illi apud hæredes vrgere merito possunt; tum quod  
omnibus bene velint, sed ijs in primis, quibus ipsi, quouis modo,  
peccati occasio ( vt his fit ) fuerunt; tum quod hæc per hæredes  
facta restitutio aliquod ipsis in pœnis leuamen esse possit. De quo  
plura capite 79.

9 Quod verò hi Spiritus merito petere possunt, quid ni identi-  
tem permittit Deus Opt. Max. & quidem ipsis? Dei charissimis  
amicis? in rebus ( vt alieni est restitutio ) ad salutem maximè ne-  
cessariis? cum magno sæpe eorum solatio & fructu, quorum bona  
ab iniquis possessoribus habentur?

10 Atque hæ ex parte ipsorum Spirituum petita sunt causa.  
Veruntamen quoniã ex Dei voluntate hic reditus maximè pendet,  
non negandum est, alias per sæpè diuinam prouidentiam habere,  
cur eosdem reditus permittat: qui nunc ex viuorum, nunc ex alijs  
defunctorum rationibus petantur: nunc etiam in solam diuinam,  
mortalium generi occultissimam, prouidentiam referantur.

11 Addo præterea, nec tantum robur recensitas à nobis causas ha-  
bere; vt semper credi debeat talibus Spiritibus facultatem fieri ad  
viuos redeundi, eorumque suffragia, excitatis tumultibus, implorã-  
di. Quæ admodum si his diuina clementia mouetur, vt reditum  
permittat, Spiritus defunctorum possunt gratias agere; ita si reditum  
neget, non habet, quod conquerantur. fit Spiritibus gratiam, quod  
redeant: non fit iniuria, si reditus negatur.

## CAP. VIII.

Qui ex Spiritibus hominum damnatorum facilius  
aut frequentius ad viuos redeant, ijsque exci-  
tatis tumultibus molestias  
pariant.

12 **H**æc peccatis hominum, qui horum Spirituum molestias patiun-  
tur; peccatis item Spirituum, qui molestias afferunt; omnino  
prehendi debet. Quinã Spirituum damnatorum hominum,  
facilius frequentiusque ad viuos redeant, & infesti sint. Et merito.  
quoniam vel ipsorum Spirituum; vel viuentium peccatis tribun-  
tur, quæ ab his molestias excitantur.

Huius.

2. Huius illud magnum argumentum est, quod non facile hoc Spiritus molestias attulisse deprehendes, quin vel Spirituum obserues delictum aliquod; vel hominum, qui molestias sustinent, culpam. Sed hoc maius, quod quavis graue hisce Spiritibus sit inferni carcere concludi, vagarique malint; inuiti tamen ad viuos, vt ab ijs cognoscantur, redeant; & quotiescumque redeunt, in suam (si non aliorum) ad minimum poenam, quæ peccato debetur, redeant.
3. Nec enim videtur vlla esse alia ipsorum reditus ad viuos causa. Ipsi, qui redeunt, sibi bonum non petunt, non petunt alijs, quibuscunque tandem sese exhibeant. Illi, quibus apparent, ipsorum præsentia non delectantur; molestias verò ferunt ægerrimè. An igitur alia de causa, quàm sua, vel viuentium culpa, viuos molestant?
4. Et vt fieri aliquando possit, quod ob nullam suam culpam ferant molestias viui: quis credat, vt malù aliquod sustineant, quod non merentur, *defuncti*? Cedit ad viuorum emolumentum, si immeriti aduersa patiantur; at emolumentum nullum sperant hi defunctorum Spiritus. Quocirca si non viuentium, defunctorum salutem delicto tribuamus, quod inuiti redeant.
5. Cæterum non omnia vel ipsorum, qui redeunt, Spirituum, vel viuentium, ad quos redeunt, deccata, huius reditus sunt causa. Quid? An non omnes omnino Spiritus dampnatorum hominum redire necesse esset ad viuos, cum ipsorum nullus sit, què non sua peccata ad inferos detruserint? Et ex viuorum genere quàm sunt multi, qui etiam grauibus se inuoluerunt peccatis; & tamen horum Spirituum molestias nunquam experiuntur?
6. Certa quedam peccata sunt, quibus hic cum molestia coniunctus reditus tribui debere videtur. Nec malè, tum quia rarius accidit; tum quia, cum singulare quoddam insolitumque vindictæ sit genus, singularibus quibusdam delictis, & non promiscuè quibusuis, ille decretus existimari debet. Atq; hoc insinuas forsitàn videtur Porphyrius lib. 2. de Abstinentia animalium. Nam eù de prauis & fallacibus Dæmonibus dixisset, mox hæc de animabus subdit. *Tales, inquit, sunt & Anima defunctorum, quæ viuis opplet a corpore migraverunt: conflictantur enim etiam tunc ira & concupiscentiæ perturbationibus & in naturâ conuersa Dæmonum, similes illorum redduntur: noxiæ ac turbulentæ in varias se vertunt formas: ac modo conspicuas se oculis præbent, modo recondunt: & in eludunt aciem tum inuentium, tum etiam cogitantium.* Hoc Porphyrius.
7. Sed quæ ista peccata? Existimo horum alia ex ipsis molestantibus

bus Spiritibus; alia ex viuentibus, qui molestias patiuntur, esse petenda. Vtrique possunt quædam commisisse, quæ propter & illos conueniat redire, viuentibusque molestos esse; & viuentes horum molestias sustinere. Et quæ Spirituum defunctorum? hæc prius indagemus.

Omnia, si generatim de iis loquamur, ad vnum genus, quo charitatis erga proximū iura enormius violantur, reuocari possunt: Si ad species descendamus, alia sunt, quibus officium, quod parentibus debetur, in grauem contumeliam est versum: alia, quibus viscera misericordiæ erga summa vel graui egestate laborantes clausi fuerunt: alia, quibus iisdem oppressi sunt. Vt huius reditus rectè tria ferè genera peccatorum constitui debeant, *impietas*, s. illicet, *erga parentes*, *induratum erga egentem proximum peccus*, & *grauis in subditos tyrannus*.

Et quidem exempla eorum, qui reuersi leguntur, magnam nostræ assertioni fidè faciunt: Sed tamen ratio, quàm hoc conuenienter fiat, clarius demonstrat. Primum optimo iure hæc poena damnatis hisce debetur. Deinde, vt mortales cognoscat Deum peccata, quibus in proximū grauius peccatur, iustissimè punire (vt hic punit) magnæ rationes probant.

Norunt omnes, quantum pietas erga parentes filijs cõmendata esse debeat. Norunt, quantum supplicium impijs omni iure constitutum sit. Cum igitur defunctorum Spirituum graue supplicium sit ad viuos redire; quis dubitabit quin Deus hoc supplicii genere eorum peccata, qui in parentes impij fuerunt, vindicare iustissimè velit?

Ita misericordia indigni sunt, qui misericordiam miseris negant; & quibus possunt modis & commodissimè valèt, miseris egentibus non subueniunt; maluntq; cum Dei offensa in greges impudentium canum, aut obscuros Lenones, expendere substantiam; quàm cum maximo animarum suarum lucro Christi membris egentibus conferre. rararum literarum auctoritate confirmata est sententia. *Iudicium illi sine misericordia, qui non præstitit misericordiam.* Iacob. 2. Et hi igitur hac vindicta digni.

Nec meliori loco terræ illi habendi sunt: quinimò hoc illorum conditio est deterior, quod non solum miseris pro ratione suarum facultatum non subueniant; sed etiam miseros reddant miseres, & vulnera vulneribus, mala malis addant. Quorum vero aut par culpa est; aut etiam grauior; leuior erit poena atq; supplicium?

Atq; quemadmodum horum, vt ita dicam, barbaries mere-

tur, vt hoc supplicij, præter alia, genere vindicetur; ita conuenit, vt viuentes intelligant (intelligant autem hoc misero reditu) hæc eorum iusta supplicia. Sic re ipsa cognoscunt Deum legum suarum esse rigidum obseruatorem; vrgere charitatis leges; humanitatis leges erga proximos non violandas: non opprimendos pauperes; misericordiam miseris exhibendam.

14. Quæ diximus, Spirituum, qui redeunt, molestique sunt, sunt peccata. Aliquando non Spiritus in causa sunt: sed *viuentium* peccata merentur, vt infestationes Spirituum horum sustinere debeant. Et *quæ illa?* quibus vel *damnatis Spiritibus* *culparum*, *suppliciorumq;*, *quæ sustinent, fuerunt causa*; vel *summæ crudelitatis in damnatis aliquando argumenta statuerunt.*
15. An iniusta priorum vindicta? Iustissima. Cum enim culparum fuerint miseris socij; & suppliciorum, quæ grauissima patiuntur, quodam modo sint auctores; nonne conuenit, vt de his miseri sese excitatis, tumultibus, alijsque rationibus, vt ita dicam, vlciscantur? & molestant, quos propter perpetuæ ipsis in inferno molestiæ sunt sustinendæ?
16. Sic nec *posteriorum* iniusta vindicta. Esto defunctorum delicta hunc reditum non mereantur; merentur tamen summæ crudelitatis viuorum in ipsos statuta argumenta, in quæ etiam his rationibus animaduerrere solet Deus: vt quod pluribus rationibus charitatem, mutuumque amorem cupit mortalibus esse commendatum, eò pluribus vindictæ generibus (atque hoc inprimis reditu) intelligant omnes eundem offendi, si violetur.
17. Vtrorumque exempla proferre haud esset difficile. Sed quid opus? Plura à nobis primo nostræ præsentis Disputationis capite allata sunt. Non pauca etiam in reliqua Disputatione obseruantur. Nec defunt curiosis quotidiana, quæ ab alijs malimus obseruari, quàm à nobis hoc loco proferri.
18. Quocirca, vt quæ pluribus dicta sunt, contrahamus, *quinque ferè Spirituum damnatorum hominum genera sunt*, *quæ ad viuos frequentius, faciliusq;*, *redeunt*, & molestias pariunt: sunt impij, in parentes, sunt immisericordes, sunt pauperum oppressores, sunt miserè seducti, sunt crudeliter necati.
19. Et priores tres ob propria sua delicta redeunt, posteriores ob viuentium adhuc hominum. Quò fit, vt hi molestare desinant, si vita excefferint illi, ad quos molestandos redeunt; illi certis hominibus alligati non sunt, possintque nunc his, nunc illis molesti

festi esse, prout diuinæ providentiæ visum fuerit. Verùm de hoc plura in sequentibus.

## CAP. IX.

*Vtrum semper in propria persona adsint viuentibus Spiritus, dum molestias excitant.*

*Et ostenditur ex omni genere aliquando adesse.*

**D** Vobis modis intelligi potest Spiritus molestijs, quæ ab ipsis afferuntur, viuentibus adesse, videlicet vel autopropos, id est, in propria persona, vel heteropropos in persona aliena. Quemadmodum enim quis duplicem personam potest sustinere, propriam, vel alienam; ita potest, vel propria vel aliena persona dici adesse, & se exhibere, atque molestus esse.

De Spiritibus igitur, qui molestias mortalibus afferre creduntur, quæstio est, vtrum quotiescunque rebus mortalium intersunt, molestique sunt, semper adsint in propria persona, & quæ fieri obseruantur, ipsi præsentent; an non ipsi, sed alij ipsorum nomine, quidquid agitur, perficiant, qui ob id ipsorum personam sustinere & gerere dici possint.

Et quæstio est præcipua *de humanis* Spiritibus. De *Demonibus* res adeò quibusdam est certa, vt in illam suspicionem venerint, per hos solos molestias omnes afferri; nullas per Spiritus humanos. Spiritus humanos ita suis locis esse conclusos, vt nunquam exire inde liceat. quocirca & semper illud viuentium sensibus, quotiescunque sub humana, quam etiam norunt, Spiritus conspiciantur, aut molestant. Et sententia hæc nobiles authores habet teste Maldonato, in 16. Lucæ. Nam Chryostomus in Homil. vltima de Lazaro, aliisque nonnullis locis: Tertullianus in libro de Anima: & Athanasius, aut quisquis author est qq. ad Antiochum q. 11. & 13. & Isidorus lib. 8. Etymolog. cap. 9. & Theophylactus in 8. Marthæ, prorsus negant vnquam fieri reditus animarum defunctorum ad viuos. Sed & cur fieri non conueniat, multas rationes afferunt. Primum, id viuus vtile non esse: qui si viuus non credunt, ne mortuis quidem credent, vt Abraham diuiti respondet. Deinde, quòd si etiam ipsis oculis damnatorum supplicia homines cernerent, nihilo se magis à peccatis abstinere.

Quotidie, inquit Chrysoſtomus, fures & alios reos ad ſupplicia duci vident; & iſdem ſe, propter quæ illi puniuntur, peccatis inuoluunt. Præterea, quod ſi id fieret: progreſſu temporis res in contemptum veniret: & non magis mortui nos, quàm viui commonerent, vt eodem loco Chryſoſtomus inquit. Denique, quod ea res multorum errorum cauſa eſſe poſſet; dum Dæmon fingens ſe alicuius mortui animam eſſe, homines ludificaret, & quidquid veller, illis perſuaderet, vt Tertullianus, Chryſoſtomus & Athanaſius argumentantur. Nam & cum ſciamus, inquit Chryſoſtomus, mortuorum animas non redire: tamen ſape Dæmon, per quietem & ſomnium, qua vna ratione poteſt; animarum deſunctorum perſonam ſumit; quid facturum ſuiſe, ſi animas redire ſcīret. Ita dicti Patres. Quid nos?

4. Libenter his concedimus Spiritus Dæmonorum, autoproſopos ad ſuperos redire, iſdemque moleſtos eſſe. Ratio fieri poſſe docet. Probat quotidiana exempla. Communis hic omnium conſpirat conſenſus. Nec eſt quod contrarium demonſtret.

5. Damus quoque his, Non ſemper ad eſſe humanos Spiritus, etiam tunc, quando omnino ad eſſe videntur. Quot modis hominum ſenſibus poſſunt illudere Dæmones? Quoties nunchos, nunc illos exhibent, quando neutri autoproſopos ad ſunt? Quoties tumultus, trægédiasque excitant, quæ iſtis authoribus ſunt, & tamen Spiritibus humanis tribuuntur?

6. Nunc in Angelos lucis ſe transformant Nequam: nunc Dei ſimulant perſonam: nunc ſanctorum hominum; quemadmodum aliàs dictum eſt. Et qui horum poſſunt perſonam effingere, atque diſſimulare; non poterunt Spirituum vel purgandorum, vel damnatorum hominum?

7. Non minor eſt Dæmonum virtus, quàm bonorum Angelorum; ſi quid beneficio naturæ habent, attendamus. at Angelos, & hominum, & Chriſti, & Dei perſonam ſuſtinuiſſe tam eſt certum, quàm quod certiffimum. Quidni igitur perſonam purgandorum Spirituum, atque damnatorum hominum referant aliquando Dæmones?

8. Beatiffimus Auguſtinus, libro de Cura pro mortuis agenda, cap. 13. quod probamus, probat; & ex illo colligit, quod eundem Spiritum quandoque, eodem tempore in diuerſis, maximèque diſtantibus locis apparuiſſe certa experientia probatum ſit: in quibus tamē locis ipſum met reuera fuiſſe perſonaliter non facile quis dixerit. Et quis eos Spiritus autoproſopos rebus viuentiū ad eſſe aut intereſſe dixerit, quos Necromantici ad viuos reuocare ſe exiſtimant? Quales fuerunt:

sunt; quos Oſthanes, Necromantiæ nobiliſſimus profeſſor, apud Plinium lib. 30. cap. 2. reuocauit: illi etiam, quos Appion per Cy-nocephalia herbam, quæ in Aegypto vocatur Oſyrites, euocauit, & qua patria Homerus, quibus ſue parentibus eſſet genitus, docuerunt. Præterea mortuus, qui ſexto Pompeio exitum Phariſali-cæ pugne denunciauit, excitatus ab Erictone venetica, apud Lucanum. Omitto his ſimiles. Atque hæc ex ſententia S. Thomæ 1. part. quæſt. 89. art. 8. ad 2 à nobis ſunt dicta.

Cæterum quamuis hæc ita ſint, dici tamen non debet, humanos Spiritus, tam purgandos, quàm damnatos, nunquam autoproſopos, ad ſuperos redire, viuentibusque excitatis tumultibus & ſtrepitu eſſe moleſtos. An forte loca, quibus ob merita deſtinati ſunt, exire non permittuntur? an exire quidem permittuntur; ſed virum infirmitate præpediti, exire nequeant? An ſi & hoc poſſunt, & illud licet; fruſtra ad viuos, redirent; quia nullam nec gratam, nec aduerſam, cum iſdem poſſent habere communionem.

Primum dici non debet. Non eſt iſtis omnis facultas hæc loca egrediendi adempta. Cæleſtium Spirituum, ſiue bonorum Angelorum proprius locus cælum eſt, non minus atque Purgatorium purgandorum & damnatorum hominum Infernus: veruntamen hinc curam noſtri gerunt in terris. Idem cælum proprius locus eſt felicitium Animarum; & tamen cælo ipſas concludere indignum cenſet B. Hieronymus. Tu, inquit, contra Vigilantium, *apostolu vincula mihi, vt eſſe ad diem iudicij cogantur in custodia?* Et ruruſus. *Cum Diabolus & Dæmones vbiq; toto orbe vagentur, quare Martyres poſt effuſionem ſanguinis tenebuntur incluſi?*

Fortè his conceditur facultas, quia felices ſunt; noſtris purgandis, & damnatis negatur, quia ſunt infelices. At infelices non minus ſunt Dæmones, quorum proprius locus, infernus; qui tamen, vt B. Hieronymus loquitur, *toto orbe vagantur*. Præterea, quemadmodum illorum non in hoc poſita eſt felicitas, vt vbiuis eſſe poſſint: ita neque infelicitas horum in eo; vt vno tantum concludantur loco. Illi felices ſunt viſione Dei, vbiunque etiam agant: hi infelices ſunt ſupplicii ignis infernalis, quem ſecum, quocunque deueniunt, circumferunt.

Scio Chriſti lege & ſententia purgandis Purgatorium, damnatis Spiritibus Infernum eſſe deſtinatum: ſed exceptionem illa admittere; quemadmodum lex omnis, omniumque Principum ſententia. Bonum publicum legiſlatori ſemper propoſitum eſt. Hoc ſi lege præterita obtineri poteſt, legis ratio magna non habetur.

23. Secundum quoque dici non debet. *Virium imbecillitate non impediuntur Spiritus humani, cur minus loca sua deserere valeant. Esto, sit grauiſſimum, quod ſuſtinent, ſupplicium, vires tamen miſerorum non frangit, aut debilitat. Vruntur igne, non exuruntur; cruciantur, non moriuntur: Quocirca cum quæ in Spiritibus omnibus eſt, in iſtis non deſideretur, ſe mouendi facultas, virium infirmitate ne ad nos redeant, non prohibentur.*

24. Et hoc non de ijs tantum Spiritibus dictum volumus, qui ad æthereas ſedes quandoque transferendi ſunt. Omnes, etiam damnatorum hominum Spiritus, oratio noſtra comprehendit; etiam eos, qui in tenera ætate ex hac vita diſceſſerunt; quibus hæc facultas non fuit, ſua, quibus, vt ita dicam veſtiti fuerunt, corpora, circumferendi; illi à corporibus expediti, ſe facile huc, illucq; transferre valent.

25. Præterea quamuis viribus Spiritus vel omnes, vel aliqui eſſent deſtituti, autopropoſos nihilominus viuentium rebus intereſſe poſſent. Nunquid aliorum opera poſſent transferri? Si damnati mox, à corporibus egreſſi, à Dæmonibus rapiuntur ad inferos: ſi purgandi à bonis Angelis deducuntur ad loca purgatoria, quid prohibet, cur minus vtriſque locis viuentium per eodem reſtituantur?

26. Forſitan nullam cum viuis poſſunt habere communionem hi Spiritus; vt ob id ipſos redire credi non debeat, quod fruſtra venirent. Tertium hoc impedimentum inſinabatur ſuperius. Sed & hoc nullum eſt. *Poſſunt habere cum viuis communionem: & quidem non exiguan.* Quid ita? Poſſunt ſe in corporibus, quæ circumferunt, viuentibus exhibere: Poſſunt tumultus excitare: Poſſunt moleſtia afficere: Poſſunt his ſimilia hæud pauca præſtare, quæ capite 13. ſuſius proſequemur.

27. Et vt ipſi nullam communionem haberent; magnæ tamen & graues cauſæ poſſunt eſſe, cur ipſos Deus Opt. Max. ad viuos autopropoſos redire vellet: quæ locum non haberent, ſi, quæcunque Spectra conſpiciuntur Dæmonia ſint; ſi quicunque tumultus excitantur, à Dæmonibus excitentur; ſi quæcunq; moleſtia afferuntur, Dæmones habeant autores: hæc cauſas hic reſtere neceſſe non eſt, alibi eaſdem proſeuti ſumus.

28. Nihil igitur eſt, quod prohibet autopropoſos Spiritus hos mortaliſum, vel viuentium rebus intereſſe. Quid quod multa oſtendant eodem ſæpius interfuiſſe? Omitto pro hac re communem populi Chriſtiani vocem grauiſſimam doctorum hominum ſententiam; in pri-

in primis B. Auguſtini, qui lib. de Cura pro Mortuis agenda cap. 25. 16. ait, non niſi impudenter negari id poſſe: idemque confirmat exemplo B. Felicis Nolæ Episcopi, quem ciuibus Nolanis apparuiſſe teſtatur ſibi conſtare certis teſtibus: omitto etiã exempla, Samuelis, quæ ſacrę literę offerunt, & aliorum, quos probatæ hiſtorię ſuppeditant: ipſa quorundam Spirituum ſpecies atque forma, vox & oratio, officia, hiſque ſimilia magnum ſæpe argumentum præbent, vt omnino autopropoſos Spiritus defunctorum nobis ad eſſe credere debeamus.

Nec Abrahami ad Lazarum facta oratio nobis hic contradicit, in qua tamen plurimum præſidij quidam ponunt. Non enim reſpondet Abraham non poſſe, aut non ſolere ad hanc vitam redire mortuos, quemadmodum ante reſponderat. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum eſt; vt hi, qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint: ſed reſpondet. *Habent Moysen & Prophetas, &c.*

Conſtitutum ergo hoc capite ſit, & Dæmoniorum Spiritus ad viuentes autopropoſos reuerti, moleſtosque eſſe: reuerti etiam autopropoſos defunctorum hominum, ſiue ignibus infernalibus ad tempus, ſiue perpetuò ſint adiudicati. Sed qui frequentius? Hoc ſequenti capite definiendum.

## CAP. X.

*Qui ex moleſtantibus Spiritibus frequentius autopropoſos rebus viuentium interſunt, & qui rariſ.*

Quod coniectura, rationesque conſequi poſſumus in propoſita quæſtione, id tribus membris concludimus, frequentiſſimè rebus viuentibus intereſſe autopropoſos Spiritus Dæmoniorum; Rariſ Spiritus purgandorum; Rariſimè Spiritus damnatorum hominum. In his altruendis eadem nobis hic ſeruiunt rationes, quibus ſuperius, capite quinto docuimus rariſimè moleſtos eſſe Spiritus hos poſtremos, frequentius ſecundos, frequentiſſimè primos.

Et de Dæmoniorum Spiritibus res clara eſt multis argumentis. Primò, quia etiam quando plerique humanorum adſunt, ipſi non deſunt: & ſæpiſſimè ipſi & ſuo priuato nomine moleſtant, & nomine Spirituum humanorum, quando omninò neceſſe eſt ipſos in propria perſona ad eſſe.

Deinde

3. Deinde quotiescunq; sub brutorum animantium forma conspicuntur Spiritus; quotiescunq; monstra exhibentur, dubium non est *autoprosopos* adesse Dæmoniorum Spiritus. Hæ formæ humanis non conueniunt, conueniunt tamen multis, iustisq; de causis Spiritibus Dæmoniorm. Quoties verò sub his formis conspicuntur Spectra?
4. Tertiò, sæpissimè molestis tantis, & tales sustinent viuentis, in Spirituum infestationibus; vt per humanorum spirituum vires non posse videantur afferri. Hic si quandòq; *autoprosopos* humani Spiritus adsunt, profectò non absunt Spiritus Dæmoniorum.
5. Quòd si iam *ingenium* Dæmonum attendamus, clarius, quòd asserimus, intelligetur. Cupiunt ipsi viuentibus esse molesti; quocirca & isdem adesse, defunctorum hominum alij, id est damnati, malunt hominibus esse ignoti: alij quamuis cognosci non refugiunt, molesti tamen esse nollent, si aliis rationibus necessitates suas explicare possent. Molesti igitur qui sunt, quiq; conditionem suam innotescere cupiunt, vt plurimùm dæmones erunt.
6. Deus quoque potest velle, vt isdem sæpissimè rebus mortaliuum interfint, partim ob graua, quæ in improbis vindicanda sunt delicta: partim ob profectum proborum, quorum per Dæmones virtutem exercere solet. Vtraq; enim quamuis alijs rationibus, per infestantes tamen Dæmones ob plurimas causas perficit.
7. Nam in improborum delictis vindicandis, intelligunt mortales peccatorum suorum grauitatem: defectus suos atque errata non latere Deum in cœlis: futuræ vitæ extremam miseriam, infelicitatem suam, nisi resipiscant, conditionem. Denique non fabularum loco habenda, quæ de futuræ vitæ, per Dæmones afferendis grauisimis tormentis sacræ paginæ recensent, quando eorum etiam in hac vita obseruant, & experiuntur, quamuis leuia, argumenta.
8. Eadem possunt intelligere in proborum exercitio: sed illud præterea quòd verissimè ab Apostolo dictum sit, *Diabolum circuire, tanquam leonem rugientem, & querere quem deuoret*: hoc inquam possunt intelligere, quando non ex infidiis tantùm, & occultè nos adoritur, sed palam quoque infestationibus, molestiis & terribilissimis oppugnat, & exagitat.
9. Hinc tot exempla infestationum Dæmoniacarum, non Ecclesiastici solum, verùm etiam profani Scriptores literis consignarunt, & posteritati tradiderunt. Hinc tot nostris temporibus si non apud probos, quorum minor numerus, certè apud improbos dæmonum, nunc iudificationes, nunc infestationes.

Cate-

Cæterùm, vt Dæmoniaci Spiritus frequentissimè: ita rarissimè *autoprosopos* adsunt Spiritus damnatorum hominum. Neque enim ipsi causas habent, cur, vt ad viuos redeant, affectare debeant. Neque vt Deus Opt. Max. ipsos itentidem redire velit, rationes iustæ inueniuntur. Neque per Dæmones, sub quorum potestate sunt, redire frequentius coguntur. Hæc, quia superius docuimus, hic repetere non est necesse.

*Non ita raro autoprosopos viuentium rebus interfunt Spiritus purgandi.* Quæ enim causæ prohibent damnatorum hominum Spiritus redire; illæ hos ad reditum prouocant. Arcet illos superbia: at hi Spiritus humilitatis sunt alumni; & honoris per hunc reditum vel iacturam non faciunt, vel si faciunt, tanti non faciunt, quanti bonum, cuius consequendi spè lactantur.

*Bonum* his proprium magnum est propositum; libertas videlicet à grauisimis pœnis; hoc illi sperare non possunt. Quocirca hi, non illi in hoc suo reditu singularem Dei clementiam agnoscunt. Est & aliorum ipsis bonum propositum, quibus se exhibent; hos partim de futuræ vitæ supplicijs instruunt, partim ad opera misericordie Spiritualia cum magno ipsorum emolumento inuitant. Neutrum propositum est damnatis; licet prius aliquando eueniat.

Voleat eosdem etiam sæpius ad nos redire Deus Opt. Max. non propter iam dictas causas tantùm; verùm etiam quia filiorum loco habet, dignosque censet, quibus vberiora suæ clementiæ argumenta aliquando exhibeat. At hæc in damnatorum hominum Spiritus non conueniunt.

*Nec eadem necessitate* hi Spiritus ad purgatoria loca, quæ illi ad infernum, alligati sunt. Huius illud haud leue est argumentum, quòd his nulla sit spes infernum aliquando relinquendi; illi certissimè sint, quòd purgatorijs locis perpetuo concludi non possint.

Hæc confirmant ipsorum Spirituum, qui plerumque molestant *confessio*: Exorcismis enim adiurati plurimi; vt qui sint, quasue ob causas ad viuos redierint, prodant; miseriam suam explicauerunt, seque suffragiorum obtinendorum causa adesse professi sint, & eisdem verbis suis fecerunt; quia post suffragia exhibita, omnis per illos allata molestia & infestatio conqueuit.

F

CAP.

## CAP. XI.

An, & unde possit constare Spiritus humanos autoprofopos rebus viuentium interesse.

**N**on propositum nobis est hoc loco explicare, quæ res Spiritus humanos prodant: id ad secundam huius Disputationis partem pertinet, ibique multis capitibus docetur: inquirendum est *Quibus signis deprehendi possit autoprofopos rebus viuentium interesse*. Multum differunt Spiritus humanos adesse, & autoprofopos adesse. Adesse possunt, & tamen non autoprofopos adesse.

Neque hoc mirum alicui debet videri, quia & beatorum hominum Spiritus, qui cum Christo in cælis degunt, sæpe mortalium rebus interesse leguntur, quando tamen autoprofopos affuisse dicendi non sunt. Cuius D. Augustinus lib. de Cura pro mortuis agenda, cap. 13. hoc non leue censet esse argumentum, quod eundem Spiritum quandoq; eodem tempore in diuersis, maxime quæ distantibus locis apparuisse certa experientia probatum sit, in quibus locis ipsum autoprofopos fuisse nemo facile dixerit.

Et Christi apparitiones quædam, nobis hic patrocinantur. Sæpe ille aliquibus legitur adfuisse, quibus non affuit autoprofopos. Et doctissimus nostræ Societatis Theologus, Franciscus Suarez, tomo 2. in 3. partem D. Thomæ disput. 51. Sect. 4. hoc duobus ferè modis putat accidisse; scilicet, aut per solam imaginariam visionem; qualis, inquit, credi potest apparitio facta S. Martino, & similes, quæ in somnis facta referuntur, ut de Constantino memorat Eusebius, lib. 1. in vita eius, cap. 23. Et Socrates, lib. 1. Hist. c. 2. & de quodam Iosepho refert Epphanus, Hæres. 30. Aut per representationem extrinsecam, & visibilem in aliquo corpore aëreo, ad eum modum, quo olim, ante incarnationem solebat Verbum diuinum in specie humana apparere. Et hoc modo exponi possunt apparitiones facta S. Carpo, Antonio, & nullo magis alia, quæ leguntur facta S. Brigitta & Catharina Senensi, aliaq; id genus. Hæc Suarez.

Itaque & nostri Spiritus; id est, damnatorum, purgandorumque hominum, possunt dici rebus viuentium interfuisse, & tamen non autoprofopos, sed hetroprofopos interfuisse, & ob id ex alijs rationibus colligendum Spiritus humanos rebus viuentium interfuisse, iisque molestias atque tumultus tribuendos; ex alijs humanos Spiritus esse presentes autoprofopos, & per se tumultuum, molestiarumque esse authores.

Porro

Porro quod in rebus plurimis vsu venit, ut facilius sit demonstrare, quod res non sint, quàm quod sint; & quid non fiat, quàm quid fiat; id hic in primis locum habet. Haud difficile est demonstrare quado autoprofopos non intersunt viuentium rebus, difficillimum docere quando intersunt.

Fallit hic forma Spirituum, qua conspiciuntur: quia quacunque apparent, alijs quàm humanis Spiritibus potest attribui. Fallit tumilitus; quia possunt omnes, qualescunque excitentur, authores habere Spiritus Angelicos. Fallit tempora et loca, ubi & quibus molestia percipiuntur; quia nulla ferè sūt, quæ iisdem Angelicis Spiritibus sunt prohibita. Quid multis? Quidquid humanis Spiritibus proprium videri potest, id propemodum Angelicis potest conuenire.

Sed neque Spirituum confessio, qua se humanos testarentur, certam nobis fidem facere potest. Quid si non humani sunt, sed mendacium Dæmoniorum, qui hoc profiterentur? Et si humani essent, quomodo cōstabit, purgandine sint an damnati? Nam quavis illi mentiri nec possint, nec velint; ab his tamen, tanquam Dæmonum, fociis, mendacia aliena non sunt.

Quocirca omnino constituendum est, certò viuentibus cōstare non posse, quinam ex molestantibus Spiritibus humanis autoprofopos; qui hetroprofopos molesti sint, iporumque rebus intersint.

De quibusdā nihil ominus facilius creditur, quod autoprofopos adsint, iis scilicet, qui ex purgatorijs locis redeunt, viuentiumque suffragia postulant. Quemadmodum hos facilius ad viuos redire, & autoprofopos redire demonstratum est; quàm Spiritus damnatorum hominum; ita credendum facilius eos autoprofopos nobis adesse, si quando adesse certis argumentis fuerit deprehensum.

Et quid vetat, cur in propria persona adsint, suasque necessitates exponant? Non prohibentur imperio Dæmonum: quia illi nullum in hos Spiritus habent. Non destituuntur ministerio Angelorum in hoc opere; quia promptissimi sunt ad sua obsequia charissimi Dei amicis præstanda. Nec volet eos Deus necessitates in aliena, & non propria persona proponere: quia qui vult aliorum patrocinio ipsos iuuari, non prohibere iudicandus est, ut in propria persona patrocinia efflagitent.

Foritan locū, cui deputati sunt, exire prohibetur. At nec dānati; nec qui in cælo cū Christo regnāt, ita suis sunt cōclusi locis, ut exire

F a

aliquan-

aliquando non permittantur; quemadmodum aliàs demonstra-  
tum est.

Constitutum igitur sit, admodum verisimile esse Spiritus ho-  
minum purgandorum in propria persona adesse, si quando eos ad viuos  
redire contigit, & rebus viuientium interesse.

## XII.

*An Spiritus humani cognoscant, quæ aguntur, vel  
ab ipsis, vel ipsorum loco ab Angelis ( tam bo-  
nis, quam malis) dum rebus viuientium  
interesse dicuntur.*

**D**ifficultatem in proposita quæstione quædam Scripturæ  
loca efficiunt; quæ omnem omnino cognitionem hinc  
defunctorum Spiritibus adimere videntur. Nam Psal.  
145. dicitur: *in illa die*. (quando scilicet Spiritus exierunt  
ab homine, & reuersi fuerint in terram suam) *perituras omnes cogi-  
tationes ipsorum*. Et Salomon, Eccles. 9. docet, *Apud inferos non futu-  
ram, aut sapientiam, aut scientiam*. Meliorem etiam esse canem viuum le-  
one mortuo: propterea quod viuentes sciant se esse morituros, mor-  
tui autem nihil amplius norint.

Difficultatem hanc auget Beatissimus Augustinus; qui libro  
de Cura pro mortuis agenda, cap. 13. asserit *nescire animas defuncto-  
rum; etiam sanctorum illas, quæ geruntur apud viuos*: putatque sibi hic  
seruire primùm illud, quod Isaïæ 63. dicitur, *Abraham nesciuit nos*:  
*Israel non cognouit nos*. Deinde illud 4. Reg. 2. quod promisit Do-  
minus Iosifæ Regi. *Colligam te ad Patres tuo, & colligeris ad sepulchrum  
tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala; quæ introducturus sum  
super locum istum*.

Et hæc quidem ad omnes defunctorum Spiritus; quomodo-  
cunque ad nos redeant, pertinerent; sed tamen in ijs, qui heteropo-  
sopos rebus humanis interfunt; locum maximè habent. Si enim  
beati Spiritus ignorant, quæ apud viuos geruntur; quomodo co-  
gnoscent miser? quamuis etiam rebus humanis autoprosopos in-  
terfint? quomodo cognoscent, si heteroprosopos interfint?

Possimus Disputationem hanc ad omne humanorum Spiri-  
tuum genus extendere; etiam illos, qui felices sunt, & cum Deo in  
caelis regnant; sed nolimus nobis propositos terminos transgre-  
di. no-

di: nostris sumus contenti. De nostris, id est, purgandis & damnatis  
Spiribus definiendum est, vtrum norint quæ geruntur, vel ab ipsis, vel  
ipsorum nomine ab Angelicis Spiritibus, dum rebus viuientium  
interfunt.

Quia verò rebus nostris eosdem dupliciter interesse contin-  
git; & heteroprosopos; & autoprosopos; primùm quidem definiendum  
erit, vtrum dum heteroprosopos adfunt, quæ geruntur, norint: tum  
deinde vtrum norint eadem, quando adfunt autoprosopos.

Initio hæc statuendum est, an graui eos errore versari, qui hos-  
ce Spiritus, mox vbi corpora deposuerunt, *omnis cognitionis volunt  
esse expertes*. Quid? An fortè censent animas cum corpore simul in-  
terire? Si verò non intereunt, nullamne vitalem exercere operati-  
onem? Si verò exercent; quam possunt, nisi intellectus, quæ & pri-  
ma est, & sine qua aliæ esse nequeunt?

Manet in anima vis intelligendi: eiusque illa est facultas, vt  
in operatione sua à corpore non dependeat. Docet hoc fides, non  
repugnat naturæ Magister Aristoteles. Cur igitur perpetuò otio-  
sum torpentemque dicemus?

*Mihi nunquam persuaderi potuit*, inquit præclarè Cyrus mori-  
ens, apud Xenophontem, *tum animam esse insipientem, cum ex insipi-  
enti corpore euadit*. Non possumus incorporalem, & aternam animam in  
modum glirium immobilem; torpentemque sentire. Sententia est D. Hie-  
ronymi epistol. ad Pammachium, aduersus errores Ioannis Hiero-  
solymitani; de anima extra corpus constituta.

Sunt quoque hic ipsorum Spirituum pro nobis exempla. Vni  
ipsorum ab Abrahamo dicitur, Lucæ 16. *fili recordare, quia recepisti  
bona in vita tua*. Idem ipse & fratrum meminit, & multa cum eo-  
dem Abrahamo disserit. Sunt alij, qui de malè transacta vita sua  
per Salomonem, Sap. 4. introducuntur ratiocinantes. *Erunt, in-  
quit, gementes; & memoria illorum peribit. Venient in cogitatione pecca-  
torum suorum timidi; & traducent eos ex aduerso iniquitates ipsorum*.  
Hæc paucis, qui plura velit Toftat. legat Abul. ) in cap. 25. Matth.  
q. 770. & sequentibus.

Quid igitur est, dicit aliquis, quod in illa die, quando Spiri-  
tus corpora egressi, dicuntur *peritura omnes cogitationes eorum*: Re-  
spondeo non *peritura* dicuntur, quasi nullæ sint futuræ; sed quia  
non futuræ fructuosæ. Dicuntur *peritura* cogitationes; quia adue-  
niente morte peribunt quæcunque cogitauerunt miser; & fa-  
cere constituerunt; nec optatos fines ipsorum consilia conse-  
quuntur.



11. **Et quid est, quod apud inferos neg, scientia, neg, sapientia esse dicitur?** Quia scilicet nullum hæc emolumentum miseris afferunt. & ob id, ita erunt, quasi non essent. Quocirca idem Salomon, qui scientiam atque sapientiam apud inferos futuram negat, optimè hortatur viuentes, vt dum hęc vita superstes est, operentur, si in futuram vitam fructū sperent; hic seminant, si metere sibi volent.

12. **Sed mortui dicuntur nihil amplius nosse:** Sap. 9. Impiorum hæc vox est, non Regis sapientissimi Salomonis. In impiorum ille sæpe persona loquitur: quemadmodum hęc, quando mortuos nihil post hanc vitam asserit nosse.

13. **D. Augustinus porrò nullo modo, omnem defunctorū hominū Spiritibus scientiam rerum, quæ apud nos geruntur, adimit.** Præter plurima, quæ naturaliter cognoscūt, docet quædam, quæ apud nos geruntur non per se, sed Spiritu Dei reuelante, cognoscere. Possunt, inquit, eodem libro, cap. 15. *Spiritus mortuorum aliqua, quæ hic aguntur, quæ necessarium est eos nosse; & quæ necessarium non est eos non nosse, Spiritu Dei reuelante cognoscere.*

14. **Constitutum igitur sit cognitionis expertes non esse defunctorum hominum Spiritus.** An verò nostra, & quæ per ipsos geruntur cognoscunt, dum rebus nostris interesse dicuntur? Respondemus nec nostra ipsos, nec quæ ipsorum nomine apud viuos geruntur; nec quidem, quod rebus viuientium interfunt, vi sua aut cognoscere, aut posse cognoscere: si quid cognoscunt, sola id sibi aliunde facta reuelatione cognoscere. Atque hoc de ipsis dictum esse volumus, dum *hetroposopos* viuientium rebus interfunt; & quæ fiunt, non per ipsos, sed per Angelicos Spiritus perficiuntur.

15. **Non negamus quin multa Spiritus illi cognoscant: & quidem vi sua, atque naturaliter cognoscant.** Cognoscunt aliorum hominum Spiritus: cognoscunt quoque Spiritus cœlestes, quamquam illos perfectè, hos imperfectè: vt post D. Thomam, Gregorius de Valentia in q. 89. D. Thomæ art. 2. prim. part. cognoscunt res naturales; in confuso tamen atque communi: vt art. 3. ibidem S. Thomas. Cognoscunt & distinctè, ex naturalibus rebus, illa; ad quæ, dum in corporibus essent, peculiarem habuerunt habitudinem vel per cognitionem, vel per affectionem, vel per necessitudinem aliquam. Et hoc S. Thomas art. 4. legendus *Tostatus* Abul. in 15. Matth. qq. 185. 186. 187. & c.

16. **Non negamus quoque Spirituum Angelicorum reuelatione posse cognoscere & nostra, & quæ ipsorum nomine apud viuentes geruntur.** Nunquid sibi mutuò loqui possunt Spiritus? & humani Ang-

Angelicis? & Angelici humanis? aut quæ apud nos geruntur pleraque ignota possunt esse Spiritibus, aut Dæmoniorum aut honorum Angelorum?

17. **Vtrum verò Angelici nostra ipsis reuelent, quæque ipsorum nomine illi apud viuos agunt, postea dicendum.** Hoc nunc certum esse existimamus, quòd nisi illi reuelent, humani Spiritus, siue damnati illi sint, siue purgandi, cognoscere hæc nequeant.

18. **Quòd dicimus, ex modo, quo Spiritus à corpore separati intelligunt, facile cognoscitur.** Duplex ille est S. Thomæ q. 84. art. 1. ad 1. Nunc enim per species, quas in hac vita sibi compararunt, intelligunt: nunc per alias, quas, vbi corpora reliquerunt, Deus infundit. Iam verò rerum nostrarum, quæcumque per Angelos ipsorum nomine geruntur, species ex hac vita secum non deferunt. Sed nec eandem species Deus ipsis à corpore separatis infundit. Quomodo igitur vel res nostras, vel quæ Angeli ipsorum nomine operantur, intelligunt.

19. **Forè rerum harum species secum ex hac vita deferunt?** Non deferunt. Species, quas secum deferunt, à rebus iam præteritis sunt abstractæ, easque repræsentant. & ob id rebus præteritis, non autem futuris, aut præsentibus, quales sunt, de quibus nobis sermo est, seruire possunt.

20. **Quòd verò Deus mox è corporibus egressis Spiritibus nouas infundat, & quidem rerum harum, quarum aut nullus, aut rarissimus est vsus, quis credet? præsertim cum vel necesse non sit Spiritus nosse, aut nostra, aut quæ eorum nomine apud viuentes geruntur; vel hæc Angelorum reuelatione facili negotio innotescere valeat.**

21. **Non igitur per se hæc Spiritus cognoscunt.** Atque in hanc sententiam locutū esse S. Thomam arbitramur in 1. part. q. 89. art. 8. ad 2. verba eius hæc sunt: *Huiusmodi apparitiones sunt per operationes Angelorum bonorum, vel malorum; etiam ignorantibus mortuis: sicut etiam viuientes alijs viuētibz apparēt in somnis. vt Augustinus docet li. de Cura pro Mortuis agēda, c. 10.* Ita Thomas. Sed an quod ex se nō habet, ex reuelatione habent Angelorum, qui illis sua ministeria hęc exhibent? *Existimamus habere, vt plurimum.* Neque enim damnatis Spiritibus vlla esset pœna: neque purgandis vllum solatiū. (quæ dici non debent) si se, quamuis in aliena persona, rebus viuientium interesse ignorarent. Atque hoc de priori.

22. **Restat doceamus, vtrum, quando autoprosopos rebus viuientium interfunt, & nostra norint: & se rebus viuientium interesse sciant. & cognoscant, quæ ipsorum nomine, vel gratia, ab Angelicis Spiritibus aguntur.**

Et qui-

23. Et quidē omnia hæc ex aliorū reuelatiōe ipsos cognoscere posse dubiū non est. Neq; enim deterior est ipsorum conditio, dum autoprofopos, quā quando heteroprofopos uiuentibus adsunt. Quocirca si hic possunt, poterunt & ibi, Spirituum aliorum reuelatione, hæc cognoscere.

24. Sed vi sua num cognoscunt? Non vna responsione quæstioni propositæ potest satis fieri, quia non vnum quæritur, sed multa.

25. Primum igitur, si quando autoprofopos ad viuos redeunt, redire se non possunt ignorare. An ignorare possunt se de loco ad locū transire? aut esse, vbi reuera existunt? vbi agunt? vbi patiuntur? vbi tumultus excitant? vbi sunt molesti?

26. Sed tamen (quod secundo loco sit dictum) viuentium res, ad quas redeunt, non per se omnes intelligunt. Dum heteroprofopos adsunt nostra non intelligunt, propterea quod rerum speciebus atq; simulachris careant; at iisdem etiam, quando autoprofopos præsentes sunt, sunt destituti: & præterea plurima ipsorum possunt iis esse occulta.

27. Sic (quod tertio loco dictum volumus) nec intelligunt semper quacumq; ipsorum nomine Angelici Spiritus operantur. Varia illa sunt, quemadmodum Capite vigesimo quinto à nobis explicabitur. Et quædam quidem vi sua cognoscunt, quædam minime: quæ tamen, vt plurimum Angelorum, qui ipsis quasi deseruiunt, habent reuelatione. Sed hæc ad Scholas magis pertinent.

### CAP. XIII.

De causis & finibus, qui tam Deo, quàm Spiritibus & Spectris, in locis infestis, propositi sunt.

1. **C**ausæ & fines, ob quos loca à Spiritibus infesta sunt, vel ex Dei, vel ex Spirituum voluntate petendæ sunt. Hoc Capite, quid vel illi, vel his propositum sit inquirimus.

Quia verò Spirituum infestantium tria sunt genera; vtrum idem omnes quærant, an aliud illi explicandum erit.

2. Et quamuis res hæc non prorsus humanum ingenium superet, difficultatem tamen aliquam habet; propterea quod Dei hic, hominumque atque Dæmonum voluntatis rationes, causasque scrutamur; quas cum per se intueri nequeamus, necesse est ex aliis coniectura assequamur. Ab humanis autem Spiritibus principium facimus. Horum

4. Horum duo sunt genera Vnum purgandorum, alterum damnatorum. Vt vtrumque alia, atque alia conditio; ita alii atque alij fines; vbi cumque tandem locorum mortales tentare atq; molestare deprehendantur.

5. Purgabilis vnum omnibus actionibus, & tu multibus, quos excitant, per se propositum videtur; vt viuentium opera iuuentur. Neque enim excitati ab ipsis tu multus pœnarum ipsorum aliquod leuamen sunt res per se clara est. Neque his incommodare, aut molesti viuentibus esse desiderant: boni enim sunt. Neque eorum est viuentes aut à viciis deterrere, aut ad virtutum studia excitare hac ratione. Hic Moyses, Propheta, & aliæ rationes viuis seruiunt. Sumam igitur tantum modo causam agunt. Et quemadmodum singulari diuinitate, alius ipsis, præter communem, pœnarum locus concessus est; ita facta potestas, vt, si possint, viuentium se iuent subsidii.

6. Aliis damnatorum, inquam, hominum Spiritus non hic finis est. Veniæ ipsis spes nulla est nec vllis possunt viuentium subsidii iuari. Vtrumque probè norunt infelicissimi. An quærant hac ratione aliis aliquod afferre emolumentū? Non quærant. boni faciunt nihil boni cupiunt nihil nullis, quantumuis optimis olim in sæculo sodalibus, aut amicis benevolunt. Omnis voluntas damnati iniusta est. inquit B. Gregorius 18. Moralium cap. 1. Quid igitur infestationibus quærant? Hoc ipsum ferè, quod ipsorum socii Dæmones. Sicuti amborum eadem societas; ita eadem ferè studia: infelicissimorum infelicissima.

7. Et quid Dæmones? Id ipsum quod omnibus temporibus, omnibus locis, omnibus conatibus, omnibus studiis: quæ hominum causa, vel sponte, vel pro Dei imperio suscipiunt. Quemadmodū semper humanæ salutis & incolumitatis sunt hostes, ita his terribulamentis, quæ diuersis locis excitant, hominum molestiam, perniciemque; quærant impense; & præter hanc vix aliquid. Nequam sunt semper nequissimi.

8. Nullum ipsis in pœnis quas maximas sustinent, hæc terribulamenta leuamen afferunt, quid quod nec gaudium, aut voluptatem ex iisdem capiunt, quamuis etiam vehementer. Nequam Spiritibus arriuant? sicuti felices mentes, etiam ex aduersissimis rebus, nullam percipiunt molestiam atq; dol. remota ex prosperis Spiritibus miser nullam voluptatem. Purus est infelicitium dolor nullo gaudio, respersus. Purus est felicitium gaudium, nullo dolore permixtum. Vide huius duplicem causam apud Ludouicum

Molinam q. 64. Disp. 3. in 1. part. D. Thom.

9. Sic nec miseri vllum volunt bonum mortalibus, quos infestant. Quod si quædam ab iis in speciem bene fieri videntur; si in quibusdam videntur commodare; id totum, vt incommodent, faciunt. Quæcumque ab iis fiunt, qualiacumq; ab iis fiunt; omnia ex prauis finibus, quos sibi propositos habent, vitium contrahunt. Quemadmodum ex B. Gregorio doctum est Thef. 6. huius cap. Quid verò in omnibus machinentur, Capite 15. fufius demon- strandum erit.

10. Porro Deo; quemadmodum omnibus in rebus, ita in his infestationibus; non nisi bonum propositum est: siue ipso tantum permittente, non autem imperante; siue etiam imperante, à quibuscunque licet Spiritibus, loca infestentur. Docemus in *singulis* Spiritibus.

11. In *purgandis* præcipuè misericordiæ, & Bonitatis suæ dat documenta; quæ non ipsi solum defunctorum Spiritus; verum etiam viuentes adhuc homines experiuntur. Illi quidem; quòd hac ratione viuentium subsidia quasi emendicare valeant, & peccatis debitas pœnas; aliorum piis operibus redimere: hi verò, quòd intelligant; ex his; peccata sibi esse cauenda: digna pœnitentiæ opera magno animo subeunda: non expectandas futuræ vitæ grauissimas pœnas; denique materiam sibi benefaciendi, & proximum piis misericordiæ operibus iuuandi præberi.

12. In *damnatis* peruersorum hominum Spiritibus præter misericordiæ; præbet etiam exemplum iustitiæ. Quid ita? quia grauissimis remediis & machinis vrget immeritos mortales ad peccatorum; & malè transactæ vitæ pœnitentiã. hoc summæ misericordiæ est. Et dum easdem pœnas quodã modo hominum sensibus obicit; & iis locis exigit, vbi peccatorum meritis contractæ sunt; se æquissimum probat iudicè: vt qui & scelera vindicet, & ibi cum summo miserorum dolore vindicet; vbi cum voluptate plerumq; contracta fuerunt.

13. In *Dæmonum* infestationibus duobus modis se Deus habet. Nunc Dæmonum opera vitur; ipsoque imperante fit, vt spectris loca sint horrida; nunc permittit iisdem, vt pro libidine sua suas nequitiã exerceant, & spectra exhibeant. Sed tamen vtrobiq; cum hominũ, si modò volunt, emolumento. Permisit Dæmonibus potestatem in Iob; in filios eius; in filias; vniuersamque sanctissimi hominis substantiam; quanto verò cù Iob emolumento? Præcepit iisdem (vt non malè creditur) subuersionem Sodomorum, & vicin-

& vicinorum populorum: & si non illis, quantus aliis horum exemplo metus iniectus? quot, horum pœna, percussi, à foeda peccandi libidine reuocati, saniora sectati sunt consilia?

Quæcumque infestationes locorum, Dæmonum opera patratæ sunt, si bene ratio cinabimur, hominum emolumenta in iisdem Deum (quo permittente, vel imperante factæ sunt) Spectasse obscuro non est. Id tum in omnibus, tum in *singulis* facillè est deprehendere.

In *omnibus* ostenditur, præter corpoream, esse quandam naturam Spiritualem: illam hominum saluti, & incolumitati esse infestissimam: vires illius in corpora, resque corporeas esse maximas: eiusdem nobis societatem, communionemq; peste & angue prius esse declinandam.

In *singulis* alia emolumenta capere possumus. In illis, quarum in fodinis mineralibus auctor est, discere licet, eos, qui diuitias quærunt, incidere in laqueos Diaboli; in illa, fundi Hesperiam, magnam esse vim atque virtutem Reliquiarum, in alia domus infestæ, à Theodoro Sicæorum Archimandrita liberatæ, plurimum valere, contra Diabolicos insultus, res consecratas. Sic Deum esse ultorem scelerum, quibus Charitatis fraternæ, iustitiæ, & honestatis iura violantur, docent illæ, quæ propter Pausaniam, Neronem, atq; Ottonem excitatæ fuerunt. Aliæ alias habent commoditates. Consule. i. caput de his omnibus.

## CAP. XIII.

*Inter loca esse quadam alijs magis infesta: & id contingere, non ex locorum natura & conditione, sed pro Dei atque Spirituum voluntate.*

Quamuis nulla propemodum loca sint, quæ non infestantes admittant Spiritus; quædam tamen esse, vbi frequentius inueniantur, haud pauca sunt, quæ probant: *quæ vbi indicauerimus, vnde id accidat explicandum erit.*

Igitur inter horrida magis, & Spirituum infestationibus exposita loca, primò sunt *deserta & inculta solitudines.* Hoc insinuare

videtur Isaias Propheta, cap. 34. quando desertas Idumæorum ciuitates docet futuras *domicilia Lamiarum, Dæmoniorum, onocentauro- rum, & pilosorum*. Idem sanctissimus Ioannes in sua Apocalypsi, cap. 18 dum desertam Babylonem, habitationem vocat *Dæmoniorum*, vt ibidem explicat Ribera. Idem Euangelista Matthæus, cap. 4. cum Christum asserit in *deserto* Dæmonis insultus sustinuisse. Sed & suo exemplo hoc obseruare potuerunt olim Eremitæ: in primis grandæuus Antonius: de cuius, quæ in *deserto* sustinuit, Spectris, sic B. Athanasius. *Dæmones*. (inquit, in vita Antonij) *bestiarum & serpentum formas induentes, omnia, vbi vir Sanctus agebat, protinus repleuere phantasiis leonum: taurorum, tuporum, aspidum, serpentum, scorpionum, necnon & pardorum atque vrsorum. Et hæc singula secundum suam similitudinem naturam rugiebat Leo, occidere volens: Taurus rugitu & cornibus minabatur: serpentes sibilu personabant: Luporum impetus inhiabat pardus discolor authoris sui calliditates variis indicabat. Truces omnium vultus, voces horrida, dirus auditus.* Hæc Athanasius. De Antonio etiam, per Eremum ad Paulum iter faciente, sic habet S. Hieronymus: *Conspicit hominem equo mixtum, cui opinio: Poetarum Hirpocentauro nomen dedit. & paulo post. In te saxosam conuallem, haud grandem homunculum, vider adunca naribus, fronte cornibus asserata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat.* Hic Antonio respondit: *Mortalis ego sum, & vnus ex acolis Eremitæ, quos vario delusa errore, gentilitas Faunos, Saty, osq; & Incubos vocans, colit.* Hanc ob causam idem Hieronymus Eremum dicit *monstrorum animalium feracem* Cyrilus, verò in cap. 34. Isaiæ: *Spiritus mali, inquit, libenter dicuntur in desertis locis habitare.* Et Procopius, cap. 13. eiusdem, *Desertis, inquit, incuit isq; locis, si Dæmones gaudent.* Hinc quidam ipsorum, cum iam eijciendi essent ex hominibus, à S. Germano, Parisiensi Episcopo, rogabant, vt saltem per desertam solitudinem ipsis errare concedatur, si inter homines versari non liceret: ita Fortunatus Pictaouorum Episcopus in vita S. Germani, cap. 30. Valet pro his locis exemplum Gordiani, spectatæ fidei hominis, cuius Alexander ab Alexandro meminit, lib. 2. Genialium dierum, cap. 9. Hic cum Aretiam, cum familiari suo proficisceretur, & ab itinere longè aberrassent, per *difficilia & deuota loca, vbi nihil viderent culti, sed saltem nemora, vergente quæ ad occasum sole, labore fessi confedissent; tandem hominis vocem procul audire viderunt: quam secuti, trium hominum conspiciunt Imagines, immanes & formidabiles, ultra humanum modum; nigris & dimissis tunicis, in veste lugubri funestaque, barba capilloque summissa, horribili facie.* Ita

Alexan-

Alexander. Valet & Adriani Patritij Nouarchi, cuius Ioannes Curoplates meminit, in Compendio Historiarum, fol. 43. hic cum ad liberandos Syracusanos cum exercitu à Constantinopolitano Imp. mitteretur, & haud prospera nauigatione vsus, in portu Peloponensi, qui Accipitris vocatur, hæreret; urbem intellexit captam esse à Dæmonibus, *loci deserti incolentibus.* *Locus est, inquit Curopalates, in Peloponeso, quid vocatur Palus, propter syluam, quæ ibi est, densitate, hoc sortitus cognomen.* Hic Romanorum classis in statione erat. *Quadamigitur nocte cum Dæmones illic habitantes, inter se colloquerentur, audierunt Pastores heri captas, & solo equas Syracusas, diuulgatâq; ab alio in alium fama ad Adrianum quoque peruenit, qui accersitis pastoribus, diligenterq; interrogatis, comperit quæ auderat illorum verbis confirmata: cumq; videret suis auribus ipse ea percipere, per ipsos Dæmones perueniatus, audiuit iam captas esse Syracusas.* Hæc ibi.

Secundò sunt loca humida & paludosa: Asserit hoc quidem Ioannes Bodinus; sed Dominus insinuat alicubi apud Euangelistam Lucam, cap. 11. dum docet eiectos ab hominibus Spiritus, *in locis inaquosis non inuenire requiem, & idcirco ad priores sedes reuertitur:* significans eosdem in *locis aquosis* requiem inuenire, atque ibi sedes suas figere. Hinc est, vt apud Aquilonares populos Spectra plura inueniantur: & flammantes ignes, quæ sæpè vel Spectra sunt, vel non sine Spectris, secundum aquas conspiciantur, & ad aquas, vt incautos homines suffocent, prouocent. Hinc in Cracouienfi tractu, infestus lacus ab omni piscatione incolas prohibuit; & anno 1283. nouo Spectro factus est celebrior. Rem totam his verbis in sua Polonia refert Cromerus. *Memoratur, inquit, in Cracouienfi tractu Spectrum apparuisse. Lacum enim quendam per amplum infestatione Dæmonum: piscationibus & vsibus hominum exemptum fuisse: Ad eum, hyberna glacie concretum, vicinos cum sacerdotibus Vexilla, Cruces, & Reliquias sacras, quibus vis Dæmonum propulsetur, ferentibus piscandi gratia conuenisse: immisso autem reti primo quidem tractu, contententibus piscatoribus, tres pisciculos; altero nihil nisi ret: conuolutum; tertio denique monstrum horrendum: primo capite, & in speciem ignis ardentibus oculis extrahum esse: territis autem & effugientibus cunctis, Spectrum illud sub lacum se submersisse, ac toto lacu discursans, terribilem strepitum & sonitum edidisse, afflatosq; ab eo non ullos homines sæda vlcera retulisse.* Hæc Cromerus lib. 9. de Rebus Polonorum, circa finem: fol. 169. Rursus palustris locus est decem circiter passuum millibus ab Odepe, quod prædium est noui Episcopatus Vendæ, in Liunia. Est enim hic lacus, (teste Michaelæ ab Iffelt, circa annum 1535.

G. 3)

Com-

Commentariorum Rerum in orbe gestarum) qui à Dæmonio officine infestabatur; vt nisi singulis annis sanguis infantium in eum mitteretur, vltra modum affligeret vicinos, & plurima damna accolis circumquaque inferret.

4 } Tertiò sunt specus supterraneæ, præsertim vbi metalla, & alia }  
 vñsibus hominum necessaria effodiuntur. Vix aliquam inuenias, quæ non Spectrorum nomine sit infamis. Pro horum confirmatione, exemplorum gratia, produximus superius cap. x. illam *Ambergicam*, quæ Corona rosacea dicta est: & aliam *Georgianam*, cuius Georgius Agricola meminit, libro de Animantibus subterraneis. Nunc aliã adiungimus ex supra dicto Cromero. Is ita loquitur. In salinis Bochnensibus exaudiuntur nonnunquam canum, gallorum, & aliorum animalium assimilata voces in profundissimis Specubus: id quo mali & incommodi alicuius imminentis portentum vulgo habetur. Cromerus libro priore Poloniæ suæ fol. 485. Refert quoque Georgius presbyter, in vita Magistri sui, Theodori Archimandritæ, apud Suriũ Tom. 2. fol. 741. quod cum Gratianopolis, in Gordiana regione, incolæ pro ponte construendo, in lapidibus eruendis occuparentur, magna vis Dæmonum eruperit: quorum pars viros & fœminas illius loci inuasit, & torserit; pars cæteris graues morbos attulerit: complures occuparint vias, & transeuntibus atque bestiis molestiam peperint. Idem Georgius ibidem refert, quod sequitur. Ex Ponti oppido *Heraclea*, inquit, Theodorus, cognomento *Latæas*, diues, & claro loco natus, ad pium virum (Theodorum) accessit, & ad pedes eius prostratus, lachrymans supplicabat; vt ad urbem suam veniret, & in sacra ade sanctissima Dei genitricis pro domesticorum suorum salute precaretur. Cum enim domi suæ foderetur, ex ea fossione contigit, vt magna Spirituum immundorum multitudo, tum familiares suos, tum alias ciues inuaderet, & acerba vexaret. Beatus igitur vir, cum in ade illa sanctissima Dei genitricis precari cuperet, abiit cum illo, & desiderio suo satisfecit, familiamque præclaro viri, & reliquos ab immundis Spiritibus, precibus & supplicationibus liberauit. Ita Georgius, sic collis quidam fuit in oppido Sandi, in quo plurima Dæmonia fuerunt, eodem Georgio teste. Cum enim Eutolmius quidam aream suam cuperet reddere ampliorem, & collis iam dicta lapidem amoueret; immundi mox Spiritus egredientes, inquit Georgius, græges armenta atque homines inuadebant & excruciant, nec finem malorum fecerunt donec adueniens Archimandrita Theodorus omnes rursus in locum vnde egressi erant, compulit.

Quam

89  
 8. Quartò sunt vastæ & amplæ arces atque adificia. Nouimus quaedam ab hominibus desertas esse, quod Spectris essent horridæ. Nouimus alias, in quibus plurimas molestias indigenæ sustinent; nunc intempesta nocte, nunc etiam clara luce. Superius quoque Scoticæ illius facta est mentio, quæ à gemitu & eiulatu Spirituum nomen accepit, & Mons dulorofus dicitur. Caput x. Disput. huius.

6. Quintò sunt loca memorabilia, & crudeli cade clara. Hoc nomine *Marathonius campus*, vbi aliquot millia ex Darij exercitu ceciderunt, nocturnis Spectris horridus est. Hoc campus *Vormatiensis*, cuius Spectra longiori oratione Tritemius persecutus est: Refertur huc debet *Kerope* in *Eiunia castrum*, vnum ex his, quæ *Moschus* Polono cecidit; in quo multi Germani à *Moschouitis* occisi sunt. Castrum hoc, & tota vicinia, illusionibus diabolicis aded fuerunt, nostro adhuc tempore; infesta, vt Dæmones palam, & in conspectu omnium, cum luna nocte splenderet, in equis sedentes, effusis habenis, circum moenia, tanto cum impetu currerent; vt qui defatigati, sub onere corruerent, & subinde morerentur: Interdum quoque more *Moschorum* vestiti, integros currus onustos frumento in humeros suos ferentes, omnibus aspicientibus, in vicinum lacum villæ cuiusdam, arci proximum, conijciebant. Hæc *Michael ab Isselt* circa annum, 1585. suæ Historiæ. Refertur etiam huc potest incredibile, vt *Bonfinius* rerum *Vngaricarum*, Decad. 3. lib. 3. vocat, miraculum; quod in *Valachia* quodam campo obseruatum est, post cruentam admodum pugnam inter *Dæan* & *Merchen* eodem genere natos, & de *Valachia* dominatu contententes Principes. Miraculum *Bonfinij* verbis ascribimus. *Secundò*, inquit, tertio anno, cum plerique in eum campum descendissent, vbi paratam stragem fuisse memorat, editissimumque cadauerum acervum spectarent; emissam inter ossa vocem subinde exaudierunt, tristissima Iesu Christi Saluatoris, & *Diua Maria* virginis nomina resonantem. Admiratio simul & pauor hos incesit. Cum ad verba subicuisissent, eadem paulò post, quasi difficulter expressa; accepere. Dum vocem inter ossa disquirerent, portentosi desiderio succenssi, loquax inter cadauera caput inueniunt: quod vbi homines sibi adesse agnouit. Quid tam, inquit, stupidi hinc statis viri? *Christianus ego sum, & Magna Mari D. Ma-*

110

ria semper additus, inexpiatus, inconfessusq; in hoc bello occubui. Magna Dea, in cuius tutela vitam degi, me aeterni supplicij reum esse non patitur. Hic me adhuc lingua compositem seruauit, ut & delicta fateri, & animam sacris ritibus Apostolicis lustrare queam: proinde sacerdotem, qui Confessionem exaudiat, & me expiatum reddat accersite, quæso. Rogatus, quo tantum à Dea beneficij promeruisset, respondit: peculiare sibi id in vita fuisse numen, se r. na quotannis in vita sua festa reuerendissimè celebrasse, religiosissimèq; reuerentissimè, ex pane duntaxat & aqua, decorasse. a. ris fuisse quàm studiosissimè operatum. illi tantum numini cunctas animi vires dedi. asse. Accersito è pago primo sacerdote, Confessionem ritè transegit, & impetrata erratorum omnium remissione, accepta, nouissima lustratione ad defuncti caput repente continuit perpetuo, queunt Hæc B. oninius.

7. Dicitis locis scilicet adiungimus illa, ubi innocenti sanguinis effusi versantur rei, & crudeliter homicida. Quemadmodum enim quædam loca ob mem. trables sedes claræ, spectris infesta sunt, quædam crudeliter homicidas Manes sequuntur, & infestant; omniaque, quibus ipsi degunt, reddunt horrida loca. Docent hoc cum alii, tum sæpius repetiti Imperatores, Nero, Otto, Paulianus Cap. 4. Disput. præsentis.

8. Adiciamus septimò illa; ubi homines quidam grauius Deum offenderunt, pœnasq; quas iam vita defuncti sustinent, meruerunt. Hic nobis seruiunt Theriæ B. Gregorii, in quibus Felix Portu. nensis Episcopus à presbytero quodam cognouit, idcirco abidem illius loci dominum, post mortem, obuersari, & pœnas sustinere; quod ibidem diuinam in se iram, viuens adhuc prouocasset. Gregorius lib. 4. Dialog cap. 40.

9. Sunt præterea, præ cæteris, infesta loca ubi sedes suas habent, qui in grauibus versantur peccatis: his maximè, quibus pietatis, iustitiæ, mutæ charitatis, & honestatis iura enormiter violantur. His enim proximos esse spiritus, cum alia probant, tum exemplum illustre, quod uerbis Alexandri ab Alexandro, nos cap. 30. Disputatiouis de Dæmoniis, retulimus. Ad hæc loca, illa pertinent, ubi vel Gentilium vigent superstitiones, vel exulat vera religio. Quàm molesti idolorum cultoribus fuerunt Dæmones? Et in Luconia, quid nõ passim à se Apostata? Vide cap. 1. Thei. 28. & 29.

10. Denique illa sunt loca, in quibus insignis sancti moine, & pietatis homines commorantur. Hæc, quamuis recentibus exemplis docere difficiliter sit, præteritorum tamen sæculorum historiæ tot exempla demonstrant, ut propemodum sit oleum & operam perdere  
ijs recen.

his recensendis immorari. Refert Cassianus, Collatione 7. c. 23. in ipsis Cænobiis, ubi olim degebant Monachi, vel octo, vel decem; ita Dæmones grassatos fuisse, & frequentes: ut non audeverint omnes pariter noctibus obdormire: sed uicissim alius degustantibus somnum, alios uigiliæ celebrant. s. psalmis & orationibus & lectionibus inhesisse. Maximas quoque à Dæmonibus molestias sustinuisse Monachos, ubi B. Gregorius Oratorium suum habuit, in eius vita docet Diaconus, cap. 89. Sic in monte Serrato, insidiis dæmonis (qui eremitam simulabat) tentatum atque superatum, & grauissimis se criminibus, fornicationis atque homicidij obstrinxisse virum alioquin sanctum; solitudinis cultorem, Ioannem Garlinum referunt Annales Hispaniæ, & ex his Patritius quidam Augustanus germanico idiomate, impressus Monachii Anno 1588. Legendus Palladius, qui plurima pro hoc argumento exempla suppeditat.

Et hætenus quidem prius huius Capituli membrum explicatum sit. Sed unde accidit, ut his potius, quàm illis locis Spiritus sint molesti? Hoc secundo loco inquirendum est. Ego uerò sic existimo, huius rationem, uel ex natura locorum, uel ex Dei Spirituumq; uoluntate petendâ esse. Neque enim tertium uideo, in quod huius causam conicere debeamus.

Porò natura loci nullius illa est, ut hos infestantes Spiritus ad se rapiat atque deposcat. Quod dicimus, facillè intelliget, qui quæ Spirituum conditio sit; quæque ratio locorum, probè perspectum habuerit. Conditio Spirituum est, ut omnis corporeæ concretionis sint expertes: locorum ratio postulat, ut corporum sint fines; corporumque quorum fines sunt, afficiantur qualitatibus. Cum igitur inter Spiritum, corpusque distantia maxima sit; non est, quod locum per se Spiritus aliquos ad se rapere existimemus.

Magna est inter Spiritus & corpora, si locorum attendamus conditiones, differentia. Corpora quædam non omnibus, sed certis, definitisq; locis producuntur: & quædam non omnibus, sed certis locis conseruantur & promouentur: Spiritibus, ut perinde est omnibus locis produci, ita & omnibus esse, & omnibus conseruari. Nec malè, quoniam corpora à cælestium orbium pendent influxu & motu, circumstantiumq; corporum proprietatibus & affectionibus Spiritus ab his subsidij habent nihil.

Quæ temporum, eadem est locorum, apud Spiritus, conditio. Valent illa in corpora, quoniam, ut quidam loquitur, tempus facit omnia senescere; & teste poëta: acitissq; senescimus annis: at nihil ualent in Spiritus. Hi nec senescunt tempore, nec tempore languescunt,

Tam sunt hodie vegeti, postquam aliquot annorum millibus fuerunt; quàm fuerunt primo, quo creati sunt, die. Nihil igitur mirum, si nec quicquam in ipsos possint loca.

35. Ex voluntate igitur, vel Dei, vel Spirituum locorum pendet infestatio? Omnino pendet. Quia enim Spiritus quibusdam locis volunt esse molesti; & quia Deus quædam loca Spiritibus vult esse horrida & infesta; idcirco infestantur; idcirco sunt horrida.

## CAP. XV.

*Quæ causa, ob quas Spiritus, maxime Diabolici, hæc magis, quàm alia, loca infestent.*



36. **H**oc Capite, non cur loca; sed cur certa loca, id est hæc potius, quàm illa, Spectris infestant, inquirimus. Prius enim illud, superius, Capite sexto, declaratum; posterius hoc, non sine fructu; vt credimus, demonstrandum.

37. Et quamvis quid singulis Spiritibus infestantibus propositum sit, inquirendum esset: modus tamen orationi imponendus est; & solum rationes, cur Demones his potius, quàm illis, locis infestis assignandæ. Etenim, quid humanis Spiritibus propositum sit; & quas ob causas Deus has infestationes permittat, aut præcipiat; quæ Capite sexto dicta sunt, satis superque demonstrant.

38. Quid igitur Dæmonibus singulis locis propositum est? Responden in omnibus quidem terrorem quem hominibus incutire affectant: in quibusdam præterea nocuentum, quod ipsi cupiunt, afferre (qualecunque tandem illud sit; siue in corpore, siue in anima, siue in honis firmitate) in aliquibus etiam horum nihil moluntur, sed sua tantum seruire videntur libidini: Sed singula loca, quorum Capite superiori meminimus, perlustremus.

39. In desertis igitur, & ab hominum consuetudine alienis, de quibus Thesi 2. Capitis superioris, suæ libidini seruiunt, dum infestis sunt & tumultus excitant. Ne enim nihil agere videantur, dū his cedunt; artis suæ & potestatis, his terriculamentis, aliquot dant indicia. Fortè etiam hic (quod probabile credimus) brutis animalibus, hisce locis degentibus tanquam Dei, hostis ipsorum hominum quibus bonis incommodant. Docet hoc B. Hieronymus in vita S. Hilarionis. Quid quod & hominibus, his locis, obesse studeant, & eos

& eos, vel ad mala prouocare, vel à bono reuocare? Olim, quando infidelibus erant omnia plena, idcirco desertis locis apparebant, vt persuaderent mortalibus, Deos quosdam in terra versari; quibus curæ essent montes, & rura, & pecora; quibus ob id sacrificia offerri oporteret. Hoc facilius tum persuadere potuerunt, cum communis omnium sensus sit, Deos cum hominibus non conuersari; vt apud Daniele Prophetam, cap. 2. testantur Magi. Et in animalium tum figura, quæ rarè videbantur, apparebant; vt & maiorem sibi reuerentiam, conciliarent, rarè visi: & cum animalia illa viderentur, etiam si in his non essent, in illis tamen ipsi adorarentur. At post Christi aduentum, apud infideles quidem idem illis est propositum: apud fideles verò (præsertim homines sanctiores) vt à bono auocarent. Deterrere valuerunt Monachos ab incolenda Eremo, quæ ab ipso ferè Apostolorum tempore coli cœpta est: fuit quæ (vt verbis vtar Cassiani Collat. 7. cap. 23.) tanta eorum hic feritas vt vix pauci, & admodum stabiles, atque ate prouesti, tolerare habitationem solitudinis potuerint.

Idem ferè propositum est secundis locis; paludosis inquam, & humidis. Neque enim vllam aliam, cur loca hæc infestent, si hominibus inculta sunt, causam dare possumus. Si verò ad ipsa hominibus aditus pateat, præter terrorem, quoque damna afferunt, hoc superius Thesi 3. Capitis 14. allata probant exempla. Nam illo, ex Cracouiensi tractu desumpto, clarum est ipsos à piscatione incolas impediuisse: fatuos verò in iisdem locis ignes, ad interitum incautos inuitare, communis est plebis vox; & plurimi suo periculo experti sunt. Sed & hæc loca Dæmones affectare, ob id, possunt videri, quod signa sint eorum, quibus Nequam delectantur & afficiuntur; luxuriæ inquam, atque nefandorum carnis operum, vt enim rebus, ita rerum signis delectantur Spiritus.

In subterraneis specubus damna mortalibus afferri, alias à nobis (id est Thesi 4. Capite 14) allata probant exempla. Quid si etiam bona, quæ his locis colliguntur, ipsos mortalibus inuideredicamus. Hoc omnino probare videtur exemplum ex Glyca, primo Capite, Thesi 6. allatum. Fortè & hic volunt persuasum mortalibus, se bonorum subterraneorum esse dominos; hæc quæ ab ipsis petenda: quemadmodum illorum quidam, cum Christum tentaret (Matth. 4.) impudenter omnium, quæ Christi oculis subiecerat, se Dominum esse, haud obscure insinuauit. Quicquid sit, siue hæc bona inuideant: siue se bonorum horum Dominos esse persuadeant, nobis incommodant.

7. *At oibus, & amplis adificijs plures ob causas, possunt esse Dæmones infesti; quamuis omnes hæ non in omnibus locum habeant. sæpe his locis grauiissima perpetrata, & perpetrantur, scelera; quibus Dæmonibus seruitur: vt ob id, iis locis ipsi scelerum quoque esse & molestare debeant, tortores. Sæpe his grauius afflicti & cruciati Innocentes, quorum Manes hac ratione iustam vindictam postulant. Sæpe miserorum sanguine & sudoribus illa constructa, ob id iusto Dei iudicio, non tam hominum, quam Dæmonum conueniat esse domicilia & receptacula.*

8. *In locis memorabili, & crudeli cade claris, quæ etiam spectris infesta esse diximus, Thesi 7. Capitis 14. alia Dæmonibus proposita esse videntur. Nunc enim hæc Dei sunt ministri, & carnifices: nunc propria voluntate tumultuum authores. Ibi non tam placet, quod iustitiæ sint ministri, quam quod de homines seruire valeant. hæc forsitan, in errorem moliuntur inducere viuentes: vt damnatorum animas credant non infernalibus supplicijs torqueri.*

9. *Quando Innocentium homicidas suis locis persequuntur; si id Deo imperante non faciunt (qui hac etiam ratione scelera vindicat) certè, vt ipsos molestant; in desperationis foueam præcipitent; sibi que crudeliter manus afferant; quærunt versipelles.*

10. *Delectantur quoque locis, vbi grauia commissa sunt crimina. Et quid mirum? grauia ipsi crimina perplacent: ipsis auctoribus sæpe perpetrantur; ipsis tortoribus vindicantur. Tumultus igitur iisdem locis, quasi lætitiæ quædam signa exhibent; & de misera mortalium conditione, ob perpetrata, iis locis, crimina, triumphant; & ea quasi sui iuris loca esse, quibus ipsis strenuè seruitum est, his molestus insinuant.*

11. *Et quemadmodum Deus singulari ratione adest sibi seruientibus; suamque voluntatem, pro virili exsequentibus; ita ijs locis libenter inueniuntur præsentem, suam testantur Dæmones, quibus ipsis seruitur. Hanc ob causam superius, Thesi 9. capitis 14. inter loca spectris infesta illa posuimus; vbi sedes suas habent, qui grauius peccatis se inuoluunt; in primis verò ijs, quibus pietatis, iustitiæ, fraternæ charitatis, atque honestatis iura violantur a peritius. Ita propter incolarum scelera Dæmonibus infestus fuit fundus Barbilianus, quemadmodum in vita S. Gregorij testatur Ioannes Diaconus lib. 4. cap. 93.*

12. *Cur Sanctus viris inhabitat a loca Dæmonum infestationi frequentius exposita sint: quod Thesi 10. Capitis 14. afferebamus; per se clarum est. Quas ob causas viros sanctos persequuntur; easdem ob causas*

causas tumultibus & infestationibus excitatis vbicunq; locorum possunt, iisdem sunt molesti. Quidni persequerentur, quos oderunt? At, *Credite mihi*, inquit B. Antonius, (vt in vita eius testatur Athanasius) *odio prosequitur, & pertimescit Satanas Sanctorum vigiliis, orationes, ieiunia, voluntariam paupertatem, misericordiam, humilitatem; maxime autem ardentem amorem in Christum Dominum.*

## CAP. XVI.

*Non aequales omnibus locis, omnes homines à Spiritibus molestias pati, sed quosdam alijs plures & maiores, & in quo inæqualitas hæc posita sit.*

**L**oca infestari demonstratum est... demonstratum quoque ita infestari, vt infestationes ipsæ atque molestiæ ad homines perueniant. Vtrum verò ad omnes equaliter pertingant, an quidam præ alijs, vel sæpius, vel grauius molestantur, quæratur. Nos vbi, in quo hæc inæqualitas consistere possit, primum exposuerimus; ad quæstionem propositam, quod res esse videtur; respondebimus.

Molestiæ igitur hæ, vel modo, quo accidunt, differre possunt: vel malis; quæ afferunt: vel actu numero & frequentatione. In modo considerandæ sunt variæ molestandi rationes: In malis, damna, quæ rebus mortalium, Spirituum opera, accidunt: In numero, multitudo & pluralitas molestiarum.

Diuersæ molestandi rationes in his consistunt; vt vel solum tumultus & strepitus à Spiritibus excitentur: vel solum, sine strepitu, viuentium conspectui ipsi se obijciant: vel primò quidem præsentiam suam aliquo strepitu indicent, deinde mox se videntibus exhibeant. Rursus, hæc omnia, vel fiant sine oratione & sermone: vel ita, vt etiam loquantur Spiritus. Præterea, fiant vel sine vlla viuentium alia, quam quæ his actibus percipitur, molestia; vel cum alia aliqua; vt si dormientibus stragula detrahant; ipsos lecto eijciant, candelas exstinguant, suppellectilem, qualiscunq; illa sit, euertant, &c.

Malis, quæ afferre possunt, præcipuè cernuntur in duobus bonorum generibus, corporis & fortunæ. Animæ siquidem bonis,



nobis inuitis, incommodare Spiritus non possunt. In corporis membris pono verbera, vitiones, mutilationes & his similia; in fortunæ verò damna, quæcunque in externis bonis accidunt.

1. In numero diximus pluralitatem molestiarum attendi & actuum, quibus molesti sunt, frequentationes. Quocirca illis molestiores Spiritus dicendi sunt; qui ipsorum insultus plures sustinent: contra illis minus; qui easdem vel semel vel non ita frequenter experiuntur, quamquam accidere possit; vt vna aliqua, quæ accidit molestia, grauior dicenda sit, vel ex modo, quo accidit, vel ex malo, quod affert; quàm aliòquin multæ, in quibus minus malum affertur, aut minus molesti sunt Spiritus. Ex dictis æqualitatem, inæqualitatemque molestiarum metimur. Nunc a qualesne omnes omnibus sint, definiamus.

2. Pro huius definitione haud parum seruit, quam superius (cap. 2.) posuimus distinctionem; quæ loca alia per se infesta diximus, alia propter homines. Etenim in iis, quæ propter homines infesta sunt, res difficultatem vel nullam, vel paruam habet. Certum omnino est, in his certos homines, & plures, & grauiores molestias sustinere. Cùm enim per se hæc loca infesta non sint; sed infestatio homines sequatur, & persequatur; quis dubitabit, quin illi, quorum causa loca infesta sunt, vel soli molestias sustineant, vel aliis plures grauioresque sustineant?

3. At in per se infestis, vna omnium, quæ iis degunt & versantur, videtur esse ratio & conditio; vt quæ madmodum communis est locus, ita communis sit omnium locum inhabitantium, molestia. Neque enim propter homines hæc loca infesta sūt, sed per se. Quocirca fit, vt quicunque & qualescunque homines loca hæc accedunt, ipsas locorum molestias sustinere debeant.

4. Et ita quidem non malè aliquis iudicauerit. Sed tamen qui exemplorum rationem habere velit, etiam his locis molestiarum inæqualitatem deprehendet, obseruabitque quosdam præ reliquis minus infestatos: rursus, alios præ aliis grauiores molestias sustinuisse. Prius illud confirmant Spiritus in Idolis latitantes, quorum quosdam statim conticuisse, & responsa negasse legimus; postquam iisdem locis Christiani vel essent conspecti, vel se signo crucis munivissent. Posterius in omni genere Spirituum clarum est. In genere Dæmonum probant spectra; quæ Antonium, Paulum, Hilariorem, aliosque Eremitas, præ cæteris affixerunt: & illud, quod in agro Bingeni à rustici latere discedere voluit. In genere Spirituum

entium purgandorum anima Paschafii, & cuiusdam alterius (de quibus Thefi 3. capitis primi) qui non quosuis, sed certos aggressi sunt. In genere denique damnatorum hominum, Spiritus sociorum Diomedis, de quibus 18. de ciuitate Dei, Cap. 18. B. Augustinus.

Spirituum quoque ingenium, si rectè perscrutabimur: & hominum conditiones, si attentius intuebimur, inæqualitatem molestiarum admittit. Non omnium Spirituum idem est ingenium: nec idem omnibus in infestando propositum est: vt hominum qui iam sunt, quos præ cæteris iustius, etiam in iisdem locis Spiritus molestare & tentare desiderare possunt. Quod si igitur hinc iudicium aliquod peti potest; & purgandas animas & animas damnatorum, & malignos Spiritus, quosdam præ cæteris molestare, vel certè molestare desiderare, credi potest.

Purgandæ animæ præ cæteris molestæ erunt duobus hominum generibus, primùm catholicis, tum deinde affinitate vel consanguinitate, vel quauis alia ratione magis coniunctis. Ratio huius ex fine, qui hisce Spiritibus propositus est, petitur. Subsidium viuentium illi quærunt, à quo igitur sperare hoc possunt, hos præ cæteris tentabunt. At ab infidelibus, & non Catholicis, qui nullas animas purgari credunt, sperant nihil. Sicut hæc viuorum, quæ sunt pro defunctis, suffragia subannare. Inter Catholicos autem, qui defunctorum Spiritus viuorum meritis lauari credunt, ab ijs maxime sperabunt, quibuscum magis coniuncti. quocirca & Catholicos pro subsidio tentabunt; & inter Catholicos sibi maxime coniunctos.

De his Spiritibus crediderim verum esse, quod vulgo dicitur, rarius Hæreticos, quàm Catholicos à spectris infestari. & magis infesta esse spectris Catholicorum, quàm Hæreticorum loca. quia, scilicet, ad Hæreticos redire non affectabunt Spiritus, qui spem vitæ æternæ consequendæ habent.

Animæ damnatorum, quamuis nulli bene, & omnibus malè velint; erga eos tamen infestiori animo sunt, qui pœnarum atque suppliciorum infernalium ipsis sunt authores. Res hæc dubia non est. At odium sequitur vexandi, persequendi, molestandi libido. Hos igitur præ cæteris persequentur.

In infestatione Dæmonum potest habere ratio vel criminum, ob quæ Spiritus iustè mortales persequuntur; vel libidinis peruersæque

æque voluntatis, qua nocere desiderant. Ratione prioris maiores molestias patientur, qui grauioribus pluribusque criminibus sunt implicati: ratione posterioris, qui integrioris sunt vitæ.

14. Et quamuis vtrique grauiores molestias sustineant quandoque: in posteriori tamen genere, illorum scilicet, quos *eb sanctioris vite studium* Dæmones persequitur, plura sunt exempla. Omitto celebres illos Eremitas incolas, Paulum, Hilarium atque Antonium, religiosorum & ordinum primos authores, quorum, aliquorum vires sub onere molestiarum propemodum defecisse videri poterant: quanta ab iisdem tortoribus passus Vilhelmus Pictaurore Comes? quanta Macharius Alexandrinus? quanta Guthlacus atque Sabas viri sanctissimi priorum Eremitarum egregii æmulatores?

15. Nec Eremitis tantum molesti fuerunt hi Spiritus, alios eiusdem propositi, quamuis alterius sexus, quoque infestant. Euphrasiam virginem sanctam, de tertio solario aliquando præcipitauerunt: aliquando in puteum detruserunt: aliquando grauissime fauciarunt. S. Catharinam, sanctæ matris Brigittæ filiam nunc è lectulo excusserunt; nunc etiam miserè cæciderunt. Sic sanctissimæ Marinæ fuerunt molesti, partim terribilibus formis, quas finxerunt; partim execrandis sibilis, & grauibus, quos in aëra sparserunt, odoribus: quemadmodum res earum gestæ, per insignes Auctores descriptæ, demonstrant. Apud Surium in Tomis, quos de Sanctis edidit.

16

Causam verò huius pulchrè ostendit Fulbertus in vita S. Aichardi Abbatis Chimesiësis, apud Surium Tom 5. *Sublimiora studia, inquit, Diabolus subtilioribus infestare nõ desinit insidijs. Carnalibus namque & huius mundi amatoribus, quos in præsentis vitæ voluptuosa latitudine ambulantes comperit, quasi parcendo blanditur: quia nimirum de his securus ad Spirituales se conuertit, & his acrius instat, more latronum ad prædam festinantium: qui dum fugientem innocuam turbam insequuntur, quos unquam cursu superant, hos transilientes à tergo relinquunt: in eos verò, quos præ oculis conspiciunt eminens fugientes, in eos, inquam studio consequendi, vires totas effundunt, & impetu maiore persequuntur. Veruntamen*

*si reliquis captis ex omni turba vnus euaserit, ex*

*hoc vno inter eos sapius magis sit quæuis*

*recitatio, quàm ex vniuersis captiuis exultatio. Ita*

*Fulbertus,*

*Fulbertus,*

CAP.

*Quinam præ ceteris, Spirituum molestiis & insultibus expositi sint, & quibus de causis quosdam Spiritus, præsertim Diabolici, hostilius persequantur.*



2. Vinam in locis per se infestis, insultus molestiasque sustineant, ex iam præcedenti capite dictis clarum est. Certum quoque est in his locis, quæ propter homines infesta sunt, eos vel solos, vel sæpius, & grauius infestari, quos propter loca sunt infesta. Explicandum nunc est, *Qualesnam illi sint, propter quos loca hæc infesta reddantur, & spectris horrida: siue, vt clarius dicatur, Quosnam homines Spiritus singulariter persequantur & molestant.*

3. De duobus verò hominum generibus, bonis inquam, & malis, quæstio est: & de vno Spirituum, qui molestias afferunt Dæmonibus. In reliquis res non magnam habet difficultatem. Quod igitur. In disputationem vocatur, hoc est, *Vtrum quicumque persecutiones malignorum Spirituum sustinent: suis semper meritis exigentibus sustineant: an etiam aliqui præter vlla sua merita, has patiantur.*

4. Atque hoc definiendum nobis est præsentis Capite, veruntamen non hoc solum: *speciatim etiam explicanda sunt crimina eorum, qui ob sua merita Dæmonum insultus, atque molestias sustinent: vt non solum sciatur, quosdam ob peccata, Dæmones molestantes sustineres; sed etiam, quænam illa peccata sint (neque enim vnum est peccatorum genus) ob quæ sustineant, intelligatur.*

5. De priori verò sic sentio: Non vnus generis hos esse; sed tam malos, quàm bonos, Spirituum insultus sustinere: hoc est; quosdam ob sua merita; quosdam absque vllis suis meritis; & priorum quosdam, ob graues excessus eosdem sustinere; alios ob leues defectus vt tria, in vniuersum loquendo, sint hominum genera, qui Dæmonum persecutiones sustineant.

6. Quod enim de vniuerso persecutionum genere dicitur: id in molestantibus Spiritibus locum habet. Non omnes persecutiones ob peccata accidunt: nec omnes sequuntur viros innocentes. Quædam sunt, quæ peccatorum, nunc enormium, nunc leuiorum sunt vindictæ: quædam, vt innocentium patientiæ, atque probitas innotescat, afferuntur. Eodem prorsus modo, quosdam idcirco

I

probat

maligni Spiritus molestantur; quod suis peccatis id meruerint: quosdam absque vlla sua culpa, magna tamen diuinæ prouidentiae dispositione.

6. In locis per se infestis, rem ita se habere dubium non est. Ob grauiadelecta persecutionem à Spiritibus passi olim plures Gentiles. Ob defectus leues, si non omnes, certè plurimi in agro Bingenfi. Absq; vllò suo merito, Eremiti cultores. Quod si igitur in per se infestis locis, non vna molestadi ratio: quid mirū, si & in locis propter homines infestis, ob diuersas causas molestiæ adferatur diuersæ.

7. Quocirca prauum est, & peruersum eorum iudicium, qui mox criminis eos damnant, quos Dæmones persequuntur. Quemadmodum non omnes, qui à Spirituum infestationibus liberi sunt, integri sunt, & inculpatae vitæ; ita neq; omnes, qui ipsorum insultus sustinent, meritis suis ita exigentibus, illos sustinent.

8. Sed in re clara pluribus opus non est. *Crimina*, & quidem *maiora illa, quæ Spirituum hac quasi carnificina vindicantur, inquiramus.* Illa, ni fallor, *duplicis sunt generis.* Quædam sunt, quibus apertius Christianæ Charitatis iura violantur. Quædam, quibus Deo grauior ignominia irrogatur. In priori genere sunt iniustæ cædes, pauperū oppressio, atque in parentes impietas. In posteriori blasphemia violata religio, heresis et traditio sui ipsius Dæmonibus facta.

9. Non negauerim *alias* ob culpas, alios sustinere persequentes Dæmones: sed tamen has crediderim esse præcipuas; quæ vel his molestiis vindicentur; vel vt vindicentur, magis mereantur. Ostendamus in singulis generibus, quod asserimus.

10. *Cædes & neces iniuste allatae, his infestationibus vindicatae sunt,* in Nerone, Pausania atque Ottone Imperatoribus, de quibus i. capite. His addimus hominem, quem se in vinculis vidisse scribit, lib. 2. cap. 3. de Dæmonomagia, Bodinus; qui ira percitus, vxorem occiderat: & post, singulis noctibus, ab vxoris Spiritu se miserè cædi conquestus est. Addimus aliud Aristidemi, viri nobilis, familiaris Aepiradarum, apud Messenios; qui cum oraculo Delphici Dæmonis intellexisset diurni belli, quod Messenij gerebant cum Lacedæmoniis, victoriam penes ipsos futuram, si puram Virginem neo immolarent; gratificaturus ille patriæ, primum vnicam quâ habuit filiam destinavit sacrificio; deinde vbi intellexisset corruptam à quodam, qui vt miseram conseruaret, à se grauidam fingebat, excandescens iracundia, interfectam filiam dissecut, cui enim post mortem scæda specie apparuit filia, adoque perculsit, vt ad tumulum eiusdem sese miser iugularit. Casparus Beucerus lib. de Diuinat.

De Pau-

De pauperum oppressoribus suppetunt plurima exempla domestica: sed quia odiosa, proferenda non sunt. Iustissimam verò hos, cum homicidis, Dæmonum molestiam sustinere inde colligitur; quod vix alio, quàm homicidarum, loco Deus Opt. Max. ipsos habeat, ita sacra docet eloquia, Ecclesi. 34. *panis egentium, vita pauperis: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.*

Impietatem erga parentes grauisimum esse crimen, cum alia multa doceant; tum illud, quod ad honorem parentibus exhibendum insigni præmio Deus nos inuitet. Et hanc igitur iustè, per infestates Dæmones, vindicari credi debet. Est pro hoc insigne exemplū, quod, quia ad longum, in illa de Dæmoniis disputatione, ex Alexandro allatum est Capite 30. hic repetere superuacaneum est.

13. *Blasphemos Spirituum insultibus iuste puniri, vel ipsi blasphemii, si non verbis confitentur, certè rebus ipsis probant.* Quomodo verò? quia nullo loco sibi sunt tuti, sicuti suam semper secum ferunt carnificinam, conscientiam; ita vbiq; blasphemiarum vltores credunt adesse Spiritus. Sed nec hic desunt blasphemorum exempla, quos in hac vita Spiritus sunt persecuti. Notum est, quod de blasphemio puero scribit B. Gregorius 4. Dialog cap. 18. Verba eius ascribimus. *Quidam vir, omnibus in hac vrbe (Roma) notissimus, ante triennium, filium habuit, annorum, vt arbitror, quinque; quem nimis carnaliter diligens, remisit nutriebat, atq; idem paruulus, quod dictu graue est, mox vt eius animo aliquid obstitisset, maiestatem Dei blasphemare consueuerat: qui in hac ante triennium mortalitate percussus venit ad mortem. Cuiusque eum, sius pater in sinu teneret, sicuti hi testati sunt, qui presentes fuerunt, Malignos ad se Spiritus venisse, tremētib; oculis puer aspiciens, cepit clamare. Obsta pater, obsta pater. Qui clamans declinauit faciem, vt se ab ijs in sinu patris abscoederet. Quæ cum ille tremēte requireret, quid videret: puer adiunxit dicens: Mauri homines venerūt, qui me tollere volunt. Hac cū dixisset, maiestatis nomen proripus blasphemauit, & animam reddidit.* Ita B. Gregorius. De alio blasphemio aliud pro præsentis argumento exemplū recenset alius Gregorius, Turonensis in quâ, li. de Gloria confessorū, cap. 67. *Ad Basilicam S. Lupi, inquit, Maurus cuiusdam seruus, negligentia admissa, confugit, frendens verò Dominus eius de vestigio profectus, ingressus Basilicam, nec oratione prostratus, blasphemias in Sanctū euomere cepit, ac dicere. Et tu Lupo seruū meū auferes, & propter te nō licebit mihi in eum vltione debitæ exercere. Et in. Et manu seruū trahere cepit dicens: Non mittet hodie hic Lupus manus suā de sepulchro, vt cruat de manibus meis. Et sic dicent: misero, extēplo lingua, quæ in Sanctum blasphemias effudit, diuinitus obligatur; etq; misertus homo, de bachare cepit per totam eadem, dans magis vt pecus, sermanem vt homo non profertus: seruū dēni; die cum graui cruci, tu vitam finit. Hoc Turonensis.*

Reli-

14. Religionem violari multis modis contingit. Sacramentorum profanatione; Templorum euerfione atque spoliatione; Imaginum, statuarumque; & Ecclesiasticæ suppellectilis contractiōne: Reliquiarum Sanctorum contemptu atque irrisione &c. Quibuscunque modis violetur, dubium nullum est, ipsius violatores iustissimè posse pati Dæmones infestantes: quando pluribus exemplis, tam recentibus quàm veteribus, clarum est; & olim passos esse Dæmoneum molestias; & nostris temporibus, in Gallie atque inferioris Germanie tumultibus; pati quàm plurimos.

15. Hæresum sine prauorum dogmatum inueniores, atque doctores, sibi à Spirituum malignorum infestatione posse timere docent, post alia, Lutheri, Zvinglii atque Carolstadii nota exempla. Lutherus ipse testis est Dæmonem à se visum, se salutasse; multis argumentis Missam oppugnasse; socium in comedendo fuisse. Zvinglius testatur, se suum, de Eucharistia, dogma à Spiritu (haud dubium), nigro accepisse. Carolstadium à Dæmone fuisse interfectum, haud obscurè docent Basilienses. Vide Caput 12. de Dæmoniis.

16. Quod qui Spiritibus malignis se tradunt, à malignis Spiritibus molestentur, mirum non est. Mirum verò valde, si quandoque nullas molestias sustineant. An fortè Nequam Spiritus ignorare possunt, quod ipsis miserè mortales sese dedunt? an acceptare volunt se vitro offerentes? Vbiq; præsentés sunt nobis, &c. cenforis, etiam non vocati. Si tamen nomen suum audiant, (probat exemplo B. Gregorius lib. 3. Dialog. cap. 20.) mox aduolant, obsequiaq; sua præstant. Sed & studiosè ipsos quærere nostram perniciem, probat ipsorum summum, quod erga vniuersum mortalium genus flagrant, odium. Nec hic desunt exempla. Quot ferè sagæ sunt atque Maleficiter pro huius rei confirmatione exempla suppetunt. Infestantur plerique Spectris, quia plerique se Dæmonibus deuouent.

Est & horrendum huius rei exemplum apud Surium Tomo 4. in vita s. Bernardi, in muliere, quæ fœdã aliquot

annis cum Dæmone consuetudinem habuit;

quod quia capite 92. referemus,

hic ascribere necesse

non est.

CAP.

CAP. XVIII.

Quibus temporibus Spiritus & Spectra molestant, & cur nocte potius, quàm interdiu.

1. Aria temporum sunt distinctiones: sed quæ argumento nostro deferuit, vna potissimum; quæ in nocturnum, & diurnum distribuitur. Nunc hinc quæstio est, Hocne potius, quàm illud, id est, nocturnum potius, quàm diurnum Spiritus deligant, vt viuentium rebus interfint, eosque tentent, vel molestent.

2. Ad neutrum Spectra sic alligata esse, vt necessitas ipsis incumbat; hoc, & non illo, tumultus, si velint, excitare, certum est. Spiritus sunt; & ob id, quemadmodum non à loco: ita neque à tempore dependent. Non iuuat Spiritus locus ad tumultus excitandos; non iuuat tempus. Vt omni loco; ita omni tempore possunt: nocturno diurno, inter vtrumque; medio.

3. Prorsus à voluntate dependet, quod hoc potius, quàm illo molestent. Cuius verò? Deinde, an ipsorum Spirituum? Et Dei & Spirituum. Fit Dei, & Spirituum voluntate, quod rebus viuentium interfint: fit Dei, & Spirituum voluntate, quod his vel illis temporibus interfint.

4. Sed tamen à propria Spirituum voluntate præcipuè esse dixerim; vt, quod ipsi sibi maximè commodum his molestiis excitandis tempus nouerunt, id deligant. Cuius hæc argumeta sunt, quod infestatores in sua potestate habeant: non iisdem semper temporibus excitent: non ad eundem semper terminum producant: quandoque; etiam velint, ab iisdem cessare valeant.

5. Et nocturno tempore sæpius loca infestari; hominesque vexari plura probant. Nam & Spiritus, qui interdiu molesti esse solent, etiam noctis quiete in terturbant: & plerimi nocturno tempore molesti sunt, qui interdiu ne obseruatur quidè. Exempla pro his ex primo Capite petenda sunt. Sed multis modis hoc probat Spiritus, qui ædes Alexandri ab Alexandro infestabat, qui noctibus tantum molestus erat; & lumen si quando ille impediatur, extinguebat; si verò extinguere non posset, in fugam conuertebatur. Vide eundem lib. 5. Genialium dierum cap. 23. Probat Idolum senilicæ & squallore confecti, quod per noctis silentium insultabat Athenodoro Philosopho, de quo Plinius lib. 7. Epist. silentium interpretatur Censorinus de die Natali cap. 9. in tempestat noctem.

DE LOCIS INFESTIS

70 Probat quod Liuius scribit, super ædem Vestæ vocem *noctis silentio* auditam, clariorem humana. Probat quod profundam & serè *mediam noctem* Plutarchus in Bruto nominauit, vbi verba facit de monstruosa horrendaq; illa Imagine, quæ M. Bruto ex Asia exercitum trajcere volenti apparuit. Apollonius quoq; probat in confutatione contra Hieroclen. 4. vbi de Umbra Achillis à se visa refert miraculum, hanc enim euauisse ait, post colloquutiones aliquot, quòd iam *cantus gallorum* audiretur. Vnde refert Eusebius Cæsariensis, *noctem intemptam*, quæ gallicinium proximè antecedit, conuenientiore esse malo Dæmoni. Et de pluribus Sagis refert Nicolaus Remigius, lib. 1. de Dæmonolatria, cap. 14. quòd affirmarint eam tempestatem, quæ vna atque altera hora *mediam noctem* præcedit, apprimè idoneam esse, non modò illis conuentibus, sed quibuscunq; aliis Dæmonum terculamentis, ludibriis, occurrationibus, strepitibus.

6. Cæterùm, quia hoc Spirituum, vt diximus, voluntate fit; voluntas verò rationem sequitur; non sine ratione *noctem* præ die, à Spiritibus deligi credi debet. *Que igitur huius ratio?* Alia hinc mouet malos Spiritus, tam Dæmones, quàm damnatorum hominum: alia illos, qui purgantur adhuc, & cœlestibus mentibus aliquando associandi sunt.

7. *Mali Spiritus*, quia malè faciunt, noctem quarunt & tenebras. *Qui malè agit*, inquit Dominus, Ioan. cap. 3. *odit lucem*. Ipsos *Rectores tenebrarum harum* vocat Apostolus, ad Ephel. 6. Ipsorum tandem habitatio in *tenebris exterioribus*: Matth 8. Sed & ipsorum instituto *nox* atq; tenebræ seruiunt. Cùm enim terrere desiderent excitatis tumultibus & exhibitis spectris; etiam id tempus, quod per se terrorem affert, deligunt: scilicet, vt tumultus atque spectra, cum nocte coniuncta, terrorem augeant, magisque mortales percellant.

8. *Purgandi Spiritus* ad quietem & solitudinem noctis attendunt. Vtraque ipsis seruiunt. Solitudo externorum tollit societatem, qui mentem sæpe cogitationesque distrahunt: quies efficit, vt facilius, qui excitantur, nocturni strepitus percipiantur. Vtrunque affectant hi Spiritus; vt commodius suas necessitates mortalibus insinquare, his tumultibus & terculamentis, valeant.

9. Pater hæc, communia aliqua *virique*, tam boni, quàm mali Spiritus habere possunt, propter quæ *noctem* eligant. Fugiant, videlicet, hominum conspectum plerumque. at hinc serui.

FARS PRIMA.

71 seruiunt optimè noctis tenebræ, cùm visus in suum obiectum, non, nisi illustratum, seratur, quemadmodum in Scholis loquuntur Philosophi.

Rursus plerumque satis habent Spiritus excitatis tumultibus, & altatis molestiis. quocirca nec semper, vt postea docebitur, corpora vera assumunt: at tumultibus non seruiunt lumen diei. & quamuis nec per se nox seruiat, efficit tamen vt propter summum ipsius silentium, facilius percipiantur.

Accedit, quòd pluribus opus sit, si interdiu sub spectabili specie Spiritus apparere debeant, tumultusque excitare; quibus opus non est, si tumultus solum excitent, & sub spectabili forma se non exhibeant. quid si igitur his velint supersedere? & paucioribus ad propositos fines tendere?

Denique nigricantes se plerumque exhibent; vnde & *Vmbra* dicuntur, & hic nox seruit, quæ, vt omnia propemodum nigra appareant, efficit. Sed difficultia non sunt. Pergamus ad alia.

CAP. XIX.

*De varijs modis, quibus Spiritus locis infesti sunt: sed, qui omnes, vel auditu, vel visu, vel tactu percipiuntur.*



*Varijs modis infesta esse loca*, tam certum est, quàm certum esse infesta. De his cùm multa dicenda sint, principio omnes infestationes ad pauca quædam summa genera sunt reuocanda.

Infestationes igitur, prima sui diuisione, possumus distinguere; vt alias dicamus esse *apertas*, alias *Occultas*. In illis aperto quasi Marte nos aggrediuntur Spiritus: in his quasi per insidias tentant. *Præter* hunc ferè generis sunt, quæ vt plurimum interdiu, & clara luce sunt, & maiori cum Spirituum nunc impetu, nunc molestia, nunc manifestatione. *Posterioris*, quæ nocturno tempore: quibus vel se non ita produnt spiritus; vel non tanto nos impetu aggrediuntur; vel non tam graues afferunt molestias.

Ad *apertas* infestationes referrem illas in Insula Islandiæ; vbi occisorum spectra tam sunt manifesta; vt tanquam viuentes accipiantur.

plantur ab ignaris mortis ipsorum: Illam item, cuius in vita Theodori Siczorom Archimandritæ mentio fit, in qua proiectis lapidibus res agebatur: & Illam, quam ex Bingenfi agro Litaniis, & Iustrali aqua profligauit Clerus Moguntinus qua integræ ædes atque horrea conflagrarunt, & c. de quibus primo Capite, Theſibus 2. 2. f. 18. & c. Denique Illas, quarum mentio fit Capite 16. Theſi 14. & 15.

4. In *Occultarum* numero haberem, quam in domo sua perpeſſus eſt Hesperius, vir Tribunitius: & in ſua, quam Romæ inhabitauit Alexander ab Alexandro: Illam præterea, quæ domum, in qua Caligula Cæſar occubuit, horridam reddidit: denique quæ Neronem, Ottonem atque Pausaniam ſecuta ſunt; & in fodinis metallicis, operariis sæpe incommodarunt. Et de his in primo capite, Theſibus 2. 14. 11. 12. & c.

5. Altera diſtinctio infestationum conſtitui poteſt, proratione ſenſuum, quibus percipiuntur. Aliquando *auditu* percipiuntur; aliquando *viſu*; aliquando *tactu* Aliorum ſenſuum etiam aliquando, rarior tamen, in infestationibus eſt *uſus*.

6. Leuiſſima eſt prima illa, quæ *auditu* percipitur; grauior, quæ *viſu*; grauiſſima, quæ *tactu* Sed vt hæc grauiſſima, ita rariſſima non ita in *uſitate* priores, prima frequentiſſima.

7. *Auditu* non vna moleſtandi ratio deprehenditur, ſed admodum varia. Nunc Spiritus ſolum præſentiam ſuam, agitato quaſi aëre, & ventulo leui, inſinuant: nunc ſtrepitus excitant: nunc ſimulant inceſſum; nunc cachinnos edunt & ritus: nunc promunt ſuſpiria & gemitus: nunc vociferantur, & clamoribus loca implēt: nunc ſuauius loquuntur: nunc cantillant, & c.

8. Exemplis pro his non indigemus. Lares domeſtici, quos concubia nocte, in ædibus, verſari diximus; ſolo ſerè *ſtrepitu*, quo aliquid ſe facere ſimulant, terrent: quamuis etiam aliquando cachinnos edant. In fodinis metallicis, quidam ſe *ſtatu* prodiderunt. In domo, quam Alexander inhabitauit, nocturni audiebantur *tumultus*, & *horrendi fremitus cum eiulatu, ſtriduloq; vocis ſono*; quemadmodum & in arce Scotiæ, Sterlingi. Qui Athenis aliquando obſeruatus fuit Spiritus; *catenarum ſtridore*, quibus vincus videbatur, ædes replebat. Qui Monasterium Verretenſe moleſtabat, voces formabat, & ad ſe Virgines inuitabat. Qui apud Aquilonares ſunt populos, *concentu* recreant viatores, & gregum armentorumq; cuſtodes. Qui, anno 1444. ante pugnam illam, quam pauci Heluetij, contra ingentes Ludouici Delphini Franciæ copias, propè

propè mœnia vrbs Baſilienſis, commiſerunt, aliquot noctibus, circa illa loca auditi ſunt, militum edebant *clamores, armorum ſonitus, pugnantium ſtrepitus*. Teſte Lauatero, prima parte de Spectris, c. 17. De his & reliquis vide cap. primum; & Theſin 3. cap. 67. Meminit & cuiuſdam Theodoretus in vita S. Iacobi, ſect. 21. qui à Marcioniſtis excitatus in tempeſta nocte, lingua Syriaca moleſtauit his vocibus Theodoretu (erat hic Martioniſtis contrarius) *Cur tu bellum geris cum Marcione? Cur hanc pugnam aduerſus eum ſuſcipis? Quauam is vnquam te affectit moleſtia? Deſine belligerari, deſiſte à maleuolentia: aut diſce experientia, quantum bonum ſit quies. Voces hæc audiebantur, nemo verò conſpiciebatur*. Meminit & alterius Cardanus lib. 19. de Subtilitate, qui in Germaniæ oppido Schiltach dicto (ab eſt à Friburgo, octo millibus germanicis magnis) *ſibilo* terrebat dominum domus: quem cum ille, furem ſuſpicatus, perſequens neminem deprehendiſſet, & aliquoties repetito *ſibilo* deluſus eſſet, poſt per ſacros homines adhibituſ Exorcifmum cognouit eſſe Dæmonem, qui poſtea graue damnum toti oppido dedit. Hæc Cardanus ex Eraſmo, qui totam rem longius proſequitur, quem admodum ex Henrico Glarcano didicerat. Denique cuius nos Capite primo Theſi 7. mentionem fecimus *auditu*, non *viſu* perceptus eſt. de hoc in hunc modum Ioannes Curopalates in Hiſtoria Baſilij & Conſtantini. fol. 97. *Hoc tempore, inquit, incredibile prodigium accidit in Tracenſum regione, ad radices montis Cura, vbi fons eſt pulcherrimus, & limpidiſſima aqua. Vox quadam audiebatur miſerabilis, cum lamentis, & vob, & ploratu: & mulieris eiulatu ſimilis: idq; non ſemel aut iterum ſed à Martio mense uſq; ad ipſum Iunium, dies nocteſq; cum quæ abſiſſent quidam locum exploratum, vbi vox illa emittebatur, eiulatus alio euāſit*. Ita Curopalates.

*Viſui atq; oculis ſe* variis formis obſcitant Spectra & Spiritus. Nam vt alias formas, quæ difficultatem ſingularem non habent, omittam; nunc *humana*, nunc *brutorum* animantium, nunc horrendorum *monſtrorum* conſpiciuntur. Nec hæc vnus generis atq; modi ſunt omnes; in quolibet genere ſunt varia.

Quam varij ſpiritus, ſub forma humana, ſed tamen alia atq; alia, viſi? Aliquando proſus ſub ea apparuerunt, quam *uiuentes*, homines habuerunt: vt Paſchalij Spiritus: quem ob id *viſum* ſtatim agnouit Germanus Capuanus Epiſcopus: Spiritus item matris Neronis; & illi, qui in Klandia Inſula obſeruati ſunt, de quibus primo Capite. Aliquando ſub triſti, & macie quaſi conſecta imagine; vt Spiritus, cuius Plinius meminit. Aliquando ſub forma

*nigrescentis hominis*; ut ille, qui Verretensibus Virginibus fuit molestus. M. Bruto suus genius apparuit tanquam Spectrum dirum & prodigiosum immanis & horrendi corporis: teste Plutarcho in Bruto. Qui circa annum Domini 1098. in agro VVormatiensi conspecti sunt; *pedites* instructos bene armis referebant, & *equites*. Qui in fodina Georgiana visus, *nigrum* erat indutus *cucullum*. Qui domum infestabat Alexandri, referebat hominem *squalida facie, vultu minaci, nigro corpore, aspectu formidabili*. De his omnibus 1. cap. Eidem Alexandro (ipse testis est lib. 2. Genialium dierum cap. 9.) retulit Gordianus spectatae fidei homo, quod cum Aretiam proficisceretur cum familiari; & ab itinere longè aberrassent per difficilia & deuia loca, vergenteque ad occasum sole, labore fessi confedissent, hominis vocem procul audire visi sunt, quam sequuti, *trium hominum conspexerunt imagines immanes, & formidabiles ultra humanum modum, nigri & dimissis tunicis, in veste lugubri, funestaque, barba capilloque submisso, horribili facie*. Mirabile est, quod Krantzius habet lib. 8. Vandaliæ, capite 29. Anno 1351. inquit, *grandis ubique per Germaniam sævit pestis. Lubeca in conuentu Prædicatorum audiuit frater ex conuersis, qui curam habebat, praecateris, coquina, nocte vna subter se, cum in strato esset, in hospitiæ domo, strepitum; & interea vocem loquentis ad fenestram coquina: Coce, para cibum abituris fratribus. Et ille intus: Quot sunt transitu? Tum ille; Tringenta sex de Conuentu, & duo aduena cum illis profecturiz. Miratus ille intempestam euocationem; de lecto surgens, intuetur per foramen in domum hospitalem. videt mense assidere numerum fratrum, quem audierat; in albis, velatis frontibus, ut fieri solet iam tumultuandis. Horrens redijt in lectum, nec audebat rem detegere. Sed cum euentus omnia probasset, funeratis 36. de Conuentu fratribus, & duobus, qui Hamburgo venerant, tum palam dixit, quod ante vidisset. Ita Krantzius.*

II.

Sic non vna fuit *brutorum animantium* forma, sub qua Spiritus conspecti sunt. Nunc *canum* fuit, nunc *luporum*, nunc *murium*, nunc *murium* atque *serpentum*, &c. Nechic exempla desideramus. Diximus superius in ea, quæ est circa Syrtes Libya, in aëre apparere *diuersarum animantium* formas, quarum quædam quiescant, quædam moueantur: & has aliquando fugere, aliquando fugientes insequi. Spiritus Annebergicus, cuius cap. primo Thesi 26. meminimus, in specu, cui nomen Corona Rosacea, videbatur sub forma *equi*, habentis procerum collum, & truces oculos. Sic vel Spectra ferunt & Spiritus; vel à Spiritibus facti, *mures* atque *serpentes*, qui in domo per Theodorum,

Siczo-

*Sicorum Archimandrita*, liberata, molesti fuerunt: quemadmodum & *mures*, quos Princeps quidam, nec in medio Rheni declinare potuit: & *aves* Diomedæ, quas Plinius Barbaris infestas fuisse commemorat. Meminit & B. Athanasius, in vita S. Antonij, *leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentum, scorpionum, pardorum atque visorum*. Sub iisdem formis Spiritus molestos fuisse Guthlaco Anachorete & confessori, testatur Vvilhelmus Ramesey anglus, apud Surium, Tomo 2. de Vitis Sanctorum: & Vvilhelmo Pictauro Comiti & Eremitæ, ut habet in ipsius vita Theobaldus: & Sabæ abbati, ut est videre apud Metaphrasten in Cyrillo, qui eiusdem res gestas descripsit. Sic ipsorum quidam molestus fuit sub specie *tauri* bubulcis, in fundo Barbiliano, teste Ioanne Diacono, in vita S. Gregorij, lib. 4. cap. 93. Alius sub specie *bouis* cornupetæ s. Catharinæ, filia Brigittæ; apud Surium Tomo 2. Alius in forma *serpentis* adolescenti, qui S. Nicetam consilium rogaturus accedebat, teste Theosterio, Oratione de S. Niceta, apud eundem Surium, Tomo 2. Alius in forma *merula* aut B. nedito; ut in eius vita refert B. Gregorius, cap. 2. Alius in forma *volantis corui*: Machario Alexandrino, apud Palladium Episcopum Cappado. in vita duorum magnorum Macariorum. Alius in forma *nunc passeris*, nunc *simie* s. Dominico; sicut in vita eius docet Theodorus de Apudia, li. 3. cap. 7. Alius in forma *cati* religioso quidam, teste Ioanne Diacono, in vita B. Gregorij lib. 4. cap. 89. Sic Duçi cuidam Palestino, sepulchrum Domini visitare cupienti, alius plurimum molestiæ attulit sub forma *arictis*, sepiusque accessu sepulchri eundem prohibuit, quemadmodum ex Prati Spiritualis, cap. 49. pluribus refert Cæsar Baronius, Tomo 6. anno Domini 13.

*Monstrorum* quoque sub forma conspecti Spiritus. Conspexit, teste B. Hieronymo, B. iam nominatus Antonius *hominem equo mixtum*, cui opinio Poëtarum Hypocentauro nomen dedit. Idem vidit *hominiculū adun. is nariibus fronte. ornibus asperata, cuius extremam partem corporis in caprarū pedes desinebat* Visus eidem est Spiritus, teste Athanasio, in eius vita, *ea forma, qua describitur à B. lib. cap. 41. Diabolus: Oculi enim eius, inquit, erant sicut species Luciferi: ex ore ipsius procedebant lampades ardentes: rines incendijs spargebantur: ex naribus egrediebatur fumus, quasi fornacis æstuantis ardore carbonum: halitus eius, ut pruna: flamma verò ex ore ipsius glomerabatur. Huc pertinet forma Diaboli, qua se B. Dominico exhibuit in specie *lacerta* deformis, & abominabilis, duo grandia capita circumgerētis; ut in eius vita legitur li. 3. c. 7. Rursus illa, quæ terruit Mariam Virginē, cui se exhibuit per*

12.

K 2

modum

modum *draconis multicoloris*, & *serpentibus* per totum corpus *cinclæ*, *ter-*  
trumque odorem emittentis, quemadmodum testatur frater ipsi-  
us Gregorius Nyssenus. Illa quoque, qua *centimanus* & *centipes* ag-  
gressus est Brigittam, puellam adhuc teneram: ut Surius habet To-  
mo 4. Sanctorum. Denique illa, qua in Præmonstratensi monaste-  
rio se cuidam Religioso exhibuit *tria* ostendens *capita*, Trinitatem  
se esse contestans, sicut refert Sigebertus circa annu Domini 1125.

13. Tertia molestandi ratio *tactu* percipitur. Et hæc plurimis mo-  
dis cõtingit. Primo absque *vlla corporis læsione* & *doloris sensu*. Sic sæ-  
pe dormientes sentiunt molestantes Spiritus; qui nunc lectum  
detrahunt, nunc aures vellicant, &c. Huc pertinet exemplum,  
quod libro 2. Genialium dierum cap. 9. refert Alexander de fami-  
liari suo amico. Curauerat is amici funus. Cumque Romam re-  
uerteretur, nocte adueniente ad hospitium viæ proximum diuer-  
tit, seque quieti tradidit. Dum solus in lecto degit, & adhuc vigi-  
lat; accedit Imago defuncti, summo pallore & macie confecta, ad-  
cubantis lectum. in eodem se lecto collocat, & non nisi v. ipsa,  
iacentem relinquit. Hic primus modus, ad quem & puto pertine-  
re, quod lib. 7. Epistolarum, Epist. 27. refert his verbis Plinius. Est  
libertus mihi, inquit, Marcus, non illineratus, cum quo minor frater eodem  
lecto quiescebat. Is visus est sibi cernere quendam in toro. residentem admo-  
nentemq; capiti suo cultros, atque etiam ex ipsa vertice amputantem ca-  
pillos. Vbi illuxit, ipse circa verticem tonsus capilli iacentes reperiuntur.  
Exiguum temporis medium, & rursus simile aliud priori fidem fecit. Puer  
in padagogio missus pluribus, dormiebat. Venerunt per fenestras (ita nar-  
rat) in tunicis albis duo, cubantemq; tonderunt: & qua venerant recesserunt.  
Hunc quoque tonsus, sparsosq; circa capillos dies ostendit. Ita Plinius.

14. Alter est, quod contactu hoc non contenti Spiritus, viuentes  
etiam aliquando propellant & protradunt, atq; precipites agunt. Hoc  
modo molestos fuisse Spiritus feruis Hesperii, indicat B. Augu-  
stinus, lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. 8. Sensit & has molestias Otto  
Imperator, qui à Spiritibus proprio lecto aliquando exturbatus fuit.  
Sensit operarius in fodina Georgiana; quem ex infimo loco ad su-  
premum, non sine corporis attritu subuexerunt, de his 1. cap. Sensit  
Sanctus vir Nicolaus Tolentinus, quem improbus Spiritus nunc in  
terram prostrauit; nunc egregie subtilis excepit; nunc dirè ad an-  
gulos quosdam allisit, ut in eius vita scribitur apud Surium, To-  
mo 5. Sensit Euphrasia virgo, ab eodem Spiritu ex tertio solario  
aliquando precipitata; aliquando etiam in puteum deiecta. Et hoc  
apud Surium, Tomo 2.

Tertiò

15. Tertiò molestant *visione* & *inflictis verberibus*. Confessus est Im-  
perator Nero, se non præsentia solum matris defunctæ molestarti;  
sed etiam *verberibus* furiarum, & ardentibus *tadis* cruciari. Virgi-  
nibus Verretensibus sæpe *particula carnis* ex corpore detrahebantur:  
in aduersam verò partem nunc tibiæ, nunc brachia intorque-  
bantur. & Euphrasia, cuius præcedenti Thesi mentionem fecimus,  
aliquando à Spiritu miserè *sauciata* est, aliquando *olere ebulliente* per-  
fusa. Hæc confirmant exemplum, quod B. Augustinus Sermone  
117. eorum, qui recens Louanii impressi sunt, commemorat. Re-  
fert ibidem Ciuem Hipponensem quendam, quia iusiurandum  
ei detulerat, quæ periuraturum nouerat; ad Dei tribunal raptum,  
& grauissimè *casum* esse: & postridie plagarum vestigia in dor-  
so eius apparuisse.

16. Molestant quartò, *nece allata* viuentibus. De Spectro in bal-  
neis, cuius meminit B. Gregorius Nyssenus, notum est, ad eò  
hominibus infestum fuisse; ut omnibus propemodum *mortem* in-  
tulerit. Spiritus Annebergicus in fodinis metallicis duodecim  
amplius homines, vno flatu, *interfecit*. Hudekin in Saxonia miser-  
rimè puerum sibi insultantem *strangulauit*; in frustra cecidit, & co-  
xit. Potest hæc feruire exemplum horrendum, quod Michael Iffelt  
refert contigisse anno 84. in Apeldorn Veluæ pago. Duo nobiles  
Germani, inquit, (folio 1191) *ordinibus militantes*, inter se conuenerant,  
in vino adusto sese tamdiu ingurgitarent, donec aliter illorum *expiraret*. Si  
quis prior surgeret, in eum *Diabolus potestatem haberet*. Accidit dum stre-  
nuissimè hac lege potarent, mercator em illac fortè transire, quem ut se ter-  
tium adiungeret coegerunt. Inuitus ille huc *inductus* est *mortisq; metu*. Pau-  
lo post *malignus Spiritus ingressus locum*, vbi sedebant; *virgæ* *cervicem* *fregit*.  
Hoc Iffelt. Potest quoque feruire historia, quam Sifridus Presby-  
ter Misnensis affert lib. 2. suæ epitomes, anno 1260 studiosus qui-  
dam miserè desperabat puellam, cum alia ratione non posset, ipsius  
sibi copiam fieri per Nicromanticum, data pecuniæ summa, cupit.  
Hic se adolescentemque circulo includit, seuerissimè ne eundem  
egrediatur imperans. Mox ad coniurationes conuerso, plurima se  
species phantasmatum offert, tandem ipsa quoque quæ quæreba-  
tur, imago puellæ. Hic adolescens, libidine victus, præcepti imme-  
mor manum extendit, amatam apprehensurus; sed maximo suo  
malo: siquidem à Spiritu Nequam parieti allisus, miseram *exha-*  
*lat animam*.

Adde dictis quintum, quod *fortuna bonis etiam Spectra* incom-  
modant. Qui Hesperii, domum infestabat Spiritus, non hominibus

K 3

tantum.



78  
tātū erat molestus; sed etiam *animalia* affligebat. Qui à Theodoro Sicæorum Archimandrita pulsus est; mulierum *telas*, præter alia, rumpebat. Qui in agro Bingenſi sæuiebat; & *horrea*, & rustico-  
rum *casas* incendebat, & ad extremam paupertatē miserōs redige-  
bat. de his i. capite. Qui sibilo molestus fuit in oppido Schiltach, de  
quo Theſi 8. capitis præcedentis *conflagrationis totius oppidi*, admini-  
stra infelici muliere, causa fuit. Cū fortunæ bonis coniungo *in-*  
*fantēs*, eos maximè, qui baptismatis sacramento initiati non sunt.  
In his haud rarò parentibus incommodatur; dum priorum lo-  
co, per Spiritus, alii supponuntur, qui vel graui morbo plerum-  
que tota vita laborant, vel vbi adoleuerunt, corruptis moribus  
magnas difficultates parentibus afferunt.

8. Sextus modus esse potest, quòd ad *stuprum atque nefandòs con-*  
*gressus* quandoque sollicitant: aliquando etiam vim tentant adfer-  
re inuitis. Huius exemplum obseruatum est, in oppido Flāndriæ  
Boerburgi, haud procul à Grauelinga, anno Domini 1587. vbi  
post quatuor annorum molestias, quæ vir doctus atq; pius, Ioan-  
nes à Porca, ibidem Plebanus, cum castissima sorore passus est; Spi-  
ritus tandem compti adoleſcētis personam induit: & sororem so-  
lām domi deprehensam, primò muneros, deindè minis ad *stu-*  
*prum* sollicitauit: tandem etiam, vbi sic nihil proficit, vim virginis  
pudicitiaē afferre cœpit: & perfecisset, nisi superueniēs frater foro-  
rem ex Dæmonis manibus eripuisset, quemadmodum patet copi-  
osius ex Appendice ad historiam anni 87. Michaelis Iſſelt. Similia  
duo habet Cæsarius, quorum alterum Bonnæ accidit, apud Colo-  
niam Agrippinensem, alterum Prumiæ in Eſſiā Bonnæ cūm qui-  
dam filia suæ pudicitiaē timēs, illam in solario domus suæ, si quan-  
do exiret, includeret; Spiritus in forma adoleſcentis ad virginem  
ingressus, cum *illa rem habuit*. Aegerri-  
mè tulit illa se à Spiritu de-  
ceptam, tantumq; nō in furorē rapiebatur. Pater filiaē casum mise-  
ratus; vt in posterū à Spiritu molestatione libera esset ipsam aliò  
misiſit. Apparet mox Dæmon, vxorē suā repetit: & stomachabū-  
dus ita peccus parētis percussit, vt post sanguis vomitū tertius die exspi-  
rauerit. Prumiæ verò nō scæmina, sed vir Diaboli verſutias exper-  
tus est. Vernutamē iusta sua culpa. Sollicitauerat illè puellā, vt ad  
se intēpēta nocte, libidinis explendē causa, veniret. Venit non illa;  
sed in illius forma Spiritus Nequā, *sedum*, *con ubi* perficit. Prius  
illud Cæsarius cap. 8. postarius cap. 10. lib. 3. recenset. Addimus his,  
quod Sozomenus in Trip. lib. 8. cap. 1. refert de Apelle cremita, &  
fabro ferrario. Huic, cūm nocte quadam pristinum exerceret, ap-  
paruit

paruit Dæmō, sub *ymbra*, vt loquitur Sozomenus, *sive forma speciosa*  
*mulieris*, inuitans eundem ad *turpem libidinem*, nec non ad labefactā-  
dam corporis, & vitæ, quam diu coluerat, puritatem. Statim ille  
ferrū quod elaborabat, è fornace extrahens, in faciē eam percussit.  
Et Dæmō stridēs ac ingemiscens, procul aufugit. Fuit & Menippus  
Lycius annos natus 20. & quinq; in huius familiaritatem tñ hunc  
modū se insinuasse dicitur Spiritus sub forma mulieris. Pergebat  
quandòq; Menippus Corintho Cēchras solus. Et ecce phantasma  
quoddam illi occurrit, quod se in mulieris speciē conformauerat:  
atq; ex manu apprehendens Menippum, iam pridem, inquit, se illi  
us amore teneri captiuam. Eius blāditiis delinitus Menippus ves-  
peri ad *mulierē pergit*, ac deinceps frequenter, perinde ac ad suas deli-  
tias, donec tandem à Mago edoctus intellexit Lamia esse seu Spi-  
ritum Nequam. Rem pluribus prosequitur Rodoginus Cælius, lib.  
16. c. 4. Vide aliud huius rei exemplum capite 92. huius Disputat.

## CAP. XX.

*Quæ ratio & conditio Vocum, Sonorum, atque*  
*Tumultuum, qui auribus uiuentium percipiuntur,*  
*& à Spectris, siue Spiritibus, locis*  
*infestis excitantur.*

Non solum *quomodo* Voces, Clamores, Gemitus, Risus, Cā-  
tus, Strepitus, Tumultus, & quæcunq; sub auditus fen-  
sum cadunt, & à spiritibus infestis locis excitentur, hoc ca-  
pitem nobis explicandum erit: sed &, An hæc verè excitentur,  
& verè talia sint, qualia vulgi opinione putantur, definien-  
dum. Imò verò hoc prius constituendum; vt illud facilius do-  
cere valeamus.

Voces igitur, quæ audiuntur, si propriè loquamur, voces non  
sunt Vox, inquit Aristoteles, est *ictus aëris respiratione attracti*: qui qui-  
dem ab anima fit ea, quæ huius partibus collocatur, ad eam partem, quæ gur-  
gulio appellatur. Solorum animalium est Aristoteli, habere voces: &  
non quidem omnium; sed respirantium tantum: quorum etiam  
non quicunq; sonus Vox est; sed is tantum, qui per respirationem  
attractus, & qui animalis vel affectum, vel conceptum significat.  
Iam verò spiritus animalia non sunt. Nulla est in iis respiratione;  
nulla anima; nulla pars, quæ animæ motionem excipiat; nullus  
gurgulio.

Quòd si voces non sunt, quas Spiritus formant; nec veri erunt,  
quos

quos excitant, *Clamores*. Quid ita? Quia ea ratio Clamoris est, ut sine voce esse nullo modo queat. Neque enim aliud est Clamor, quam intensa vox: nec ullus Clamores aliis, quam viuentibus, tribuerit.

4. *Gemitus* affectuum, eorum, à quibus eduntur, sunt signa; quemadmodum & *Suspiria*: qui igitur affectibus carent, *Gemitus* edere nequeunt. Sed tamen non apud quoscuque affectus esse possunt, possunt & *Gemitus* esse. Eas etiam partes, quibus vox ad sui formationem indiget, requirunt; quibus cum Spiritus careant; possunt quidem videri *Gemitus* edere, sed reuera non edent.
5. *Risus* eadem est ratio. Omnis qui à Spiritibus fit, simulatus est, specie sui fallit. Sed & *Risus* ridendi potentiam sequitur, quam Philosophi contendunt effectum quendam rationalis esse animalis. Quis verò Spiritus animalia rationalia dixerit?
6. *Cantus*, *Concentus*, & *Melodia*, qua Aquilonares Spiritus nocturnos viatores, armentorumque & gregum custodes recreant; à sono, qui fistulis, organis, aliisque musicis instrumentis excitatur, non differt. Quemadmodum igitur huc sonum propriè Cantum non dixeris; ita neque Melodiam atque Concentum, cuius Spiritus sunt authores. Sonus tantum est, & præter sonum nihil. Quid quod Cantus vocis quædam sit modulatio? Quomodo igitur cantare Spiritibus conueniet, quibus vox negatur?
7. Hinc est, quod Spiritus in voce, clamore, gemitu, risu, cantu formandis, *nullis organis*, quemadmodum homines atque animalia, quæ voces formant, opus habeant. Non indigent ore; non lingua; non palato; non labijs; non dentibus; quæ in articulata magis voce requiruntur. Non pulmone arteria, siue gutture, corde, gurgulione, cum viginti suis musculis; quæ ad alias, non ita articulas, necessaria sunt.
8. Sed & plerunque cum voces simulant, *nihil horum* possident Spiritus: ut illi in primis, qui clam & secreto, voces fingunt. Cur assumerent, quod ad nullos usus ipsi seruire debet? Possunt simulare voces absque villo prædictorum instrumentorum auxilio; quemadmodum & simulant, ut plurimum.
9. Quando verò apparent Spiritus, ut se viuentium oculis obijciunt; his quidem instrumentis, ore, lingua, faucibus, dentibus & instructi aliquando (*non enim semper*) sunt; nam quod his, ad voces formandas opus habeant, sed quod non ita, sine his, commode, propositos sibi fines assequuntur.

Cæte.

Cæterum, quamuis omnia iam dicta *specietenus* talia sint, ita qualia vulgò iudicantur; *Soni* tamen reuera esse possunt. Nonne quandoque aures audientium percelluntur? Nonne audiendo molestiam aliquando patiuntur? Et hoc forsitan sine vero sono?

Quocirca & ipsi infestantes atque molestantes Spiritus; licet verè *voces* edere nequeant; quemadmodum demonstratum est, veros tamen possunt edere, eduntque *sonos*. Non tot ad *sonum*; quot ad *vocem* sunt necessaria. multò paucioribus indiget *sonus*. Et à non viuentibus veri possunt excitari; excitanturque *soni*, quamuis non verè *voces*.

Hinc est, ut translata significatio verborum non sit, quæ Spiritibus tribuuntur, & præter sonum nihil in se includunt: translata sit, si Spiritibus tribuantur, quæ in genere sunt vocum. Prioris generis sunt strepitus, tumultus, & his similia: posterioris clamor, risus, gemitus, illachrymationes, &c.

Dum tamen *sonos* excitant Spiritus, non vnum aliquid illorum sunt, quæ ad sonos formandos sunt necessaria. Tria illa sunt. corpus percussus: corpus percussum: & medium, in quo sonus recipitur. Nihil horum sunt Spiritus. Veruntamen quia possunt percussoria corpora, percussis ad mouere: inter quæ interceptus aër ruptus & fractus sonos format; ipsi *sonos edere* dicuntur.

Sonos igitur veros edunt Spiritus, dum loquuntur, clamant, gemunt, illachrymantur, rident, tumultuantur, strepitus excitant. An verò *semper*? An *aliquando*? An, ut *plurimum*, vel *rarius*? Tria quæruntur. Respondetur ad singula.

Non *semper* edunt. Argumento illud est, quod accidat, ut in multorum præsentia quidam nonnunquam sint, qui tumultus, strepitusque Spirituum se audire credant, & constanter asserant; cum interim cæteri præsentibus percipiant nihil.

Scio & hic *veros quandoque* esse sonos, qui ab his audiuntur, ab illis non audiuntur. Quemadmodum organum visus atque tactus; gustus atque olfactus; ne suo officio fungantur, impedire possunt *Dæmones*; ita possunt auditus: & dum in his impediunt, in illis suis ipsis functiones permittere possunt: sed tamen, ut hoc fieri potest; ita & illud: ut prorsus auditui illudatur, & nullus verus ad ipsum sonus perueniat, quamuis interim sibi quis, quod veros sonos audiat, persuadeat. Si fallere possunt, ut quis videre se credat, cum videat reuera extra se nihil: non poterunt fallere, ut credat, quis se audire sonos, quos reuera non audit? Non igitur

L

*semper*

semper veros sonos edunt.

17. Aliquando tamen edunt. Pro hoc posset nobis communis omnium sensus atque consensus seruire; qui quod veros sonos, tumultus, strepitus audiant, omnino sibi persuadent, nec ut contrarium sentiant, induci possunt: sed tamen pro eodem duplex ratio militat. Altera est, quod quandoque auditus organum grauius in horum sonorum perceptione lædatur: altera, quod ab omnibus, qui aliquo communi loco circumferuntur, percipiuntur, quamuis etiam ex omnibus illis vnus aliquis sit, quem Spiritus percipiuntur.
18. Sed & vt plurimum, veros sonos excitari dixerim: tum quod in hoc negotio difficultatem magnam Spiritus non habeant: tum quod qui audiuntur tumultus, ab omnibus, vt plurimum, percipiuntur: quemadmodum exempla, primo Capite allata, docent; & confirmat quotidiana experientia.
19. Interim, quamuis veri soni audiantur, & excitentur: non tamen credendum est, semper *ijs corporibus* excitari, quibus excitari videtur. sæpe disiecta putatur supplex, quando illa prorsus mansit immota. Sæpe excitatus malleus sonus, quando nullus in domo malleus. Sæpe armorum collisione iudicatur fieri tumultus, quando nulla arma, sed armorum tantum inanes formæ.
20. Hic plurimum Spiritibus seruit *aër*. hunc illi concitant: huius varia collisione, constrictione, disrptione, allisione, & vt ita dicam, inundatione; nunc rugitum leonum simulant, nunc mugitum taurorum, nunc serpentum sibilum, nunc porcorum grunitum, &c.
21. Quocirca *aër* hic non tantum *mediū* est, per quod sonus ad aures deferretur: sed nunc quoque *percutientis* corporis, nunc *percussis* subit rationem. *Percutientis* quidem, dum percussum aliud pulso à Spiritibus *aeri* resistit; *percussis* verò; dum aliquod solidius in illum facit impressionem.
22. Atque ita quidem sonos formant Spiritus, dum à collisis corporibus illi excitantur, & verè veri audiuntur. Sed tamen, quemadmodum diximus, non verus semper, realisq; sonus est, qui percipitur: Vt visum, ita *auditum illudi* contingit. Nunquid non qui phrenesi laborant, non solum se mira videre; sed & mira audire existimant? cum tamè nihil sit, quod vel extra ipsorum sit visum, vel extra auditum? Et nos, cum, somno capti, dormimus, quoties somniantes respondemus iis, quos in somnis, tanquam interrogantes

res, & nobis loquentes imaginamur? & tamen hi: nulla aut vnus, aut sonus ad nostras aures pertingit.

Varijs igitur, & non vno, modis contingit audiri Spiritus. Vnus est, in quo viuentibus non illuditur: quis & verus sonus est qui ad aures deferretur; & verè ab iis corporibus excitatur, à quibus excitari creditur. Alij sunt, quibus viuentibus illuditur: qui & ipsi varij sunt.

Contingit primò viuentibus illudi non quidem obiecto auditus (sono inquam) quasi reuera, is non sit, qui ad aures deferretur: sed soni *authore* & causa: dū malleis, vel gladiis, vel suppellectile iudicatur excitari, qui non nisi concusso aere excitatus est. Secundo illudi contingit, quando iudicatur *extra* hominem factus, qui in homine prope, vel in miringæ excitatur. Quemadmodum enim in externo aere sonos possunt efficere Spiritus, qui ad hominum aures deferuntur: ita possunt in ipsa aure: qui tamen ab audientibus illum, *extra* aurem factus credatur. Et his duobus modis, quemadmodum & primo, *verus realisq; sonus* percipitur semper.

Aliquando nullus *realis* sonus est, qui percipitur: percipi tamen iudicatur. quemadmodum in phreneticis, & dormientibus accidere diximus. Atque hoc *dupliciter* accidit, deriuatione specierum soni ad organum sensus; & imaginatione. Hic solius imaginationis est operatio: vbi aliqua auditus. Sed hæc alterius loci. Nosstra prosequamur.

## CAP. XXI.

Quæ ratio & conditio formarum, quæ in oculos incurrunt: quibus se viuentibus Spiritus & Spectra exhibent.



Vem in iis, quæ auditui obiecta sunt, ordinem seruauimus, idem in rebus visis seruandus est. Principio de visarum rerum conditione; tum deinde de modis, quibus Spiritus, & Spectra conspiciuntur, agendum est.

In priori illotria quærentur. Primò, Vtrum reuera hoc sint, quod videntur Spectra. Secundò, si reuera hoc non sunt, An quomodo ita videntur, sint saltem res animata. Tertiò, An si animata non sint, reuera saltem sint corpora.

Quia verò præcipuè tribus formis diuersis se Spectra exhibent viuentium conspectui; humana, scilicet, brutorum, & monstrorum: *primum* illud trium explicationem postulat: quæ sunt, 1. An veri sint homines, qui videntur humana forma. 2. An vera bruta, quæ brutorum conspiciuntur specie. 3. An vera monstra, dum monstrorum occurrunt formæ.

Homines non sunt, qui forma humana videtur: Spiritus: quacumq; etiam se forma simulent; tristi, læta, amica, horrida; graui, leui. Id in humanis Spiritibus certum est; propterea quòd defunctos illi referant; qui ad vitam non nisi grauissimo miraculo (quod hinc nullum est) reuocari possunt. In Diabolis verò multò est manifestius; cum & illorum proprium sit hominibus illudere: & vires ipsorum tantæ non sint, vt vel hominem producant nouum; vel à morte ad vitam reuocent defunctum.

Bruta quæ conspiciuntur, saepe specie sui fallunt; aliquando etiam hoc sunt quod videntur: atque tum, vel, opera Spirituum, de nouo producta sunt; vel aliunde adducta fallunt plerumq; illa, quæ in tempesta nocte conspiciuntur; aut, si aliis temporibus, vsu diuturnum non habent; mox quæ euanescent; quali acunque illa sint: siue perfectorum, siue imperfectorum animalium formas referant. opera Spirituum aliquando illa producantur; quæ animalia imperfecta, siue incisa vocantur. Quando perfecta conspiciuntur, & vera sunt; non à Spiritibus facta sunt, sed aliunde adducta. Postremi huius generis (nam de cæteris constat) vnum producit B. Hieronymus in vita Hilarionis: Ad Hilarionem quoq; inquit, animalia quotidie perire aliebantur; in quibus Bactrum Camelum enormis magnitudinis, qui iam multos obtriuerat; triginta & ed amplius viri solidissimis funibus ligatum cum clamore adduxerunt: Sanguinei erant oculi, spumabat os, volubilis lingua turgebat; & super omnem terrorem rugitus personabat: immanis Iussu igitur eum dimittit Senex; Statim verò, & qui adduxerant, & qui cū senex erant; vsq; ad vnum omnes diffugere. Porro ille solus perrexit obuiam & sermone Syro: Non me; inquit, terret Diabolus tanta mole corporis; & in vulpecula, & in Camelo vnus atq; idem es: Et interim perrepta s'abat manus: Ad quem dum furens; & quasi eum deuoratur a bellua peruisset, statim corruit: summissumq; caput terra coarctauit: mirantibus cunctis; qui aderant, post tantam ferociam, tantam subito mansuetudinem. Docebat autem Senex, hominum causa Diabolum etiam iumenta corrigere; & tanto eorum ardere odio; vt non solum ipsos, sed ea, quæ ipsorum essent, cuperet interire. Hæc tenus B. Hieronymus.

Monstra si quando videntur, prope modum semper opera Spirituum sunt:

In

In genere animalium nullum nouimus, quale B. Hieronymus refert hominem equo mixtum; & aliud, fronte cornibus aspera, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Quod si quidam, cum Plinio lib. 7. c. 2. Satyros subsolanis Indorum montibus, tum quadrupes, tum rediourrentes; humana effigie, admiserunt; nobis in hoc arguimèto contrarij non sunt: quoniam hi ipsi Dæmonem prodent; vt per quos humanum sermonem sensumq; mentitur, & humanam; aut etiam plusquam humanam vim atq; sapientiã ostentat.

Igitur si reuera nec homines sunt; nec bruta, nec monstra, quæ conspiciuntur; profectò errat, qui in his ipsorum operationes, quæcumq; tandem illæ sint, posuerint: aut operationum principia & organa: aut quicquam, quod illa pro conditionis suæ ratione postulare potest.

An saltem sunt res viuentes & animata? Nec hoc sunt: Atque hoc secundo loco explicandum erat: Quomodo enim viuentes res dicemus, quæ neque in hominum sunt genere, neque in vllò brutorum animalium? Vnum genus formarum, quibus terrent & molesti sunt Spiritus in numero viuētium posuero: illud scilicet, quod imperfecta animalia, quæ opera Dæmonum fieri possunt, repræsentat: præter hoc vix aliud!

Interim tamen, quod tertio loco dicendum est, corpora perfecta sunt, quæ videntur Spectra; sub quibuscunque etiam figuris videntur. Vera corpora sunt homines, qui conspiciuntur. Vera corpora, bruta animalia. Vera corpora, monstra:

Triplex autem generis hæc corpora sunt. Aliquando quidem vera & viua ipsorum; quæ videntur; quemadmodum illa imperfectorum animalium, quæ diximus: & perfectorum aliunde allatorum. Aliquãdo vera quidem, sed non viua; vt si hominis defuncti ex patibulo corpus circumferant: Aliquando nec vera; nec viua; vt si aliquod ex aere forment, quod vel hominis, vel alicuius animalis externam formam simulet:

Perspicè diximus corpora esse, quæ conspiciuntur. Non enim semper sunt. Accidit nõ raro, vt corpora esse iudicentur, quæ oculis obiciuntur; corpora autem reuera non sint. Quemadmodum auditum fallunt; ita possunt fallere & fallunt visum Spiritus.

Ex dictis inferimus, quatuor modis Spectra oculis viuentium obici. Primus est in veris animalibus. Secundus, in animalium tantum corporibus. Tertius, in animalium tantum externis formis; non verò animalium corporibus, licet veris corporibus. Quartus, in animalium tantum formis, absq; vllis vel alijs, vel animalium corporibus:

L. 31

Quibus

13. *Quibus verò modis hac omnia Spiritus efficiant? Hoc, quia ex dictis haud difficile est conicere, breuiffimè nunc, non tam explicandum, quàm indicandum. Vera igitur animalia, si aliunde ad suum vsum assumant Spiritus; re externa non indigent. præstant ipsi hac virtute, vt corpora possint de locis ad loca transferre. si producant; rerum externarum operam requirunt; earum scilicet, in quibus virtus, qua animalia producuntur, quasi lateat.*

14. *Dum hominum, animaliumq; corpora exhibent, non plus negotij habent, quàm dum viua corpora de loco transferunt ad locum: immo minus; propterea, quod hinc defuncturum corpora, quæ resistere non possunt; vbi viua animalia, quæ resistere quodam modo possunt, transferant.*

15. *Quod animalium formas in alieno corpore exhibent; ibi animalium nihil est, præter externam formam, ad quam aerem, quo, vt plurimum, vtuntur, aptant. Quemadmodum verò corpus hoc aereum facile dissoluitur; ita externa forma in aere effusa, euanescit facillimè.*

16. *Quartus modus, quo visui maximè illuditur, varius est: prout varia sunt, quæ a visu concurrunt: obiectum, medium potentia. Et nunc quidem obiectum aliter atque aliter afficiunt: nunc medium: nunc potentiam. Huic illud adiunxero, quo visus nihil afficitur; sed omnis occupatio est in imaginatione. & imaginatione perficitur: quamquam viuentes visum affici existiment. Hæc breuiffimè.*

## CAP. XXII.

*De ratione atq; modo, quo Spectra tangunt: vstionem & verbera viuentibus afferunt:*

*& necis causa existunt.*

17. *Quod tactu viuentes aliquando Spiritus percipiant, certum est. Superius, Cap. 19. id pluribus est probatum, & molestia, hominibus per Spiritus allata; quam, atsi quandoq; aliis præcipuè tamè tactus sensu perceperunt. Quing; autem, in modis superius recensitis, difficultatem habent, quæ hoc capite explicanda sunt. Primum est, Verum ipsi Spiritus v. tangendi valere, & verè tangere dicendi sint. Alterum, Cur frigida ferè percipiantur Spirituum, quæ tanguntur, corpora; aut certe non ita calida tertium, Quæ ratione vstionis, quam aliquando afferunt, sine causa. Quartum, Quomodo verbera & vulnera infligant, cum armis omni-*

nis omnibus videantur destituti. Quintum, Quomodo mortem atque necem procurent.

*Tangere Spectra dici posse, si quæstio est de tactu, quem Aristoteles Mathematicum vocat, omnino clarum est. Si quidem fieri potest, vt (in quo ratio huius tactus consistit) inter Spectra, atque aliud corpus nihil sit medium; & vtriusq; extrema simul existat. At si de tactu illo sermo sit, qui viuendum potestas est; & primarum præcipuè qualitatum est capax; nec tangere dici debent Spectra, nec virtute tangendi esse instructa: propterea, quod, principio talis tactus, anima scilicet informante, careant.*

*Quamuis autem verè non tangant, verè tamen à viuentibus tanguntur. Nam & virtute tangendi instructa sunt viuentia; & qualitatum tactibilium impressionem sentiunt, quandocunq; vel tangunt Spectra, vel tanguntur à Spectris.*

*Subfrigida verò, vt plurimum, percipiuntur corpora Spirituum, quæ tanguntur. id obseruant, tum illi, qui nocturnas molestias à Spiritibus sustinent: tum, qui cum iisdem nefarios congressus exercent. Nec mirum. Nam, vt plurimum, vel defunctorum, vel ex aere compactorum corporum mimisterio vtuntur: quæ & natura sunt frigida; & caloris, si alicuius, certè illius naturalis viuendum, capacia non sunt.*

*Vtuntur quandoque viui Spirituum tactu. Quomodo vero? An fortè igne illo, quo damnati torquentur, infernali? An alio aliquo corporibus assumptis ingenito? An quæ ipsi, sua vi, per se producant? An sublunari assumpto? An alio? Non infernali. Non quia illum secum ex inferno ad viuentes deferre non valent; sed quia, vt deferant, nulla necessitas cogit. Nec enim corpora, quæ circumferuntur, illo torquentur: & Spiritus extra infernum existentes, etiam illo infernali verè torquentur, quamuis inferni terminis ille maneat circumscriptus. Non corporibus assumptis ingenito. Nullus ipsis ingenitus est; quin potius omnem sua natura reiicere videntur. Non sublunari, quoniam huc, quod ex suo loco detrahant; & si bi apud nos feruire faciât, vix credi potest. Quo igitur? Aliquo à se producto. Et quomodo? Aliorum corporum, quæ ignem possunt et excitare, fouere, subsidio.*

*Sed tamen præter hunc, & alios duos vstionis modos, norunt; & fortè vsurpant. Vnus est, per candentes carbones, titiones, aliasque res, quæ ignem concipiunt, & fouere possunt; alter, per vrticas, & res, non formaliter, sed virtute calidas: quarum cum vires cognoscant;*

gnoscant, miris & occultis, sed tamen veris, modis, visionem efficiunt. Nec dubitabit veris, quamuis occultis, modis hæc fieri, qui meminerit rerum admirandarum, quarum mentionem facit Plinius lib. 2. cap. 103. & 107. flammæ inquam, quæ in Nymphæo exit è petra, pluuiisq; accenditur: fontis quoq; Iouis in Dodone, qui quamuis gelidus sit, si tamen, extinctæ ipsi faces adhibeantur, eas accendit, quemadmodum extinguit iniectas in se accensas. præterea fontis frigidi in Illyriis, super quem expansæ accenduntur vestes.

7. Verbera atq; vulnera tribus modis infligunt. Nunc per assumpta corpora: nunc subsidio concitati aëris: nunc neutro horum modorum; sed vi atq; sua potestate nuda. Prior modus difficultatem nullam habet. Quemadmodum nos fuste, hasta, gladio, similibusq; instrumentis, in vulneribus infligendis vitimur; ita Spiritus assumptorum corporum membris. Alter, qui opera concitati aëris fit, clarus est. Neq; enim quisquam ignorat plurimum posse concitata aërem, argumento sunt, vi ipsius disiectæ ædes, concitata maria, contractæ arbores; &c. Tertium confirmant vires Demonum, quæ in corpora tantæ sunt, vt illa disrumpere atq; distrahere in minimo negotio valeant.

8. Quibus modis vulnera infligunt & verbera, iisdem mortem consciscunt: propterea, quod inflicta vulnera & verbera via quædam sunt ad mortem; in qua cum longior progressus sit, tandem ad mortem peruenitur; & vita amittitur. His venenum adderem, quod dum viuentibus afflant, vita priuare possunt.

## CAP. XXIII.

Qui sunt veri & proprii auctores eorum, quæ in Spirituum infestationibus, atque molestiis percipiuntur, vel visu, vel auditu, vel tactu, vel quocumq; modo alio. Et ostenditur, quæ humanis Spiritibus tribui debeant, quæ neminem.

9. Molestias, quibus Spiritus viuentibus infesti esse solent ad tria capita reuocauimus, & alias visu, alias auditu, alias tactu percipi docuimus. Explicauimus singularum rationes: Post hæc ipsarum verus & genuinus auctor inquirendus est;

est; & discutiendum, sintne singuli Spiritus, qui molesti sunt, omnium molestiarum, quæ ipsis tribuuntur, per se auctores; an potius per alios aliquando fiant; his tamen vel illis tribuantur, quod vel horum vel illorum nomine, vel ipsis presentibus excitentur.

Et de Spiritibus humanis præcipua quæstio est, non de Dæmonibus. Hi enim cum plurimum valeant ingenio, scientia atque potentia; quascunque recensuimus molestias, per se, suisque viribus poterunt excitare, de quibus, Vtrum ab humanis Spiritibus afferri valeant, non sine multis, magnisque rationibus dubitatur.

Præterea enim ingenij acumine, atque perspicuitate Dæmoniorum Spiritus, plurimum superant humanos. Quamuis enim & hoc quidam mortales excellent, & quædam quasi naturæ monstra inter homines, visi sint; Dæmoniorum tamen quoscunque homines, tantum ingenij præstantia, quantum natura excedere videntur. Et natura quantum excedunt, vt nulla humana, eorum perfectionem attingat.

Deinde scientia Spirituum humanorum multò illorum inferior est. Illi & variam rerum habent experientiam; & multa in vastissimo orbe, à condito mundo, obseruarunt; & quod præcipuum est, rerum omnium species atque similitudina, quæ scientiarum quoddam quasi sunt seminarium, à Deo Optimo Maximo (cum primum conditi sunt) acceperunt; in quibus ob id quodocunque lubet, non minùs, quàm speculo, rerum naturas proprietatesque clarissime perspiciunt. Quid horum in Spiritibus humanis? Quàm parum in corporibus experti? Quàm pauca in mundo obseruarunt? Quarum rerum speciebus, nisi quas ex hisce inferioribus, quasi emendicauerunt; sunt instructi?

Sed etiam ingenij acumine abundarent Spiritus humani; & quibus Dæmones ornati sunt, pollerent scientiis; necdum tamen illos accederent; propterea, quod viribus, quæ hic etiam magnæ requiruntur, multò sint Dæmonibus inferiores. Comparatur homo feno, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur. Comparatur seni flori, quæ citò decidit. Esa. 40. At de Dæmonibus dicitur, quòd non sit potestas super terram, quæ eum eorum potestate, conferri comparariq; debet. at. 10. 41.

Et hæc quidem ex ipsorum Spirituum conditione rationes petite non immeritò dubium animum reddunt. Sed res, quæ cum molestiis coniunctæ difficultatem augent plurimum. Quam enim sunt varietate, magnæ, multiplices? stupendæ? humanam fidem prope modum superantes? obseruatur primum varius motus, deinde

produciuntur rerum diuersæ formæ, oculis quæ uiuentium obli-  
ciuntur: formantur corpora, & quidam diuersissima, pro ætatum,  
sexumque conditione; eademque de locis ad loca transferuntur:  
sunt varij soni; nunc graues, nunc leues; excitantur tumultus; au-  
diuntur voces: vis uiuentibus infertur: protruduntur, retrahun-  
tur; Nunc mors ipsis adfertur, nunc infliguntur vulnera. Denique  
sexcenta his similia notantur. Hæcne vniversa humanos Spiritus  
auctores habere credendum est?

7. Habere probant ipsi Spiritus, qui apparere dicuntur, hæcque  
hisque similia efficere. Non habere persuadet & rerum, quæ sunt,  
magnitudo; & Spirituum infirmitas. Nō in re difficili & ardua &  
dubia quantum ratione & coniectura assequi possumus, saluo me-  
lius sententiæ iudicio, docebimus: si prius vnū atque alterum, de  
quō dubium nullum est, posuerimus.

8. Primum est, *Omnia hæc non malè humanis Spiritibus tribui, quando,  
hisce Spiritibus presentibus, Angeli (boni an mali nō laboro, posterius  
hoc, c. sequenti explicabitur) hæc in persona humanorū Spirituū efficiūt:  
vt ob id nō malè dicamus, nos humanos Spiritus uidisse, quamuis  
quicquid uiderimus, opus fuerit Angelorum: & audiuisse huma-  
nos Spiritus, ab illisque molestiam passos; quamuis molestiarum  
authores fuerint Angeli. Nonne Imperatorem rectè se uidisse di-  
cet; qui chlamydem, quæ Imperatorem texit, uidit: Nonne à Rege  
dicitur supplicio affectus; qui à Regis ministris, qui Regis personā  
sustinebāt, supplicium tulit? Non mentiebatur, qui populo Iudeo-  
rum dicebat, Deut. 6. *Audi Israel: Ego sum Dominus Deus unus: & tamē  
non Deus loquebatur, sed Angelus, qui dicere poterat se esse Do-  
minum Deum, quia Domini Dei personam sustinebat.**

9. Alterum est, *Omnia illa opera, quæ recensuimus, etiam tunc rectè  
posse humanis Spiritibus tribui, quando ipsi autoprofopos presentes non sunt;  
sed tamen in ipsorum persona, ab Angelis sunt. Scripturæ mos est, vt re-  
rum Imagines iisdem nominibus insigniantur, quibus ipsemet res  
solent appellari. Cælestium potestatum imagines, quæ ex metallo  
formatæ super arcam Testamenti collocatæ erant, nomen Cheru-  
bin retinent. Exodi 25. Rex Pharaō, qui spicarum atque bouum ima-  
gines futuræ sterilitatis nuncias, uiderat dormiens, nihil se nisi spi-  
cas & boues uidisse testatus est, Genes. 41. Et Pincerna Pharaonis in  
carcere cum Ioseph existens uitem se in somnis uidisse dixit, in qua  
essēt tres propagines: & tamē nec uitē, nec propagines; sed rerū illarū  
imagines uidit. Ibidē. Et nos quoque cum pictā uideamus tabulam,  
eorū ipsam nominibus cōpellamus, quorū formas refert & species.*

Verun-

10. Veruntamen quamuis hæc ita sint; non tamen nullæ hi sunt  
Spirituū humanorum partes. Quamuis aliquando ipsi presentes  
non sint; non tamen semper sunt absentes. Quamuis non omnia per  
se faciunt; non tamen dicendum est facere omnino nihil. Aliquando  
præsentibus sunt in propria persona. Aliquando quædam efficiunt. Et  
quandoz etiam possunt, quæ tamen non faciunt.

11. Quando igitur sunt presentes his molestis humani Spiritus?  
Quid in his possunt? Quid faciūt, & per se mouentur? Quando sint  
autoprofopos presentes, nō semper clarum est. Vide, qua superius  
cap. 10. n. dicta. Non certò semper constat, quid per se ipsi t. faciūt.  
Quid uel possint, uel non possint sequentibus docemus Assertis.

12. Primum sit. *Possunt defunctorum hominum Spiritus propria uirtute  
ad alia atque alia loca transire, nec in hoc opus habent uito uel re.* Atque  
ita docet Toftatus in 25. Met. q. 772. Cur enim non possent? An ip-  
sis vis omnis se mouendi, postquam corpora deposuerunt ademp-  
ta est? Quis credat? Hisne locis, ubi corpora intereunt, semper ma-  
nent? quid absurdius dici potest?

13. Subsistentes quædam per se, naturæ sunt humani Spiritus,  
quando corpora relinquunt: ualentque perfecta et intelligendi  
& appetendi uirtute. quid si igitur tum locum quendam sibi con-  
uenientem apprehendant; & illic esse atque conuersari deside-  
rent; nonne eodem se suis uiribus promouere, nisi superioris au-  
thoritatis (quæ tamen uis naturæ ipsis saluum relinquit) prohibe-  
atur poterunt? Sic si præsentem, in quo degunt, sibi intelligant esse  
molestum & perniciosum, uolentque inde cedere; annon ualebunt?

14. Imperfectissima illa animalia aristoteli sunt, quæ ita locis af-  
fixa sunt, ut se mouere inde nequeant: & tamē inter hæc ipsa, nulla  
sunt, quæ non aliquouosque, uel aliquatenus se possint promouere:  
Et hominū Spiritus, qui inter naturas creatas post Spiritus cælestes  
principiè locū obtinent, omni se mouendi uirtute destituti erunt.

15. Valent uirtute se mouendi mentes illæ cælestes; & quidem  
maxima. Ita constanter cum Theologorum schola docent Philo-  
sophi, sed ad harum conditionem proximè accedunt Spiritus hu-  
mani, à corpore seiuncti, præstabunt igitur & ipsi eadem qua illi,  
mouendi uirtute.

16. Hinc est, ut animabus siue humanis Spiritibus duplex mouendi  
uis collata sit: altera, qua corpus, quod uergetant; altera, qua se mo-  
uent. Illam exercent, cum corporibus sunt in. Iuli: hæc dom à cor-  
poribus sunt expediti. Illam habent communem cum brutis ani-  
mantibus: hanc cum Spiritibus cælestibus, qui omnis concretionis  
quæ materia, sunt expertes.

37. Sed si se mouere possunt; quid est, quod anima Lazari, illius Euangelici, Lucæ 16. dicitur *ab Angelis deportata in sinum Abraham*? quid opus vectore Spiritui firmo atque robusto? absurda nimium est sententia quorundam, hinc colligentium, Animas corporibus exutas mouere se loco non posse; quod *ab Angelis*, quasi mortuum & ignauum onus dicantur *deportari*. Nec enim *portandi* verbum eam habet vim, vt significet onus gestare; sed pro *ducere* positum est; vt in illo psalmo 90. *In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidē pedem tuum*. Non enim significat Propheta Angelos manibus suis portaturos Christum; sed ita ducturos, quacumque incederet, & ita profecturos, vt non magis ad lapidem posset offendere, quam si manibus gestaretur. Eodem modo significatur animam Lazari portatam ab Angelis. Quocirca non magis, ex hoc loco, animas, quæ ex illo psalmo Christum moueri non posse, probari possunt. Non Angelorum ministerio Lazari anima indigebat. Honoris officium, quod ipsi debebatur, præstabant Angeli.

18. Idem beneficium *beatæ animabus*, quando ex hoc seculo emigrant; idem angeli præstant: quæ alioquin per se absque vlllo cœlestium Spirituum subsidio & sodalitia, mox ad cœlestia regna transuolare possent. Neque enim animæ hæc locum possunt ignorare, aut quò & quâ tendunt, beatę enim sunt; & quæ ad ipsarum conditionem pertinent, nõ runt perfectę.

Neque deest ipsis facultas mouendi: hoc iam demonstratum est. Et cum ipsos ardens cupiditas teneat, vt Christo sint presentes; summaque obedientia, vt sententiam, quæ pro ipsis lata est, cum corpora relinquerent, expediunt; subito se ad cœlos transferent. Vide Tostatum in 25. Matth. q. 777.

19. Et quamuis *purgandorum Spiritus*, non sine custode Angelo, ad supplicij locum descendant; non tamen ille vector, sed ductor ipsorum est. sciūt illi Spiritus, postquam e corpore egressi; quis ipsis locus destinatus sit. Et licet pœnas horreant, promptissimè tamen ad illas se offerunt: adeoque ad supplicij loca festinant, cum sciāt peccatis suis illas deberi, & iis persolutis aditum sibi ad cœlestia, sempiterna & immensa gaudia patere. Angelum verò ductorem atque socium habent; partim vt viam, quam ignorare possunt; demonstraret; partim vt solatium aliquod ab iisdem percipiant. Vide Tostatum in 25. Matth. q. 778.

20. Similiter *damnatis Spiritibus*, si quid est per se, diuinam sententiã exequi vellent, vectoribus nullis opus esset. vectores tamen (non tantum ductores) habent; & quidem Dæmones; (quamuis Hiero.

in 7. cap.

in 7. cap. Danieli & Ambrosii lib. 5. Epist. Epist. 21. bonos Angelos videantur asserere): tum quia locum supplicij sibi destinatum ignorant: tum quia supplicia; suppliciorumque locum, quæ ad eunda sunt, horrent & aduersantur; quemadmodum & Deum ipsum; cuius sententiam detestantur & blasphemant. vt ob id, nisi vis illis a Dæmonibus; quasi diuinæ iustitiæ ministris; fieret; atque ad inferos raperentur, loca inferni nequaquam per se peterent. Vide de his Dominicum Soto in fine Comm. in 4. Sententiarum, & Theodorum Peltanum de Purg & Sedib. Anim. & Tostatum in 25. Mat. q. 779. *Valent igitur vi mouendi defunctorum Spiritus*. Atque hoc primum est Assertorum nostrorum.

Secundum sit. *Possunt ydem defunctorum Spiritus propria virtute ad viuentes redire; quæuis, vt redeant, non semper permittatur*. Cum enim virtute se mouendi sint præditi, & loca mutare valeant; cur minus poterunt ad superos redire, quàm ad quæcūq; alia loca penetrare? Et cum bonum propositum ipsos ad loca petenda inuitet, poteritne hoc æquè apud superos inueniri, quàm quibuscunque locis aliis.

Veruntamen quod virtute naturali sibi cõgenita possunt, hoc non semper ipsis permittitur; & imprimis illis; de quibus nobis est sermo, molestantibus Spiritibus. Hi certis locis, pro ratione suorum meritorum; sunt deputati: ex quibus non nisi pro eius, qui supplicia decreuit, voluntate exire licet. Sed aliud est querere, quid culparum merito debeant, aliud quid viribus naturæ possint.

Tertium Assertum. *Defunctorum hominum Spiritus; rerum Species, per quas in viuentium oculos incurrunt et conspiciuntur, si ibidem veræ defint corpora, per se efficere nequeunt*. Explico quod obscurius dicitur. Duobus modis cõtingit, vt defunctorum Spiritus sub visus sensum veniant, nunc in nudis tantum, quæ sunt *speciebus*; nunc in veris corporibus, quæ species sui ad oculos transmittunt. De priori nobis sermo est; sed hic duplex est. Aliquando enim ipsæ *Species* non extra humanas sunt oculos, quemadmodum neque ipsæ, quæ videri videntur, res, aliquando in aere factę ad oculos transmittuntur. Neutro modo opera sunt humanorum Spirituum.

Quo enim dici debent? Dum nullum esse extra visus organum habent, ingenio magno, acriq; industria fiunt; & nunc quidem humorum varia multiplicique compositione, nunc phantasmatum cõmotione. quid autem hæc possunt humani Spiritus, quibus neque in humores; aut phantasmata potestas data; neque sciunt, quomodo vtraq; cõponi, misceriq; debeant, vt quas vellent *formas* exhibeant?

M 3

Ita



25. Ita cum in aere compacto atque composito formantur *Species* humanos Spiritus non habent auctores. Et hinc magna scientia, & excellens necessaria est potestas: quæ si non in omnibus, certè & pluribus, qui molesti sunt, Spiritibus, desideratur: ut taceam credi fortè posse in hoc genere non posse Spiritus hos à corporibus liberos, quod non potuerunt (quemadmodum hoc non potuerunt) corporibus coniuncti.

26. Quartum Assertum sit. *Nec his defunctorum Spiritibus auctoribus hominis Imaginatione* immediate perturbari, aut affici potest. Omnis quæ in *imaginationem* hominis impressio fit, rerum Speciebus & simulachris, tanquam quibusdam instrumentis, perficitur. Quocirca qui potestate has species producendi carent, in hominis *imaginationem* possunt nihil. At carent hac Spiritus defunctorum. Nec mirum quia etiam viui in *imaginationem* hominis potuerunt nihil *immediatè*, qui quid potuerunt, interueniente exteriorum sensuum ministerio perfectum est.

27. Hinc iam ad quintum Assertum descenditur; quo dicimus, *Molestias, quas in somno quidam patiuntur, ob simulachra atque idola variasq; formas, quæ phantasiam occupant humanos Spiritus auctores habere non posse.* Si vigilantibus has afferre nequeunt, poterunt dormientibus, & somno pressis? Somnus forsitan aliorum vel scientiam Spiritibus addit maiorem; vel vires robustiores?

28. *Corpora quoque propria virtute, vigilia sua assumere nequeunt hi molestantes humani Spiritus.* Hoc sextum sit eorum, quæ aliterimus. Ceterum nomine assumptionis, hoc loco, non illam unionem intelligimus qua Spiritus corpori tanquam mobili uniuntur, in eoque apparere & se exhibere affectant, sed compositionem atque aeris coagmentationem talem, quæ prorsus humanam formam, figuram referat. In priori illa admittenda difficiles non sumus. at posteriorè ob duas causas humanis Spiritibus suspicamus impossibilem. Prior est, quod non inter Philosophos, etiam excellentè dictos, conueniat, qua ratione assumptio illa perficiatur. posterior, quod vires humanarum Spirituum, dum corpora sua sustentant, huic negotio sint impares.

29. An fortè maiores sunt vires Spirituum separatorum, quam coniunctorum? Vires naturas sequuntur: quo illæ habent perfectius *Essentia*; sed integrioribus vegetioribusque vires, at esse Spirituum corpora informantium perfectius est eo, quod habent à corporibus separati: quemadmodum docet *Tostatus Abulensis*, in 25. *Matth.* quæst. 385.

Fortè

Fortè tunc sciunt, quod in corporibus constituti in hoc corporum & aeris coagmentatione ignorant. At vnde scire possunt illi, de quibus nostra est disputatio, damnati, vel nondum beati Spiritus? Ex se non intelligunt, vnde igitur? forsitan statim aliquis seipsum pædagogus, qui doceat, offert?

Et ut intelligant rationem, modumque componendi maxime: vires etiam habeant non inferiores abstracti à corporibus, quæ corporibus inclusi: necdum tamen tantum creduntur posse, ut corpora hæc forment; quod non pares, sed multò maiores vires hinc necessariae videntur, quam humanis Spiritibus à Deo Opt. Max. sint communicatae.

Porrò quemadmodum corpora hæc coagmentare atque condensare per se nequeunt humani Spiritus: ita neque ipsi sunt, qui formas atque figuras, sub quibus conspiciuntur à viuentibus, conferunt. Hoc 7. Assertorum. Eisdem auctores habent *figuras* atque formas; quos habent ipsa condensata corpora; propterea quod fines condensatorum corporum sint *figurae*, atque à condensatis corporibus re non differant.

Non igitur Spirituum humanorum opera sunt facies tristes, & macie confecta, aut vultus hilarior: non forma virilis aut foeminea: non species senioris aut adolescentioris. non intonsa & prolixior barba: non truces oculi; & quæcunque tandem ad formam spectare possunt. Quemadmodum vestis auctorem habet non illum, qui ipsa vititur; sed sartorem; ita formæ hæc non Spiritus, qui illas circumferunt; sed illum, qui corporum, in quibus formæ sunt, est compactor & fabricator.

Eadem ratione colores, qui in hisce corporibus conspiciuntur, his Spiritibus, tanquam auctoribus, tribui non debent. Hoc octauo assertum esto. An in formata iam corpora *colorem* per se valent inducere? Nec ipsi quidem hoc possunt (quamuis longè his excellentiores) Angeli: qui quotiescunque *colorem* rebus addunt, non per se, sed subsidio aliorum corporum addunt. *Colores* igitur, quoniam corpora sequuntur, eosdem cum corporibus habebunt auctores.

Interim tamen, quamuis corpora assumere *visua* non possint humani Spiritus; possunt tamen iam formata, & sibi quasi commodata, mouere & circumferre. Atque hoc nonum sit nostrorum Assertorum. Quid enim, cur minus possint, prohibet? si sua potuerunt, quæ olim fouebant; non poterunt his similia, quæ non fouent?

Et

36. Et formæ sunt corporum hi Spiritus: & corporum motores sunt. Hic quamuis formæ non sint; motores tamen sunt; quocirca & hæc mouere poterunt. Atque hæc pluribus docet Tostatus in 25. Matth. q. 773. quamuis contrarium docet S. Thomas in 1. part. q. 117. art. 4.

Veruntamen non quæcunque sibi commodata & tradita mouere possunt. Quid si mole ingentes excedant montes? quid si enormi magnitudine superent quæcunque humana; & nihilominus humanam retineant formam? Spirituum humanorum in assumptis corporibus non maior virtus est, atqui eorundem fuit in corporibus propriis. Quocirca si quæ corpora dissiapason humana excedant, humanorum Spirituum vi tantum illa non mouebuntur, sed etiam virtute aliqua superiore. Hoc decimum fit Assertorium, ex sententia Tostati Abul. in 25. Matth. q. 774.

37. Quod si verò assumpti a infra humanorum corporum sint quantitate; multo illa facilius mouebunt, quoniam facilior motus; vbi virtus agentis maior, & minor patiens. Si iustam humanorum staturam attingent, mouebunt: quamuis non æquè facile vt propria, quæ informantur aliquando; propterea quod maior sit vis Spirituum informantium & mouentium, quam mouentium tantum, & non informantium. Sic hoc vndecimum.

38. Præterea in hoc Spirituum corpora mouentium motu, non illa mouendi ratio seruetur, quæ in corporibus propriis. Hic ita mouent Spiritus, vt parte vna mota, eadem aliam impellant & moueant: vbi ita assumpta corpora mouent, vt tota simul pellant & promoueant. Hoc duodecimum.

39. Sed & hic corpora ita mouent, vt tamen non ipsi sint, qui eadem ne condant, atq; dissoluantur, conseruent, quod ibi præstant. Quemadmodum enim dum corpora informant, eadem virtute illa, qua informant, conseruant; ita hic quia corpora nec informant, nec formant; non ipsi sunt, qui conseruant; sed illi, qui eadem formant, Spiritus. Sic hoc decimum tertium.

40. Ceterum, quia corpora hæc Spiritus mouere possunt, idcirco quæcunque cum hoc motu coniuncta esse possunt, idem Spiritus præstare valent, eademq; ipsis Spiritibus authoribus rectè tribuntur. quod decimum quartum Assertorium loci volumus esse affectum. Neque hoc mirum. Corporibus histanquam instrumentis vtuntur Spiritus, quemadmodum ergo quæcunque per instrumenta fiunt, præcipuo agenti; ita quæ per horum corporum motum; ipsis Spiritibus, qui corpora mouent; tribuenda sunt.

41. Quæ verò hæc? Ad tria genera prima reuocantur omnia, quædam

quædam percipiuntur visu: quædam auditu: quædam tactu. Visu percipiuntur ipsa corpora, corporum quantitas, colores, figuræ atq; motus. Auditu strepitus, tumultus, clamores, gemitus, & his similia. Tactu impulsus, tractus, verbera, & quæ eiusdem sunt generis.

42. Possunt igitur visum mouere Spiritus humani. Quamuis enim ipsi colorem, figuramque, quæ visus obiecta sunt, non formant; secum tamen afferunt, & oculis viuientium ingerunt: & quia hæc species sui in sensibus relinquunt; hoc ipso Spiritus videri, rectissime dici possunt, visumque mouere.

43. Possunt excitare tumultus atque strepitus. Quia sua, quæ circumferunt, possunt aliis allidere corporibus; ita vt inter vtraque interceptus aer ruptus, pressusque strepitum reddat. Possunt & arreptis instrumentis, non minus atque fabri, alia corpora pulsare. Possunt aeris commotione in ipsis, quæ circumferunt, corporibus, sibilos, sonos, aliaque quæ auditum afficiunt, producere.

44. Et hæc possunt in sensu destituta corpora. Possunt quoque in illa, quæ sensu sunt prædita, vt ob id hic verè dici possit Spiritus hos sensus afficere: & nunc dolorem parere, nunc voluptatem afferre; non minus, quam viuientium adhuc corpora in viuentibus hæc efficiunt.

45. Discrimen nihilominus aliquod est inter tria hæc, quæ sensibus percipiuntur, & humanis authoribus per assumpta corpora fiunt, rerum genera. Nam quæ sub visu cadunt, semper ipsis Spiritibus possunt tribui, quæ auditu atque tactu non semper. Explico.

Quotiescunque oculis viuientium corpora sua Spiritus obiciunt, visum ipsi per se, absq; alterius Spiritus subsidio mouere dici possunt. At non quotiescunque audiuntur tumultus: non quotiescunque aliquid à similibus corporibus viuentes patiuntur, hæc in solos Spiritus humanos, qui in corporibus degunt, sunt referenda. Possunt esse tanti tumultus, vt humanas vires superent. Possunt esse molestiæ tam graues; & vis illata tanta, vt superiorum Spirituum operam, industriamque requirant. Sunt suæ certæ atque definite vires Spirituum in his corporibus: quæ ob id non quoscunq; sed sibi respondentes effectus producere valent. Vt cum verè hic omnia, quæ

possunt, re ipsa præstant, sequenti

ti Capite explicandum erit.

N

CAP.

## CAP. XXIII.

*Ostenditur quæ ex ijs rebus, quas in molestijs atq;  
infestationibus Spirituum, viuentes percipi-  
unt, Spiritibus Angelicis tribuenda  
sint, & non humanis: quamuis  
humani illarum videantur  
esse authores.*

**I**Nquisitum est, quid in molestijs, quæ per Spiritus viuentibus  
afferuntur, humanis Spiritibus tribui possit. Quia verò exiguum  
est illud, non abs re fuerit, si doceamus, *Quinam reliquarum,  
quæ afferuntur, molestiarum, sint authores.* Parum enim est scire qui  
ipsarum authores non sint, multum, nosse qui sint.

**2.** Et quidem si rationi consentanea sunt, & à vero non aliena,  
quæ superiori Capite sunt dicta, expedita hic est responsio. Conce-  
dendum enim est, *omniū, quæ ab humanis Spiritibus non efficiuntur, An-  
gelos (vtrum bonos vel malos, postmodum discutietur) authores  
esse.* Quid ita? quia de molestiis, quas Spiritus afferunt, tota Dispu-  
tatio est. Spirituū autem horum duo tantum sunt genera: sunt alij  
Angelici; alij humani. (de Deo hic nihil.) Quæ igitur ab humanis  
non fiunt, prorsus necesse est, fiant ab Angelicis.

**3.** Verum enim verò quia quædam hic difficultatem habent; res  
etiam digna est, quæ diligentius discutatur; opere pretium feceri-  
mus, si omnes molestandi modos, quos superiori Capite percurre-  
mus, hic relegamus, & in singulis non *quid possint, sed quid præstent*  
Spiritus Angelici, explicemus.

**4.** Nam si quid *possint* queratur, brevis responsio est: *Omnes omni-  
no molestandi rationes, quocumq; modo illa percipiantur, Angelos posse ha-  
bere authores.* Possunt Angeli sensus exteriores immutare. Possunt i-  
maginationem hominis variis simulachris imbueri, mirabilesque  
affectiones excitare. Possunt strepitus & tumultus edere. Possunt  
viuentes protrudere, impellere, retrahere. Possunt denique vulnera  
infligere, atq; ad eò mortem ipsam afferre.

**5.** Atque quemadmodum hæc in his tumultibus, locisque in-  
festis, *possunt*: ita multo plura *per se* simpliciter *possunt*. quæ quoniã  
fidem humanam quasi superant, hæc, quæ diximus, iis authoribus  
*ferri posse* dubium nemini esse debet. Et quæ illa, ad duo genera re-

uocari

uocari posse videntur omnia, quædam immediata ipsorum actio-  
ne fiunt, quædam interuenientibus causis naturalibus. quæ ibi fi-  
unt, fiunt per metum localem; quæ hic, virtute rerum naturalium  
præcipue. In vtroq; genere species multæ.

Motu locali *possunt primo* plurimum in elementa. Nam ignem  
ex superioris aeris parte possunt in hæc inferiora dimittere, atque  
incendia excitare. Iob 1. & inmittere ventos, qui etiam vassa diru-  
ant ædificia. Iob 1. & excitare tempestates in mari vel concitatis  
ventis, vel aquis maris turbatis: & terram magnis motibus concu-  
tere, aut immisione spirituum vehementium in cauernas terræ,  
vel cõcussione conclusi spiritus in iisdẽ. *Possunt deinde ex vno loco*  
in alium transferre, & homines, & animalia, & quæcunq; alia cor-  
pora. *Possunt tertio* res præsentis subito ex hominũ conspectibus  
subtrahere, atque ita inuisibiles reddere. *Possunt quarto* efficere, vt  
statuq; resq; aliæ anima destitute more hominum incedant. *Possunt*  
*efficere quinto*, vt eadem quemadmodum homines loquantur aut  
loqui videantur. *Possunt sexto* facere, vt animalia ita semoueant, ita  
agant, ac si ratione & consilio vterentur; quemadmodum serpens  
Aesculapij, quem diuinitatis quædam quasi signa dantem Roma-  
ni in Urbem aduexerunt, teste Valerio lib. 2. capite 8. *Possunt septimo*  
res certis locis ita sustinere, vt iis magna etiã vi adhibita, moueri  
nequeant. *Possunt 8.* subito globos igneos, ardentisque flammæ  
producere. *Possunt 9.* flumina sistere, & in contrarium impellere  
cursum. *Possunt 10.* corpora quorumcunq; animalium formare, eaq;  
induere. *Possunt 11.* representare varias quarumlibet rerum for-  
mas, auri, argenti, cupri, gemmarum, dapum &c. *Possunt 12.* concita-  
re & conturbare humores, vel spiritus, qui sunt in corpore huma-  
no; distrahere item partium compages atque connexiones, cum  
maximo hominum dolore. *Possunt 13.* spiritus animales, qui inte-  
riorum sensuum functionibus deseruiunt, ita mouere & confor-  
mare, vt res quasdam vel præteritas, vel præsentis, vel futuras re-  
presentent. Eisdem spiritus iam speciebus rerum exteriorum in-  
formatos possunt ad sensus exteriores deuoluere, atque ita miris  
modis hominibus illudere, vt sibi videre ante oculos videantur,  
quæ extra oculos non sunt. *Possunt 14.* dormientium phantasmata  
mouere, atque res varias, etiam futuras, representare; quemadmo-  
dum & in Diuinatoribus faciunt. *Possunt 15.* imponere sensibus ex-  
terioribus, vel intrinsecus spiritus animales commouendo, & vt  
diximus ad sensus exteriores deuoluendo; vel extrinsecus falsa

N 2

obiecta,

obiecta, & rerum tantum simulachra, non autem res ipsas offerendo. Possunt *16.* omnis generis affectiones in homine excitare, gaudij, doloris, amoris, odij, timoris, spei: &c. & hoc vel species & formas rerum obliuiscendo, quæ dictarum affectionum sunt causæ: vel interius nunc phantasiâ ad similes representandas mouendo; nunc humores, qui harum affectionum materia sunt concitando. Hæc omnia motu locali possunt Spiritus diuina.

7. Mira etiam possunt interuenientibus causis naturalibus iis, quas secundas dicimus: Sunt enim harum virtutes & vires multæ, magnæ, præclaræ, admirabiles, stupendæ: vt exemplis plurimis docent Plinius lib. secundo Naturalis historiae, capite nonagesimo sexto. Proclus libro de Sacrificio & Magia. S. Augustinus libro vigesimo primo de Ciuitate Dei, capite quarto & quinto. Albertus Magnus libro secundo Mineralium, Tract. 2. cap. 10. 11. 17. Fracastorius libro de Simpathia. Ficinus libro quarto de Theologia Platonis, apite primo. Cardanus de Subtilitate & Varietate rerum. Et norunt Spiritus, de quibus quæstio est, quæ virtutes quibus rebus infirmitatibus vbi locorum res lateant: norunt quibus cum rebus componi, misceri, quomodoque temperari debeant: norunt, quo tempore tempestiue, & oportune ad operandum adhiberi oporteat: hæc norunt omnia. & cum res maxima facilitate, celeritateque, quocumque libuerit, valeant transferre; miranda sunt, quæ harum adminiculo possunt: & miranda eo magis mortalibus; quod quomodo hæc fiant non intelligant, quamuis etiam naturaliter fiant.

8. Hæc possunt Spiritus. & possunt iis modis, quos recensuimus: vt norunt docti; & exemplis confirmat Benedictus Perierius, libro primo, de Magia, capite sexto. quidni igitur possent omnia, quæ locis infestis obseruantur? Verum, quoniam de potentia quæstio non est, sed de factis; quidnam ipsi Spiritus præstent, in his tumultibus; & quænam ipsorum hæc ita sint propriæ, functiones atque officia; vt Spiritibus humanis tribui non debeant, hoc discutiamus.

9. Huic igitur quæstioni hoc responsi datum sit. In molestis his atque infestationibus, duplicis generis res esse, quæ non humanos, sed Angelicos Spiritus habeant auctores. Quædam sunt, quæ ab humanis perfici

perfici nequeunt: quædam quamuis horum opera fieri possint, vt tamen fiant, non est verisimile. De prioribus, quod Angelos auctores habeant, non potest esse dubium, cum alios nequeant habere. De posterioribus, quod habeant, & Angelorum, & humanorum Spirituum conditio persuadere videntur. Vtræque variæ sunt, ostendimus in singulis generibus.

In priorum genere sunt primùm *prestigia atque illusiones sensuum*, quibus viuentibus imponitur, vt se percipere existiment, quæ reuera non percipiunt; sed vel in solis sunt sensibus externis; vel rerum solum sunt simulachra in ære effecta. Diximus superius ab humanis Spiritibus hæc fieri non posse. quod fit, vt quæ hac ratione, molestia affertur, ab Angelis afferatur.

Sunt deinde *impressiones in hominis imaginationem productæ*: veruntamen tales, quæ absque exterioris corporis (quod sensus externos primùm afficiat; deinde sui species ad phantasiâ transmittat) subsidio sint factæ. Nam quæ exteriorum sensuum adminiculo ab obiectis corporibus excitantur; ab humanis Spiritibus, dum corpora circumferunt, fieri possunt. At quæ hoc corporum subsidio destitutæ sunt, fiuntque humorum, Spirituum, specierumque, quæ in phantasia sedes suas habent, commotione; quia humanas vires excedunt, Angelos authores agnoscunt.

Sunt tertio *illusiones nocturna, quæ dormientibus somno, pressis accidunt*. Angelis etiam illæ tribuendæ sunt. Possunt hi in hominis phantasiâ se insinuare. Possunt æquæ dormientibus atque vigilantibus variâ idola obliuiscere. Et cum ad hæc quoque impares sint hominum Spiritus, authorem nihilominus postulent, Spiritus habebunt Angelos, à quibus producantur.

Quarto opera Angelorum sunt, *quæ formantur & circumferuntur corpora*. Huius quidem eadem, quæ priorum, ratio, sed tamen quam hæc bene, expediteque ab Angelis perficiantur docent Theologi, qui materiam corporalem ad nutum ipsis dicunt esse subiectam: vt & formare subito quæ velint, valeant corpora; & eadem mox, quando libet, possint deponere.

Et quemadmodum corpora formant hi Spiritus Angelici, ita ipsi sunt, qui ne formata concidant, impediunt, eademque conseruant; & quibus eorundem tandem dissolutio tribuenda est. Et prius illud propria aliqua, distinctaque ab ipsis actione efficiunt.

Hoc idcirco ipsis tribuitur; quæd ipsa desinant conseruare: patianturque in priorem, ex quo compacta sunt, aërem redire. Hoc quintum in molestiis hisce Angelorum opus.

15. Sic ipsis tribuenda figura atque forma, sub quibus humani spiritus concipiuntur. Sicuti corporum; ita formarum, quæ corpora sequuntur, sunt authores. Quamuis negari non debeat, quin easdem immutare quadam tenus valeant humani Spiritus, corporis, quod circumferunt, nuac contractione, nunc dilatatione, &c. Sit hoc sextum opus.

16. Tribui quoque debent Angelis colores, per quos in viuentium oculos incurrunt. Quid mirum? Non sunt effectus Spirituum humanorum: oportet igitur sint horum. Corporum etiam sequuntur compositionem; & pro materiæ, ex qua oriuntur, varia coactione; pro qualitate luminis, quod concipiunt, alij sunt, atque alij. At corpora componunt Angeli. Materiam alio atque alio modo cogunt Angeli. Colores igitur quoddam ipsorum sunt opus.

17. Octauo, Spiritibus Angelicis authoribus credi debet exhiberi & circumferri ingentia, vastaq; corpora, & que mole sua viuentes merito terrēt; quamcunque illa humanam formam referant. Communis quidem horum cum iam dictis est ratio; quod si milibus corporibus circumferendis vires humanæ non sufficiant: sed tamen ex causa reditus Spirituum idem facile docetur. Redeūt enim Spiritus hominum, vt cognoscantur. Conuenit igitur, vt non sub peregrina; & humanam formam excedente; sed v sitata, & hominibus familiari, & tali, quale olim habuerunt, conspiciantur.

18. Tumultus quoque aliquando ingentes audiuntur. audiuntur maximi strepitus; qui nonnunquam integros videntur concutere domos: Atque etiam ibi audiuntur, vbi constat molestos esse humanos Spiritus. Sed tamen non humanorum Spirituum hi sunt opera. Quemadmodum ingentia illa corpora; ita hos tumultus atq; strepitus Angeli excitant. Illorum vires non superant: hominum vires superant.

19. Decimo. In Angelos illa molestia tactiles referenda sunt, quæcumq; ab hominibus fieri non posse iudicantur. Quemadmodum in cæteris omnibus vires humanas certam regulam constituiimus humanarum molestiarum; ita easdem valere volumus ad molestias illas, non humanis; sed Angelicis Spiritibus tribuendas; quæ easdem vires excedunt. In harum ferè genere sunt incendia, euerfiones ædium, vftiones, sectiones, sine armis inflictæ vulnera, atq; his similia, quæ videri quidem possunt ab humanis Spiritibus fieri, reuera tamen sunt ab Angelis plerunq;

Dictis

29. Dictis vndecimum addo. Quid quandoque aliquibus inuisibiles in assumptis corporibus redduntur humani Spiritus; opus Angelorum agnosce oporteat. Et hoc aliquando fieri dubium non est. quia eodem loco existentes ab his videntur, ab aliis nequaquam. Quod verò Angelorum hoc opus sit, tam est certum; quàm quod humanorum Spirituum esse non possit.

Et quæ hætenus diximus, in illorum sunt genere, quæ idcirco Spiritibus Angelicis tribuuntur; quia per humanos fieri nequeunt. Alia sunt, quæ quæuis per humanos fieri possint; & humanas vires non excedant; ob iustas tamen causas, potius Angelis, quàm hominum Spiritibus tribui debere videntur.

22. In horum genere sunt graua damna, quæ viuentibus quandoque per Spiritus afferuntur, qualia sunt mors, confractio membrorum, & his similia. Hæc quamuis humanis Spiritibus authoribus fieri possint; ab Angelis tamen, & non humanis Spiritibus afferri credimus, ob rationes, quas capite 29. in secunda nostra Disputationis parte afferimus.

23. Ex dictis manifestum est, quid discriminis sit inter molestias, quas Angeli mali, atq; illas, quas humani Spiritus viuentibus afferunt, si ad molestiarum authores respiciamus. Possunt Angeli absque humanorum Spirituum opera molesti esse. non possunt Spiritus humani absque Angelorum. Quotiescunque molestiæ ab humanis Spiritibus afferuntur, aliqua opera Angelorum interuenit. At non quotiescunque molesti sunt Angeli: opera accedit Spirituum humanorum.

## CAP. XXV.

Quibus Angelis authoribus tribuenda sunt illa, quæ cum molestijs, quæ ab humanis Spiritibus afferuntur viuentibus, coniuncta sunt: bonisne an malis.

24. Duritia esse in infestationibus atque molestiis, quæ per humanos Spiritus afferuntur, & non his, sed Angelis authoribus sunt, ex duobus præcedentibus Capitibus certum est, & manifestum. Verum, quoniam Angeli duplices sunt; quidam mali, qui propter peccata sua, à Dei gratia exciderunt, & infernalibus poenis adiudicati sunt; quidam boni, qui in gratia perstiterunt, & vitam æternam, quæ iam felicissimam agunt, sibi

sibi promeruerunt; meritò quæritur, *Utròsnam veros auctores atque effectores molestiarum agnoscere debeamus*; bonosne, id est, beatos Spiritus; an malos, id est, Dæmones. Cui quæstioni præsentè Capite respondendum est.

Et quidem ab utrisque molestias omnes, qualescunque etiam illæ sint, omniæque, quæ ad molestias concurrunt, posse procurari, nemo ignorat. Cùm enim hæc tria necessaria sint, voluntas, ut velint; scientia, ut norint; potestas, ut valeant; hæcque omnia & singula, tam in bonis quam malis Angelis reperiantur; quid prohibet cur molestiæ hæc utrosque auctores habere possint.

Et de voluntate, quod velle possint, dubium non est. potest à Deo ipsis officium hoc imponi; voluntati autem eius quis resistet? Possunt & ipsi ultro hæc officia suscipere. Non enim ab ipsorum conditione sunt aliena. Denique hæcque, hisque similia utriusque non raro præstant apud viuentes.

Sic de scientia ipsorum res est extra controuersiam. Pollent scientia maxima utriusque ob rerum omnium sibi in principio mundi congenitas species, in quibus veluti in speculo quas, & quot, & quando volunt, res possunt perfectissimè intueri. Ad hanc cùm rerum multarum obseruatio, experientiaque accesserit; non potuit non magna incrementa rerum successu accipere.

Nec est dubium de potestate utrorumque. Natura corporalis, inquit Philosophi, ad omnem localem motum Angelis subiecta est. An bonis tantum? Etiam malis. Jam verò molestiæ hæc, & quæcunque cum ipsis sunt coniuncta, motu corporalis naturæ fiunt & perficiuntur omnia.

Obstat fortassis dictis, quod quidam ipsorum, à statu perfectiori, in quo conditi sunt, exciderunt? Non obstat. Non ob hoc vires ipsorum, quæ hic requiruntur, labefactatæ sunt: non sunt diminutæ. Natura tam in his integra, perfecta que permanfit; quàm in aliis, qui à statu suo non exciderunt, sed maioribus transnaturalibusque donis sunt cumulati.

Sic nec à bonorum Angelorum conditione officia hæc aliena sunt, quamuis enim hi in diuinæ maiestatis contemplatione sint toti; humanarum tamen rerum curam, cogitationesque, quas Deus Opt. max. illis commendauit, non deponunt; quin eò & diligentius & ardentius exequuntur sibi imposita officia; quod diuinæ beneuolentiæ in se sentiunt & obseruant argumenta clariora & maiora.

Et possunt boni Angeli etiam esse auctores molestiarum, quæ damnatorum hominum Spiritibus tribuuntur. Et possunt mali Angeli esse au-

esse auctores earum, quæ tribuuntur purgandis Spiritibus. Cur enim non possunt? An quod suis viribus possunt, id ne præstare valeant, prohibet conditio Spirituum humanorum? Non prohibet.

Possunt igitur utriusque omnium molestiarum, & quæ cum ipsis coniuncta sunt, esse auctores, siue à bonis, purgandisque Spiritibus afferantur; siue à malis damnatorum hominum Spiritibus. An etiam auctores sunt? Hoc maiorem habet difficultatem.

Quæstioni verò huic ita rectè responsum existimamus, si dicamus *Omnium, quæ malis damnatorum hominum Spiritibus tribuuntur, ab ipsis autem fieri nequeunt; non bonos, sed malos Angelos auctores esse Architectos esse. Præterea Omnium, quæ à purgandis Spiritibus fieri putantur, ne tamen ipsorum virtute fieri possunt, Angelis bonis, tanquam causis efficiendis ascribenda. Ut breuiter dici possit: Damnatorum Spirituum administratos in molestiis esse Dæmones: Purgandorum vero in iisdem administratos esse Angelos beatos. Vide Thom. 1. p. quæst. 89. a. 8. ad 2.*

Quod dicimus utrorumque conditio postulare videtur. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? quæ conuentio Christi ad Belial? qui consensus templo Dei cum idolis? Ita D. Paulus 2. Cor. 6. Et hæc docere possunt bonos Angelos non hic perditæ salutis Spiritibus seruire: sed eadem inuersa probabunt malos angelos non se ingerere in res, atque negotia purgandorum Spirituum. Quæ enim participatio iniquitati cum iustitia? quæ societas tenebrarum ad lucem? quæ conuentio Belial ad Christum? qui consensus idolis cum templo Dei?

Veruntamen, ut ad singulos Spiritus descendamus, dici non debet, damnatorum hominum administratos in his molestiis esse Angelos bonos. Ipsi ut communem hanc mortalemque vitam reliquerunt, mox ab Angelis bonis omnibus deseruntur; infernalibusque tortoribus perpetuò cruciandi traduntur. ut ob id horum, non illorum Angelorum, si qua in re opus habent, ministeria expectare debeant.

Sed odium atque crudelitas Dæmonum hoc clarius persuadet. Cùm enim incredibili odio erga miseros flagrant; quis credat, quod in ipsorum potestatem redactos, sibi que plenè subiectos, vel ad breuissimum tempus, vel ad latum vnguem deserant? quocirca non in inferno tantum infelicibus adsunt, sed eosdem, si quando ita Deo iubente redire coguntur, sequuntur ad viuos proficiscentes; eorumque prauos conatus, quibus possunt modis promouent.

24. Et quamvis inuiti uiuentium rebus interfint damnatorum hominum Spiritus; nunquam tamen ad sunt, quin uiuentibus male uelint, suosque reditus detrimenta illis adferre desiderant. Damnatorum uoluntas omnis iniusta est, inquit B. Greg. 18. Moral. cap. 1. Ad hæc uerò bonos Angelos opera suas losare quis credit? malos recusat, cui persuadebitur?

25. Pœna quædam damnatorum Spirituum hic reditus esse creditur. Quamuis enim extra infernū propter uagandi libidinem, esse percipiant: ut tamen uiuis appareant; uiuis ipsorum misera conditio innotescat, refugiunt. *Superbia eorum ascendit semper.* Iam uerò ad damnatorum hominum pœnas non boni Angeli; sed Demones concurrunt. His igitur non beatis Angelis, quæ in hoc molestandi genere obseruantur, tribuuntur.

26. Mox ab ipsorum morte, ut in hos Spiritus sententiâ iusti Iudicis fertur, miseri in Dæmonum ueniunt potestatem. Per Dæmones rapiuntur ad loca tormentorum. Per dæmones detinentur iisdem locis. Per Dæmones cruciantur. Per Dæmones educuntur (quando exire datur) ex inferno: Et solæ molestiæ, quas extra infernum mortalibus afferunt, quæque cum molestiis coniuncta sunt, bonos Angelos, & non Dæmones habebunt authores? Hoc de damnatorum hominum Spiritibus:

27. Porro ut Spirituum damnatorum hominum administri non sunt boni Angeli; ita mali siue Dæmones nihil eorum, quæ cum purgandorum Spirituum molestiis coniuncta sunt, efficiunt. Omnia hæc bonos Angelos habent authores. Melior rectè sentientium opinio est, purgandos hominum Spiritus à malis Angelis pati nihil. Si uerò lateri ipsorum adherent, dum rebus uiuentium interfunt, adeoq; propemodū omnia subministrant atq; efficiunt, quæ hic necessaria sunt; quomodo ab ipsis pati nihil, nulla molestia affici credi debet?

28. Viuentes quidem sequuntur Diaboli: uiuentibus molestiam pariunt: sed piè in Christo mortuos, quamuis etiam purgatoris pœnis expientur, prorsus deserunt. Ibi persequuntur; quia ruina iisdem se sperant posse afferre: hic deserunt; quia frustra sciunt laborem omnem suscipi contra animas, de salute sua securissimas.

29. Non ignorant Dæmones horum Spirituum conditionem. Non ignorant quas ob causas redire ad uiuos permittantur. Sciunt esse ascriptos numero ciuium cælestium. Sciunt reditum ipsis singulari Dei beneficio concedi; uicitiis à pœnis expediti; Deo perfruantur. In hanc rem opera suas conferrent Spiritus Nequam? Nequaquam.

Ita à

Ita à potestate Dæmonum Spiritus purgandi sunt exempti; ut neque defunctos corpore comitentur ad purgatoria loca: neq; in purgatoriis locis ullam iisdem molestiam afferat: sed nec adsint purgatorias pœnas sustinentibus. Hæc melior opinio. (Alij aliud. Vide fol. 1945. Bel. Tom. 1.) Et si quando ad superos, Dei benignitate redeunt, socios non hos, sed bonos Angelos habeant; quomodo igitur dici potest, ipsorum opera corpora formari, aliaq; effici, quæ in hac molestandi ratione sunt necessaria.

Singulari Dei beneuolentia, atque beneficio fit, quod hi Spiritus ad uiuos redeant. Negari quoque non potest reditum hunc rarum quoddam Dei esse opus. In hoc uerò vel necessariam esse Dæmonum operam, vel eadem Deum postulare dici potest, credi non debet.

Indignum est eos, qui de Diabolo triumpharunt, qui hæredes sunt regni Cælorum: qui bonorum Angelorum sunt conciuēs: qui tantum non sunt possessores bonorum supernorum; pendere à malignorum Spirituum auxilio: & quidem ea in re, unde tantam ad bonos Spiritus, quam ad uiuentes homines ueniunt emolumenta.

Dum homines uiuerent, opera Dæmonum nec poterunt, nec debuerunt uti, nisi grauem Dei uoluisent incurere offensam. Res omnium sententiâ clara est. Defuncti iam, & poterunt, & debent? Non debent. non poterunt.

*Finis primæ partis de infestis locis.*

O 2

DE



DE LOCIS  
INFESTIS ALTERA  
DISPUTATIONIS PARS:  
IN QVA

ARGUMENTA ATQVE IUDICIA,  
Vnde molestantium Spirituum conditio cognoscitur,  
aperiuntur & discutuntur.

ISAGOGÉ IN ALTERAM DISPUTATIONIS partem, de Locis Infestis.

**A**ltera Disputationis pars in peruestiganda distinctione Spirituum, qui molestant, versatur. Cum enim propositum nobis sit modos, quibus ab infestantibus Spiritibus loca purgētur, prescribere: et non eadem ratione omnes Spiritus abigantur, quemadmodū nec una omnium Spirituum est conditio: omnino Spiritus ipsi prius cognoscēdi sunt, atq; distinguendi, ad quod haec Secunda Disputationis pars seruit.

Non tamen omnium Spirituum, qui apparent, distinctiones hic inquirimus: illos solum, qui molestant, cupimus cognoscere: quia de his solis, non de omnibus, nostra Disputatio est. Alibi quoque de aliorum distinctione tractatum est.

Quoniam autem molestantes Spiritus duplicis sunt generis, humani & Dæmoniici: prima nostra occupatio erit, ut quibus rationibus humani à Dæmoniicis distinguantur, aperiamus: tum deinde, quia  
humanū

humani quoq; duplicis generis sunt, secundo inquirendum discrimen, quo hi ab illis discernuntur, damnati, videlicet, à purgandis.

Porro distinctio humanorum Spirituum à Dæmonibus, vel à forma peti potest, qua conspiciuntur: vel à strepitu & tumultu, qui excitatur: vel ab oratione, quam ad viuos habent: vel à malis, quæ afferunt: vel ab officijs, quæ præstant: vel à locis, ubi degunt: vel à tēpore, quando grassantur: vel ex ingenio mortalium, qui Spiritus persequentes sustinēt: vel ex conditione persequentium Spirituum. Nos in singulis, quid verisimile iudicemus, docebimus.

DE NOTIS, QVAE DAEMONVM SPIRITUS ab humanis distinguunt.

CAP. XXVI.

An, & quæ forma distinguat humanos Spiritus à Dæmoniicis.

**F**orma rationem magni faciendam esse indiscernēdis atq; distinguendis Spiritibus plerique sentiunt: quorum ut iudicium temerarium non est, ita leuis animi illud, citra omnem tergiversationem, admittere. Nos duobus aut tribus assertis, veritatem concludi existimamus. Primum est, formas quasdam esse omnibus Spiritibus communes; ex quibus proinde certum inter Spiritus, discrimen peti nequit. Alterum, quasdam Dæmones prodere. Tertium, quasdam probabiles cōiecturas de humanis Spiritibus facere.

Humana forma omnibus Spiritibus communis est. Illa se viuentium conspectui offerunt non defunctorum tantum hominum Spiritus; verum etiam Dæmoniici. Quot nos, superius, Spirituum molestantium exempla produximus sub humana forma; quorum tamē alij humani, alij Dæmoniici.

Facile forsitan, quis sibi persuaderi patietur, humanos esse Spiritus.



Spiritus, qui sub *humana* conspiciuntur forma: at non ita facillè, sub *humana* latitare Dæmones. At tam facillè est Dæmonibus *humanam* formam effingere, atque assumere, quàm aliam quamcunque. Nec hinc maior potestas: nec maior, quàm ibi, requiritur industria: nec cognitio maior.

Sub *humana forma* visi sunt plures. Primùm ille, quem Hildesheimenses Hutgen, à pileo, vocârunt; cuius superius capite meminimus. Deinde duo alii, quorum Alexander ab Alexandro meminit lib. 4. Genialium dierum cap. 19. quorum vnus ei se socium præbuit, qui dirum facinus in patrem commissurus, Romam proficiscebatur; alter Thomam quendam, religiosum, trans flumen portare paratus erat. de quibus cap. 30. de Dæmoniis. forsitan etiam is, qui Christum, in deserto, tentaturus accessit. Sed & sub *humana forma* sæpissimè sanctos homines sunt aggressi; & de arce sanctitatis eos deicere conati. Quidam sub specie genitoris accessit VVilhelmû Pictaorum Comitem, & sanctissimum eremii cultorem: vt in eiusdem vita refert Theobaldus, ca. 19. apud Suriû Tomo 1. Alius sub specie mariti miserabilis S. Melaniam: apud eundem Suriû, eodem Tomo. Tertius sub specie Monachi S. Dominicum: in eius vita lib. 3. cap. 12. Quartus sub specie mulieris S. Iustinam, quam Cyprianus aliquando deperit: quemadmodum in vtriusque vita scribit Metaphrastes. Et qui B. Vincentio molestus fuit, nunc referebat vastum *Aethiopem*; nunc venerabilem quendam, ætate grandem, *eremitam*, teste Petro Rauzanio, lib. 1. cap. 9. in vita eius. Qui verò Monachos tentaturus veniebat obuiam B. Benedicto, *medicus* videbatur; vt dicitur cap. 30. Vitæ ipsius à B. Gregorio descriptæ. Et nigellus *puer* visus est, qui molestus fuit S. Claræ: vt habetur ca. 13. in vita eiusdem. Et formosissimus *miles*, qui turpem consuetudinè habuit cum muliere, cuius mentio fit in vita B. Bernardi lib. 2. cap. 6. (Vide de hoc cap. 92. huius disputationis) Qui Abbatem Nachonem tentauit, *puella Aethiopiæ*, quam ipse olim nouerat, speciem induit, teste Palladio in historia SS. Patrum, Sect. 26. De S. Martino refert Sulpitius in vita eiusdem c. 24. quod eadem nunc in forma *Iouis* exhibuerit, nunc in forma *Mercurij*: per sæpe quoque simularit *Venerem* atq; *Minerua*. Et cùm parentes suos sanctus vir visitaturus, præterisset Mediolanum, eundem Spiritum sub *humana* effigie habuit obuiam, insultantique, quod semper ipsi esset aduersaturus, respondit Martinus: *Dominus in hi adutor, non timebo quid faciat mihi homo*. Hæc cap. 4. Sulpitius. Arque vt ex Gentilium historia etiam exemplum depromamus.

Sub

sub *humana*; & quidem grandioris mulieris sese exhibuit Curtio Raso. Rem totam his verbis refert Plinius, lib. 7. Epistolarum, Epist. 27. *Tenuis*, inquit, & *obscurus obtinenti Africam comes hæserat: in elinato die spatiebatur in porticu; offertur ei mulieris figura, humana grandior, pulchriorq; perterrita Africam se, futurorum prænunciam dixit. Iturum enim Romam, honoresq; gesturum, atque etiam cum summo imperio in eandem Prænunciam reuer surum, ibiq; moriturum. facta sunt omnia.* Ita Plinius. Nec Iudæis humana specie Diabolus defuit. Indutus aliquando formam Moyse, Iudæos accessit, & se ducem iis, in promissionis terram futuram pollicitus est. induxit persuasos ad mare transfretandum: sed plurimi ipsorum vndis inuoluti, suffocati sunt. Vide Sigebertum circa annum Christi 438. Omnibus addamus illum, qui anno Domini 1153. qui in Furnensi agro: pago Eggafridi inferioris Germaniæ, *Gerardum* Ducem Betaniæ se mentitus est, & diu multumque variis præstigiis hominibus illudit: qui tandem à Diacono quodam Rodolpho adiuratus, quod erat, immundum se spiritum esse, confessus est. Ita Iacobus Mayerus lib. 5. Annalium Flandriæ; anno 1153.

Quid, quod non humanam tantum formam effingant Spiritus hi Nequam; sed in *Angelos lucis* se quandoq; transferant? Hortatur quodam loco Corinthios (2. cap. 11.) Apostolus Paulus, vt sibi à falsis Prophetis caueant: & idcirco putat eos non posse nimium esse cautos; quod sint *operarij subdoli transfigurantes se in Apostolos Christi*. Nec hoc vult ipsis mirum videri; cùm etiam ipse Satanus transfiguret se in *Angelum lucis*. Et sub *Angeli* specie se exhibuit S. Elphego, Episcopo Cantuariensi: quemadmodum in vita eius scribit Osbertus, eiusdem Ecclesiæ Episcopus: Apud Suriû Tom. 2. B. item Osualdo VVigornienfi Episcopo: apud eundem Suriû, Tom. 5.

Sed nec Angelorum forma contenti; etiam *Christi simulant speciem atq; imaginem*. Cùm morti proximus esset sanctissimus Martinus, ea se specie ipsi exhibuit Dæmon; quæ *Christum* referret; & quæ nisi habitus versipellè prodidisset, fortè vir sanctus deceptus fuisset. Quocirca non deformitatem vultus, quæ nulla erat; sed peregrinum, & alienum, à Christo, habitum Dæmoni obiecit dicens: *Dominus Iesus Christus non purpuratum, aut diademate renitentem se venturum esse prædixit*. In eadem *Christi specie* se exhibuit sedundello (cuius in vita Friardi reclusi mentio fit apud Gregorium Turonensem, lib. de vita Patrum cap. 10.) atque vt etiam relinqueret;

auctores

auktor fuit. In eadem Valenti, eremi cultori; quemadmodum ad longum describit Palladius in Historia SS. Patrum, Sectio. 28.

7. Nec mirum est, *humanas formas vultusq;* Dæmones effingere: quoniam non ipsis tantum propositum est; vt viuentibus terrorem atque horrorem incutiant: etiam quærunt mortalium perniciem, atque animæ interitum; quem cum ficta *hominum* forma possint procurare; ita *humano* vultu quærunt, vt interimant; quemadmodum peregrinis formis, vt terreant. Hoc primum. Secundum sequitur.

8. *Quadam tamen forma & facies Dæmones produnt.* Quæ verò? Illæ omnes secundi, & tertij ordinis, quarum Theibus 11. & 12. Capitulis decimi noni mentionem fecimus, *brutorum, & monstrorum animalium.* Produnt, inquam, Dæmones; quia & Dæmonibus optimè conueniunt; &, vt sub his defunctorum hominum Spiritus prodeant, nulla cogit necessitas, nulla ratio probat.

9. Et quidem optimè Dæmonibus illæ conueniunt: siue fines attendamus, qui Dæmonibus sub his laruis propositi sunt; siue rationes diuinæ prouidentię, quæ etiam in hoc negotio non desideratur. Propositum est Dæmonibus terrorem incutere & molestare: annon hîc magis ferarum & brutorum horrendæ; quàm humana, per se amica, species seruit? Diuinę prouidentię ratio postulat; vt & conditionem suam intelligant Spiritus: quæ ob peccatum miserima est, atque à brutorum, monstrorumq; vix differt: & vt homines cognoscant, quàm à Dæmonibus sibi capendum sit, quorum exterior etiam & simulata forma, argumenta summæ crudelitatis præbet.

10. Vt sub his formis hominũ Spiritus prodeat, *nulla ratio cogit.* Nam illi, vel viuentiũ rebus interfunt, vt ipsorum subsidiis iuuentur, quod purgandis Spiritibus propositum est: vel vt diuinæ iustitiæ in se præbeant testimoniũ, & bene, cum sua ignominia, pœnas luant, quas malè viuendo contraxerunt: qui finis in damnatis spectatur. Vtrobiq; vt forma humana appareant, necesse est.

11. Quod si quandoque peregrinum quid, vel monstruosum in humanis Spiritibus obseruatur; tantum illud non crediderim; vt aliam speciem formamque tribuat; propterea, quod, vt diximus, semper hi Spiritus, vt cognoscantur, videantur apparere: cognosci verò nequeant, nisi humanam, & propriam propemodum referat. Hoc secundum.

12. Formæ igitur brutorum atque monstrorum produnt Spiritus Dæmoniorum. Et familiares hæ sunt Dæmonibus, id sequentibus

bus docemus. D. Basilii in Isaia cap. 2. refert illos sæpe hominibus petulanter insultare *felis, mustela, & canis se discerpant* specie. Aluarotus à Minues, Quieda, & qui Indorum occidentalium mores scriptis mandarunt, frequentissimos aiunt illis esse Dæmonũ occursum, modò *hac, modò alia animatis facie* se ostendèti. Andreas quidam Italus in *canis caci & rufi* specie secum ducebat Dæmonem, anno 1548. qui vniuscuiusque arcana aperiret, stupendaque alia ederet. ita Vesper. in Iustinũ. Cornelius Agrippa cacodæmonè *nigri canis* forma, quotidianum asseclam habuit, cui collare erat lorum magicis per clauorum emblemata notis inscriptum. hoc Iouius in Agrippæ Elogio. Sic Dæmones septem in Nicæa ciuitate inter sepulchra delitescabant sub forma *canis*, qui obuios quosque lacefferent, donec eos S. Andreas, rogantè populo, in solitudinem exegit; teste Abdia, in Hist. Apost. *Equorum* etiam species referunt. Commemorat Olaus Magnus lib. 3. Hist. Septent. cap. 19. Hodingum Danorium Regem, in suum regnum, quo nonnullorum factione fuerat eiectus, per immensa maris spacia ab Othini Dæmone in *equi* specie esse reductum. Seruit quoque hîc nobis Sagarum confessio. Illarum vna, teste Nicolao Remigio, lib. 1. cap. 7. de Dæmonolatria, retulit, cùm se Martinellus suus caphinam inuiseret, modò *avis* per fenestram inuolat, modò *leporis* aut *muris* circumcurrentis formam induisse. Alia asseruit sub *atri canis* specie à se itidem in carcere visum: alia obseruatum instar *canceri*: alia in carcerem illabi consueuisse per cancellos *felis* aut *pusille alicuius bestie* habitu. Hęc Remigius. Sed ad tertium.

Tertiò dicebamus *Quasdam formas probabiles coniecturas facere, quod hominum, non Dæmonum Spiritus sint, qui viuentibus adsint.* In harũ numero vel solam, vel certè præcipuam dixerò illam, quæ *ita humana est, vt peregrinum, & ab humana alienũ habeat nihil:* & nec vlla sui parte, nec peregrino colore, nec figura, nec habitu, nec gestuũ aut morum leuitate, nec mole, nec paruitate ab humana degeneret.

Hanc humani Spiritus indicem esse nullus dubitat. Quid tam humanum Spiritum repræsentare potest, quàm humana forma? & quidem talis, qualem cùm corpus agebat, & fouebat, Spiritus efficebat? Quod verò hæc non facile alium, quàm humanum, Spiritum repræsentet; inde coniectura accipitur; quod sub humana Dæmones vix conspiciantur, nisi etiam sui *aliquod* indicium, quadam humanæ formæ deformatione præbeant; ex qua illos, vt ex vngue Le nem, facile deprehendas.

Hinc est, quod qui vel Spectris territi, vel quouis modo à Spiritibus

114. Spiritibus tentati sunt; si præter humanam Speciem notassent nihil; non Dæmonum, sed hominum Spiritus crediderint, qui viderentur. Contrà, pro Dæmonibus habuerint; si humana Species vitium aliquod, vel parte sui, vel colore, vel habitu, vel nimia mole, vel exiguitate corporis referret. Non dubitavit esse hominis Spiritum Imperator Nero, qui matrem suam referebat, de quo r. cap. At Thomas Monachus, teste Alexandro ab Alexandro (lib. 4. Genialium dierum cap. 19.) quem se socium itineris hominem habere credebat, tandem deprehendit verum esse Dæmonem; non aliunde, nec prius; quam ubi pedes ipsius transitori vadum, *belua* non hominis pedes animaduertit.

16. Ex dictis sequitur *duobus modis* formam externam Dæmoniorum Spiritus prodere. Alter est, si sub *brutorum & monstrorum* figura conspiciantur Spectra. Alter, si sub humana; sed tali, quæ vitium quoddam habeat, & ab hominum visitata, quodam modo, degeneret.

17. Vitium porro multis modis in forma accidere potest. Aut partis alicuius additione; vt si caudatus sub humana forma appareat Spiritus; aut partis detractio; vt si sine capite, brachiis, vel alia notabili parte: aut figura; vt si pedibus referat leonem, auribus asinum; aut excessu quantitatis; vt si prodigiosa magnitudinis conspiciatur: aut quantitatis defectu; vt si infra omnem humanam appareat quantitatem: aut habitu; vt si peregrino prorsus, & cuius apud homines usus non est, videatur: aut motu corporis; vt si nimium gesticuletur, & incessus dissolutior sit, atque homini minimè conueniens, &c. Itaque dubium non erat, quin Dæmon esset, quem fratres quidem loquentem audiebant, sed tamen videre poterat nemo; Videbat autem S. Benedictus, *teterrimum* vt loquitur S. Gregorius, & *succensum*, & *qui in ipsum ore oculisque flammantibus*, sequi videbatur, quando S. vir in monte Cascini contriuit Idolum Apellinis, & eiusdem templum conuertit in Oratorium S. Martini. Historiam hanc pluribus verbis refert Cæsar Baronius Tomo 7. Annalium, circa annum Domini. 529. ex cap. 8. lib. 2. Dialogo. B. Gregorij.

18. Et vitiosa hominis forma: Dæmones frequenter Sagis se exhibent: Refert Nicolaus Remigius de Dæmonolatria, lib. 1. capite 7. plurima exempla earum, quæ omni exceptione maius huius rei testimonium dederunt. palam quæ confessæ sunt *facies* Martinellis suis fuisse *obscuras atrasque, lumina penitus abdita, & instar flammæ micantia: oris rictus sparsos, profundos, ac perpetuo olidi sulphurei*, aliquid astu-

antes

*antes: manus strigosas; & villis atque hamis deformes, pedes corneos bifidosque, staturam nunquam iustam; sed aut breuitate, aut vastitate semper aliqua insolentem; totamque adeo seriem exira modum.* Addidit alia Martinellus se quandoque vidisse *capite vel altero pede truncum, mutilum* quæ cum fortè saltationes nocturnas vna cum suis agitare. Hæc Remigius.

Atque ita de forma, quæ Dæmoniorum Spiritus prodit. His vnum addo ex iam dicto Remigio (lib. 1. ca. 23) inter omnes pecudum formas vnam *hirci* ipsis gratissimam esse, maximè tum, cum se obseruantia aliqua sagis colendos exhibent. Huius dat causam: quod forma hæc moribus ingenioque, ipsorum conueniat. Hircorum; inquit, præter ceteras pecudes nobilitatur *gæolentia*: nulla re tam certo suam Dæmon testatur præsentiam, quam odoris fæditate intolerabili. Hircorum *libidinosa obscenitas* etiam Prouerbio locum fecit: hoc vnam Dæmon præcipuè satagit, vt suos rebus venereis quam maximè deditos habeat; & ne desit occasio, ipse se quoties illis occurrit, in eam formam induit, quæ huic vsui sit accommodatissima. Hircorum in obuio quosque sæpe *profusa petulantia* est: nulla non obit, ac pererrat terrarum loca Dæmon, dum offendant, in quem impetum incursumque faciat. Hirci *saliua fructibus venenum* est, teste Varrone lib. 1. de Rustica, cap. 2. eiusque dentes *facis incritus* ab pestis præsentissima: Satane viperinus morsus est, afflictus lethalis & exitiosus. Hirci *obtusus trux & verox, frons cornibus aspera, barba promissa & inculta, villi temere pendentes, succincta crura, torus habitus corporis ad fæditatem comparatus*; & hæc Dæmoni conueniunt. Vide plura, si placet, apud Remigium.

## CAP. XXVII.

An, & qui strepitus humanos Spiritus à Dæmonibus distinguant.

1. Ltera ratio, qua Spiritus deprehenduntur, est strepitus & qui se in aures insinuat, sonus. Et quia eadem quandoque solet esse ratio veri distinctionis, quæ cognitionis, verum ex strepitu excitato, & simulatis clamoribus deprehendi valeat, qui Dæmoniorum sunt Spiritus, qui hominum, hoc capite explicandum est.

2. Diximus superius varios esse, qui à Spiritibus excitantur, sonos: verum *duobus generibus* comprehendi videntur omnes. Qui-

dam specie habent eorū, qui non nisi à *viuentibus* excitātur: vt fune vox, clamor, risus, gemitus: quidam *nudi* sunt *soni*, & rebus quoque vita destitutis conueniunt. An fortè priores illi humanos spiritus produunt, posteriores *Dæmones*? *Non hinc distinctio Spirituum* perfecta sumitur. *Dæmones*, vt nudos, siue non viuentium sonos; ita viuentium perfectè excitare possunt.

3. Rursus viuentium soni duplicis sunt generis: alij articulati; alij confusi, siue *non articulati*. Illi proprij sunt hominum; hi etiam brutorum animalium. An fortè ex illis spiritus deprehenditur humanus; ex his *Diabolicus*? Quidquid sit de his posterioribus; priores illi *non solis hominibus tribuendi sunt*: quocirca nec solos homines produunt. Est vox vera, articulataque homini conueniat: at vox non vera, quantumuis articulata, qualis hęc est, *dæmonibus* conuenire potest.

4. Fortè sonus articulatus talis, qui *conceptus mentis sit index*, si audiatur; ab humano tantum erit spiritu, humanumque spiritum probabit? *Nec hoc dici potest*. Qui possunt edere sonos, *Diabolici* spiritus; possunt & articulatos sonos: & eos, qui mentis atque conceptuum indices sunt, formare.

5. Est in sono alia differentia; qua alij *acuti*, alij *grauis* dicuntur. Vtrique excitantur à spiritibus: vtrique auribus viuentium hauriuntur. Verum quemadmodum iam dicti spiritus non produunt; ita neque hi. Possunt acuti & graues excitari à spiritibus humanis: possunt excitari à *dæmonibus*.

6. Præterea sunt quidam, qui grauer audientium *aures per strimum*: sunt alij, qui *suauiter afficiunt*. An fortè illi produunt crudeles, & truces *Dæmones*; hi, si non omnibus, saltem aliquibus defunctorum hominum spiritibus sunt proprij? *Nec hoc quidem*. Qui in Angelos lucis se transferunt Nequā spiritus; non possent Angelorum etiam linguis loqui, & aures demulcere.

7. Nicolaus Remigius lib. 1. de *Dæmonolatria* cap. 8. ex duplici voce videtur docere *dæmones* prodi. *obscura* atque *exilis* siue debili. Prius probat exemplis *Maleficarum* plurium; quæ *dæmonibus*, suis *Martinellis* confessæ sunt *vocem esse, qualem emittunt qui eos in doliū, aut testam rimosam insertum habent*; alterum testimonio *Hermolai Barbari*, qui teste *Petro Crinito*, li. 7. de honest. discipuli cap. 2. testatur à se auditam fuisse *vocem subsibilantis Dæmonis*, cum illè forte de *Aristotelis Entelechia* interrogatus, sibi & *Georgio Placentico* respondisset. Ad hęc accedit, quod *Psellus* li. de *dæmō.* docet *Dæmones* *dedita opera tenues & exiles voces* edere, vt eo-

rum

rum mendacia propter indistinctā illius obscuritatem minus deprehendatur. Et *Cennadius Patriarcha Constantinopolitanus* *vocem confusam inaudiuit* Spectri ad altare nocte stantis, cum ille id iurgabundus increpasset, vt *Cedrenus*, *Calistis*, & *Theodoretus* in additione ad *Zonaram*. Tom. 3. lib. 1. collectan. *Histo. Eccles. scriptis* suis testatum relinquerunt. *Affyriorum* etiam & *Chaldæorum* *λεχωνο μόντηα* hoc præstare solebat, vt *Dæmones* è pelui *stridula voce* & tenui sibilo verba ederent. Hęc & his similia dicto loco *Nicolaus Remigius*. Sed non hoc sine ab ipso sint dicta, quasi hac vocū differentia *Dæmoniorum* spiritus velit distingui ab aliis spiritibus. Omnibus spiritibus dictæ voces possunt conuenire. & vt dictæ conueniunt *Dæmonibus*, ita dictis contrarij possunt iisdem conuenire. Solum docet *Remigius* *Dæmones* dictas voces in assumptis corporibus edidisse.

Veruntamen, quamuis ex iam dictis spiritus humani à *Dæmonibus* non distinguantur; quidam tamen soni sunt & strepitus; qui solis *Dæmonibus* videntur conuenire: quidam, qui probabile indicium præbent humanorum spirituum: ex quibus proinde aliqua spirituum discretio, atque differentia peti potest.

8. *Duplices verò sunt, qui Dæmones habent auctores*. Principio illi, qui non nisi *bruta animantia* atque *horrenda monstra* referunt: dum deinde, qui *cum ingenti tumultu* sunt, & corporum magna agitatione atque motu.

9. Vtrique vix alios, quàm *Dæmones*, possunt habere auctores. Sed & solis *Dæmonibus* conuenientissimè tribuuntur. Priores quidem, quia non alia horum tumultuum, & sonorum, qui à spiritibus excitantur, ratio; quàm formarum peregrinarum, atque monstrorum. Quemadmodum igitur formis se visui obiciunt, & insinuant: ita brutorum animalium, & monstrorum effectis vocibus auditui. Posteriores verò, partim quia solum ob molestiam afferendam excitātur; quæ præcipuè in locis infestis ab infernalibus spiritibus quæritur; partim, quia sæpe humanis viribus fieri nequeunt.

10. Accedit quòd nulla ratio cogat, vt hos tumultus & brutorum animalium inconditos clamores humanis spiritibus tribuamus. Quibus enim tribuemus? *Purgandis*? At quod illis, dum ad nos redeunt, propositum est, non hos clamores exigit. An *damnatis*? At quāuis molesti esse cupiant; qui tamen diuinæ prouidentia ratio postulat, vt magis se prodant, quàm noceant; potius humanos, vt ita dicam, tumultus & sonos, quàm brutorum excitare dicendi sunt.

Atque

11. Atque hinc est, quod sancti viri præsentiam Dæmonum deprehenderint ex barritu, sibilo, rugitu, ululatu, grunitu, & his similibus brutorum animalium vocibus. Vide caput 19. præsentis Disputationis. Hoc etiam modo se prodidit Spiritus Nequam in domo quædam apud Corinthios, quam Dacius Episcopus Mediolanensis aliquando inhabitauit. Rem totam ex 3. Dialog. cap. 4. verbis B. Gregorij ascribimus. potest enim pluribus locis in hac Disput. seruire. *Tempore igitur Iustitiani, cum Dacius vrbs Mediolanensis Episcopus, causa fidei exactus, Constantinopolim pergeret, Corinthum deuenit. Qui cum largam domum ad hospitandum quæreret, qua comitatum eius totum ferre posset; & vix inueniret; aspexit eminens domum congruentis magnitudinis, eamque sibi preparari ad hospitandum insit. Cumque eiusdem loci incolæ dicerent, in ea tunc manere non posse; quia multis iam annis eam Diabolus inhabitaret; vir Venerabilis Dacius respondit dicens: Imò ideo hospitari in eadem domo debemus, si hanc ma ignus Spiritus inuasit, & ab ea hominum habitationem repulit. In ea igitur sibi parari iussit, secumque illam, antiqui hostis certamina toleraturus intravit. Itaque in tempesta noctis silentio, cum vir Dei quiesceret, antiquus hostis, immensis vocibus, magnisque clamoribus cepit imitari rugitus leonum, balatus pecorum, ruditus asinorum, sibilos serpentum porcorum grunitus, stridores foricum. Tunc repente Dacius, tot vocibus excitatus, surrexit, vehementer iratus; & contra antiquum hostem magnis cepit vocibus clamere dicens: Bene tibi contigit, miser. Tu ille es, qui dixisti, ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo. Ecce per superbiam tuam poris & oribus similis factus es. & qui imitari Deum indignè voluisti; ecce, ut dignus es, bestias iusitaris. Ad quam eius vocem Dæmon erubuit: & fidelium habitaculum domus facta est, abscessitque mendax & infidelis Spiritus. Hæc Gregorius: & post eum Baronius Tom. 7. anno 540.*

12. Interim tamen, inter duos iam dictos modos, ex priori certius argumentum desumi dixerim, quàm posteriori: quàmuis fortè nec prior ita sit certus, ut exceptionem nullam admittat. Miserri- ma damnatorum conditio fortassis hos quandoque clamores exprimit. Nequitia etiam eorum summa efficit, ut cum mortalibus nocere desiderent, etiam hos tumultus, qui ad nocendum magis accommodati sunt, edant.

13. Sed Quomodo humani hæc Spiritus deprehendantur, dicamus. Vnum ego hæc sonu pro ipsis non leuè argumentū præbere existimarem; illum videlicet, qui tristis animi, certa quædam significatio est; ut sunt suspiria, gemitus, fletus, illachrymationes. Quàmuis enim hæc etiam Dæmones possint habere authores; humanistamen propria vide

videntur: humanis magis conueniant: & humanis magis, quàm Dæmoniorum Spiritibus seruiunt.

14. *Propria videntur esse humanis: quoniam gemere, flere, lachrymari hominum sunt propria; ut ob id, quemadmodum ex propria hominis forma haud leuè; ita hinc, si non magnum, aliquod saltem argumentum sumi debeat.*

15. Humanis magis conueniunt, propterea, quod testificatio sint prementis doloris, quem ut præ aliis, exprimant humani Spiritus, Deus in hoc Spirituum ad nos reditu postulare videtur; nimirum ut sic defunctorum miseras mortales intelligant: & ipsorum exemplo edocti sibi caueant, melioraque sectentur: quæ Spirituum diabolicorum planctu & eiulatu, qui alterius ab hominibus naturæ sunt & conditionis, non ita commodè præstari posse videbantur.

16. Sic suspiria hæc atque gemitus, non tam dæmonibus seruiunt; quàm humanis spiritibus: si non omnibus, profectò bonis & purgandis. Etenim ad commiserationem excitandam omnino apta sunt. Quidni igitur iis tribuenda, quibus misericordia fieri potest? At dæmoniorum Spiritus, & misericordia indigni: & misericordiam nullam sperant: sperant autem, & digni sunt Spiritus purgandi.

## CAP. XXVIII.

*An, & quæ oratio distinguat humanos & Dæmoniorum spiritus inter se:*

17. **N**on strepitus solum, tumultus, & inconditi soni audiuntur à Spiritibus excitati: audiuntur & orationes, quas ad homines habent: & ob id præsens Disputatio postulat, ut non strepitus tantum; verum etiam orationes: inuestigemus: ut, Vtrum illæ quoque aliquod discrimen suppeditent, intelligamus.

18. Et quidem si vnus generis essent omnes orationes, frustra hæc labor susciperetur: (in vna enim eademque oratione, & quæ sibi semper est similis, quod discrimen constituas?) nunc quia orationum genera sunt plura, non potest esse inanis hæc Disputatio: forsitan etiam ed difficilior, quo genera sunt plura.

19. Sunt orationes quædam *enunciatiuæ*; in quibus verum est vel falsum. Sunt aliæ *non enunciatiuæ*; quæ quàmuis perfectum sensum continent, non tamen verum significant aut falsum. Rursus priores, vel præteritum tempus respiciunt, vel præsens vel futurum.

Posterio-

Posteriorēs autem nunc deprecatiuæ sunt, nunc imperatiuæ, nunc interrogatiuæ, nunc optatiuæ, nunc vocatiuæ. Præterea omnibus potest accidere, vt vel bonæ sint, vel malæ, &c.

4. Et omnes hæ orationes à Spiritibus habentur: Et, quod magis est, ab omnibus omnes possunt haberi. quos circa & de omnibus ex aequo posset institui. Verùm, quoniam res propemodùm esset infiniti negotij; aliquas, quæ familiariores sunt Spiritibus, & discrimen inter ipsos certius prodere videntur, discutiendæ sunt.

5. Hæ sunt, *apertè mala*: ad bonum hortatoria: boni petitoria: occultorum reuelatoria: & *vana*: siue, quæ non nisi ostentationis causa, aut leuiter susceptæ sunt.

6. Hæc genera. In singulis generibus species plures. *Apertè mala* sūt, quæ vel in injuriâ cedūt Dei: vel proximis incōmodāt: vel ad hæc inuitant. Primi generis sunt blasphemix: secundi diræ imprecationes, conuitia, contumeliæ, detractiones, mendacia, turpiloquia, & si quæ aliæ. Tertij, quæ ad dictos quouis modo deducunt.

7. Ad bonum hortatoria, pro bonorum ferè generibus multiplices sūt: sed tamen illorum propriè bonorum sunt, quæ sunt libera, & per nos quouis modo præstantur: vt sunt eleemosynæ, ad Deum oratio, ieiunium, & quarumcunque virtutum officia, &c.

8. Boni petitoria, orantis bonum attendunt, quæ & ipse, pro genere bonorum, distribuuntur; & apud Spiritus, potissimum cernuntur in operibus ijs, quibus iuari possunt: vt sunt peregrinationes, sacrificia, orationes, opera misericordiæ corporalia, &c.

9. Occultorum reuelatoria, vel præteritum tempus respiciunt, vel præsens, vel futurum. Horum enim, quamuis quædam, natura sua occulta non sint; pro ratione tamen cognoscentium occulta esse possunt. Cum his secreta cordium, quorumcunque, coniunxero.

10. Vanas orationes vocamus, in quibus dictorum nihil propositum est: sed quæ ioci aut leuitatis causa suscipiuntur; & vix aliud, quam loquentium ostentant actiones. Hæ generum species. An his humani Spiritus distinguuntur à Dæmonibus?

11. Si aliqua oratione distinguuntur, non nisi boni petitoria, atq; occultorum reuelatoria distinguuntur, illa ex se est humanorum Spirituum: Hæc ex se propria Dæmonū. Ceteræ tres & Dæmonibus, & humanis Spiritibus (quamuis non omnibus) communes sunt.

12. Tria igitur, vt sua huic assertioni veritas constet, demonstranda sunt. Primum est, esse tria orationum genera, quæ communia sunt Dæmonibus, & humanis Spiritibus quibusdam: quæ ob id Dæmo-

num

num spiritus ab humanis, vniuersè, non distinguūt. Deinde, vnū genus solis Dæmonibus competere. Tertium, vnum humanis Spiritibus esse proprium, & ob id ex his duobus discrimen inter humanos atq; Dæmoniorum spiritus peti posse. Doceamus singula.

De apertè malis, quod Dæmonibus sint familiares, certum est. Quidni apertè malas affectarent, quorum studium est, vt etiam ex se indifferentes; etiam ex se bonas adulterent? sed & nulla est, in vniuerso malarū genere, quam refugiant: nulla, quam non aliquando vsurpent. Primi & Secundi generis ab ipsorum ingenio non abhorre- re, in Dæmoniacis probant, per quos plaustra blasphemiarum, cō- uitiorum, detractionum, & mendaciorum quandoq; euomunt. Exempla in promptu sunt. Quidam ipsorum à Theodoro Archi- mandrita eiciēdus ex puella, quam 28. annis miserè vexarat, ipsum vocat meretricis filium, quemadmodùm in Theodori vita testatur Georgius presbyter, apud Surium Tom. 2. Alius meretricem cla- mabat sanctissimam virginem Euphrasiam, cū sibi vim à virgi- ne afferri sentiret. Et hoc in eius vita, Tom. 2. apud Surium. Sic in conuitia effundebatur ille, quem S. Maltouius Episcopus eiecit, cuius res gestas describit Sigebertus Monachus. Ab alio debuit Ber- nardus audire quoddam porcellos ederet, & deuoraret brassicas. habe- tur in vita eius lib. 2. cap. 4. Et Benedictus cum aliquando impor- tuno Spiritui non responderet, Maledictus ab eodē, per summam contumeliam est vocatus. teste B. Gregorio. Hæc pro primo & se- cundo genere. Pro tertio genere sunt, qui molestârunt SS. Melaniã atq; Claream: Vincentium atq; Sedundellum: vt alios innumeròs præteream. Melaniæ persuadere conati sunt, vt relicta fide ortho- doxa, sectaretur blasphemiam Nestorij, vt in eius vita habetur apud Surium, Tomo 7. Clare, vt de studio orandi aliquid remitte- ret, & hoc apud Surium Tom. 4. Vincentio, vt relicta seiori vitæ disciplina genio in florida ætate indulgeret, teste Petro Panormi- tano, lib. 1. cap. 6. in vita eiusdem. Sedundello, vt valesaciens ere- mo, patrandis miraculis operam nauaret, quemadmodum habet Gregor. Turonens. in vita Friardi ca. 10. lib. de vita Patrum. suã ga- lius quidam. cuius cap. 92. nequitiam referemus, qui scēdissimum coitum mulieri cuidam suasit, & persuasit.

Veruntamen quamuis hæ Dæmonibus familiares sint, non tamē solis sunt familiares. Etiam damnatis defunctorum Spiritibus cōue- niunt. Non refugiunt hi blasphemias; quibus datum est os loquens mag- na & blasphemias. Apocal. 13. Non refugiunt mendaces; qui socij

sunt

Q

sunt Patris mēdaciōrum. Non mali imprecatorias; qui omnes vel-  
lent esse socios pœnarum. Non calumniatorias, aut detractorias,  
qui, vt Dæmones, magna erga viuentes *flagrant inuidia*, &c.

8. *Hortantur etiam ad bonum aliquando Dæmones.* Non quodd bene no-  
bis velint, sed vt sub specie boni elaqueent, & decipiāt. Itaq; ad bo-  
na malè hortantur. Non curant versipelles, quid agant miseri mor-  
tales; bonum an malum; modo operum auctores perdant, & ad æ-  
terna supplicia pertrahāt. Ioanni Garlino Eremitæ, cuius Thesi 10.  
cap. 14. mentionem fecimus, quidam suavit, ne filiam comitis Bar-  
celonēsis Guifre, quam ille in sui custodiam susceperat, à se dimit-  
teret, magnoq; animo contrā carnis tentationes certaret: verūm  
fornicationis atq; homicidij subsecuta vitia veteratoris animum  
prodiderunt. Sic alius Iustinæ egregiè suavit virginitem; verun-  
tamen ita, vt propofita difficultate & periculo auerteret virginem  
à virginitem propofito. quemadmodum in eius vita scribit Meta-  
phraftes. Alius sub forma puellæ in Eremo errantis, S. Victorino  
Epifcopo vrbs Aminternæ, cū eremum incoletet, commenda-  
uit hospitalitatem, atq; vt sibi, nocte instante, in eadem cella per-  
manere; & contra bestias tutè esse liceret, rogauit: & persuasus vir  
sanctus, luxuriæ crimen incidit. Ita Ado Treuirensis in Martyrol.  
Et fuit, qui doceret S. Gutlacum Anachoretam, leuiore esse pro  
sancto viro abstinentias biduanas, aut triduanas in hebdomade: æ-  
mulandum esse ieiunium quadraginta dierum Moyfis & Eliæ: sci-  
licet, vt grauiori abstinentia vitam abrumperet. Apud Surium  
Tom. 2. in eius vita. Hæc causa fuit, quæ B. Antonium mouerit, vt  
etiam bona consulentibus Spiritibus non putauerit æquiescendū.  
*Si orare, inquit, compellant: si ieiunia suadent, non ex eorum nos meritis  
ad agamus, sed ex nostra consuetudine.* Ita de Antonio, in eius vita, A-  
thanasius.

6. *Et in hoc Dæmonum emulatores sunt mali hominum Spiritus.* Depre-  
hensum est, hos quoq; sua oratione, aliquibus bonorum fuisse au-  
thores: verūm peruerso animo, prauo nocendi studio. Cuius hoc  
clarum argumentum, quod, vt Dæmones, bene agant nihil; vt sæ-  
pius ex B. Gregorio dictum est.
7. Tertium orationum genus, à quo nec Dæmones, nec damnato-  
rum hominum Spiritus abhorrent, est; quod *vanitatis seu leuitatis est  
plenum.* An hoc potest alienum esse à Dæmonibus; qui à Domino.  
(Iohan. 12.) *Principes dicti sunt mundi; mundi, in quo vanitas vanitatum,  
& omnia vanitas?* Eccles. 1. An à damnatorum Spiritibus; quorum stu-  
dium,

rum, & cor (cuius oratio index est) dum viuerent, in vanis mundi  
rebus, & negotijs fuit totum.

Non igitur hæc orationum genera humanos Spiritus à Dæmo-  
nibus distinguūt, quia nec solis conueniunt humanis; nec solis Dæ-  
moniorum Spiritibus, quemadmodum demonstratum est.

Licet verò totum Dæmoniorum genus, à toto humanorum Spi-  
rituum non distinguant; distinguunt tamen totum Dæmoniorum  
genus ab aliquo humanorum Spirituum: illis scilicet, à quibus De-  
us purgatorias pœnas exigit. His nec conuenit oratio aperte mala:  
quia peccare non possunt: Nec quæ ad bonum, malo sine hortetur:  
quia hæc peruersa est. Nec vana aut leuis: vt qui, quæcunque lo-  
quuntur, magno cum consilio & ratione loquantur.

Porro occultorum reuelatrix oratio (si tamen vera sit, & non  
falsa) pulchrè Dæmones ab hominibus distinguit, quia & Dæmones  
hæc possunt: & homines, quia ignorant, reuelare non possunt.  
Credendum non est, quod Spiritus defunctorum, non beato-  
rum, corporibus exuti, mox plus vi cognoscendi hinc valeant, a-  
deoque cognoscant hic, quàm valuerint, & cognouerint corpo-  
ribus inclusi. Cū igitur corporibus inclusi, occulta, per se, non  
cognouerint, & reuelare nequiverint; poterunt corpora exuti?  
At Dæmonum scientiam occulta non latent. Multis viis & ra-  
tionibus ex iis quædam assequuntur: quemadmodum norunt  
docti. Quocirca & quæ tempore Romani Argiropoli Impe-  
ratoris in Tracensi prouincia, apud radices montis Cuzenæ, vox  
miserabilibus eiulatus & lamentis à Mense Martio ad Iunium  
exaudita est, & clades Romanorum in Celsyria portendit,  
Dæmones, non humanos Spiritus prodidit. De hac Cedrenus.  
Sic Dæmonium fuisse dicimus, & non humanum Spiritum, qui  
Curtio Rufo prædixit, futurum; vt Romam proficisceretur:  
honores ibidem gereret: & cum summo imperio in Africam re-  
diret, de quo Thesi 4. ca. 26. ex Plinij lib. 3. Ep. Sic deprehensus  
est esse Dæmon, ille, qui se Ducem Betaniæ Gerardum dice-  
bat, in agro Furnensi pagi Eggafridi, cuius mentio facta est  
Thesi eadem, eodem capite. postquam occultum quoddam cri-  
men inter Hillinum quendam religiosum virum, quod ille  
in iuuentute cum Theta virgine commiserat, prodidit. Rempro-  
lixius describit Iacobus Meyerus lib. 5. Annalium Flandriæ, cir-  
ca annum Domini 1153.

Et oratio, bonæ petitoria, humanos Spiritum (quamuis non om-  
nes)

nes) à *Demonibus* distinguit. Quid ita? Quia *Dæmonibus*, vt aliquod sibi bonum petant, non conuenit: & si petunt; simulatè, non verè petunt. Verùm de hoc, posterius Capite quadragesimo.

## CAP. XXIX.

*An, & quomodo molestijs, quæ afferuntur: & malis, quæ inferuntur, Spiritibus auctoribus: possint distinguere humani Spiritus à Spiritibus*

*Dæmoniorum.*

**A**ciè aliquis in illam sententiam concesserit, vt ex *malis* & *molestijs*, quæ à Spiritibus afferuntur, nullum putet discrimen, quo humani à *Dæmonum* distinguantur, posse deprehendi: Non solum idcirco, quod tam humani, quàm *Dæmonum* possint esse molesti; verùm etiam, quod vtrique magna aliquando mala & detrimenta attulerint.

*Sunt molesti, sine vlla corporis lesione, Dæmonum Spiritus.* Res est clara quotidianis exemplis: & si vetera postulantur; probant inter alios, Spiritus, qui, in Scotia, arcem Sterlingi, gemitibus horridam reddiderunt, de quibus cap. 1. Sunt quoque, sine vlla corporis læsione, molesti *Spiritus humani*, vt probat Cleonica, Byzantina virginitis Spiritus; qui sola sua præsentia grauis fuit Pausanias Spartanorum Regi, quemadmodum dictum eodem primo Cap.

*Infixerunt vulnus a Dæmonum Spiritus.* Expertæ sunt hoc, & suo malo probant, Virgines Verretensis Monasterij: & qui ex fodina Georgiana sublatus est operarius, de quibus 1. cap. Et *humanos Spiritus* infligere posse, atque ad eò infligere; probat Spiritus matris Neronis; qui, vt Suetonius loquitur, aliquando *verberibus furiarum in ipsum sauij*. Confirmant idem exempla Petri Apostolorum Principis, & B. Virginis Matris. De Petro refert Beda, lib. 2. cap. 6. historiarum Anglorum, quod Laurentium Cantuariensem Episcopum, a grege tenero, & Christo recens initiato, fugam meditantem, nocte flagellis ceciderit. De Virgine Matre Nicephorus, lib. 18. cap. 33. quod impio cuidam hospiti dormienti astiterit; verbis primùm perstrinxerit; deinde vimine eius genua, circumcirca velut exarsans, circumscripserit; ille verò à somno excitatus, à reliquo corpore disrupta inuenerit: & iustum Dei iudicium, non oris solum testimonio, sed corporis quoque habitu promulgauerit.

*Attulerunt mortem a Dæmones, exemplo sunt illi, de quibus 1. cap. duo*

duodecim, quos Annebergicus Spiritus vno flatu interemit. Et si mortem non attulerunt; posse afferre *humanos Spiritus*, docent exempla sanctorum hominum (quorum Spiritus quidni possent, quod ipsi?) exempla, inquam, Petri Apostoli; qui mortis Ananiam & Saphiram: Eliæ, qui quinquagenariorum; Elisæi, qui puerorum quadraginta duorum auctores fuerunt. Act. 5. 4. Reg. 1. 4. Reg. 2. Sed ad rem magis faciunt duo, quæ adiungimus Exempla. Primùm refert Gregorius Turonensis lib. 5. Historiarum Francorum cap. 5. his verbis: *anno quinto Episcopatus sui* (loquitur de Pappolo, Episcopo Lingonensi, qui gregis sibi commissi nullam curam gerebat) *dum diocesem & villas Ecclesie circuiret, quadam nocte dormienti illi apparuit vultu minaci B. Tetricus* (Tetricus hic Pappolum in Episcopatu præcessit, & officio boni Episcopi egregiè erat perfunctus). *Cui ita. Quid tu, inquit, hic Pappole? vt quid sedem meam polluis? vt quid oues mihi creditas dispergis? Cedo loco, relinque sedem, abscede longius à regione. Et hæc dicens, virgam, quam habebat in manu, pectori eius, cum ictu valido impulit. In quo ille enigilans, dum cogitat quid hæc esset, fixè in loco defixit, ac dolore maximo cruciatur abhorret cibum potumq; & mortè iam sibi proximam præsolatur. Quid plura? Tertio die, cum sanguinem ore proijceret, expirauit.* Hæc Gregorius, & post Gregorium Baronius An. C. 552. Alterum huic hæud ita multum ab simile refert Ioannes Nauclerus, generat. 34. Vdo quidam Magdeburgensis fuit Episcopus; qui cum cura Episcopatus deposita, totus libidini, cum Deo consecrata virgine vacaret, primùm hac voce (Cessa de ludo, lusisti iam satis Vdo) vt desistat admonetur; deinde vbi peccatum peccato iungit, de latere concumbentis secum scorti detrahitur, adducitur mox in sanctorum, qui in choro Ecclesie S. Mauritij consistere visi sunt, consilium: accusatur apud Filium à Virgine Matre damnatur capitis: à Pugile decollatur. Rem tætam, prout oculis conspexit narravit Fredericus quidam eiusdem Ecclesie Canonicus: factique testimonium hodie præbet exuor Vdonis in marmore candido exceptus.

*Incommodarunt bonis fortuna Dæmones.* Iob id suo magno, sed tamen felici, malo didicit. Experti sunt idem ab infestante Spiritu Bingnes plurimiq; alij, quorum 1. ca. meminimus. Et quidni possint *Spiritus humani* idem in bona externa, quod valent in bona corporis? in corpora ipsa?

Hæc à nobis allata, in præsentia argumento, difficilem faciunt inter Spiritus diiudicationem. Et fortè non errauerit, qui mala nulla esse crediderit, quæ nunc non à *Dæmonibus* afferantur; nunc



non ab humanis Spiritibus, si non omnibus, saltem ab aliquibus.

7. Interim tamen saluo melius sentientium iudicio, et hinc aliquod discrimen accipi posse; & esse quaedam mala, quæ Spiritus distinguant, existimarem. Quæ illa? quæ videlicet, non ab hominum Spiritibus afferuntur; sed à Dæmonibus: quæ ob id, quia Dæmonum propria sunt, hoc ipso demonstrabunt & arguent Dæmones, non humanos Spiritus; quia ipsorum auctores Dæmones sunt, nõ humani Spiritus.

8. Quocirca hic modus cognoscendi, & distinguendi Spiritus contrarius est illi, qui, Capitibus præcedentibus, explicatus est. Ibi demonstratum est ex iis, quæ conueniant tantum humanis Spiritibus, humanos cognosci, & à Dæmonibus distingui: hic ex iis, quæ dæmonibus tantum conueniunt, cognosci & distingui Spiritus Dæmoniorum ab humanis docebitur.

9. Principio igitur Dæmones crediderim illos Spiritus, qui mortis hominum sunt auctores. Certè hos mortem posse afferre, dubium non est. Non est potestas, quæ comparatur eis, Iob 41. Dubium quoque non est, ipsos hominum mortem desiderare. Probat hoc implacabile odium, quo genus humanum prosequuntur. Sic certum est re ipsa mortem aliquando attulisse. Exempla huius plurima sunt. Quod verò soli afferant, & conditio mali, quod morte affertur, videtur postulare: & ipsorum Dæmonum officium.

10. Mors malum graue est: nec, nisi Dei singulari prouidentia, à Spiritibus affertur. At diuina prouidentia, quemadmodum non per seipsam res administrat, ita neque administrat per quasuis creaturas. Habet administratorios Spiritus, Angelos, in similibus officiis. per Angelos igitur, quando ita expedire iudicauerit, mortem infliget.

11. Quòd si conditionem Spirituum humanorum attendamus, clarius quod diximus, intelligemus. An fortè purgandis propositum est, vt interiant? Nequaquam. Vt prodesse per se non quærunt; ita nec nocere. Suam tantum causam agunt. suum quærunt bonum priuatum. An propositum damnatis? At vt velint maximè, fortè tamen per vires non semper vt afferri videmus, afferre poterunt: & vt possint, quia tamen non adsunt viuèntibus, vt diuinæ iustitiæ sint administrari, (hoc officium Angelorum est) non per ipsos, si quando affertur, mors afferri dici debet.

12. Quod si quandoque Spiritus humani mortem intulisse leguntur, illos ego nõ autoprofopos, sed specietenus tantum humanos dixerim. Dixerim Angelos (nunc bonos, nunc malos) qui formas certas hominum finxerint; reuera autem Angelici Spiritus fuerint.

Nec est

13. Nec est, quod quis hinc mihi beatorum hominum Spiritus obiciat, qui mortis viuèntibus fuerint per seipsos auctores. Primum enim, qui illi? siue, quorum Spiritus fuerunt? Deinde vt illi iutalerint; nostra tamen non euertitur assertio: quoniam non de felicibus; sed miseris quæstio hinc est. Quid quod forsitan, non malè negetur beatorum Spiritus per se mortem intulisse? Quemadmodum enim, teste B. Augustino, lib. de Cura pro mortuis, etiam ipsi autoprofopos personaliter præsentés sæpe non sunt, vbi præsentés videntur; ita sæpè mortem per se non afferunt, vbi mortem iudicantur afferre.

14. Ministerio bonorum Angelorum sæpe forsitan hoc fit, qui Sanctorum hominum imagines exhibent. Illi sæpe mortem inferunt, idque sub Sanctorum Imaginibus & forma, ita Deo disponente: vt etiam ex his Imaginibus colligant mortales, quo in honore habendi sint, quos Deus in cœlestis Hierusalem ciues assumit, & cohæredes vult esse Vnigeniti sui dilecti Filij.

15. Hoc vnum itaque malorum, quod Dæmoniorum Spiritus distinguit ab humanis. An hoc solum? Addideto illi Vulnera, atque, quæ ad mortem tendunt, grauius verbera. Quicumque Spiritus horum causa sunt, produnt forsitan se non personaliter esse humanos; sed dæmoniorum Spiritus.

16. Nec opus multis est pro Assertionis huius confirmatione. Quæ probant mortes & clades Dæmonibus auctoribus fieri; probant vulnera atque verbera ab ipsis proficisci. Ad proprium hæc officium in nostris hisce infestationibus, pertinent dæmonum. A fine, qui Spiritibus humanis, in suis apparitionibus, & infestationibus propositus est, sunt aliena.

17. Sic ingentia damna, quæ fortunis & bonis externis viuèntium inferuntur, Dæmones indicant. Non ob dictas tantum rationes: verum etiam propterea, quòd persæpe hæc humanis viribus procurari nequeant. Non tantæ vires humanis Spiritibus, vt magna damna, quæ quandoque per Spiritus afferuntur, ipsis auctoribus fiant. Sæpe etiam quamuis leuia sint, iis tamen mediis & rationibus procurantur, quæ in humanorum Spirituum non sunt potestate, vt sunt excitati venti, ignes, &c.

CAP.

*An & ex quibus officijs, atq; obsequijs, quæ à Spiritibus quandoq; viventibus præstantur, cognosci possit, qui Spiritus humani sint, & qui Diabolici.*



Officia, hoc loco, opera quædam Spirituum, quæ in assumptis corporibus exhibent, vocamus: Hæc quamuis varia sint; ad quatuor tamen præcipua genera reuocari videntur: vt alia dicamus *otiosa*, alia *molesta*, alia *pernitiosa*, alia *obsequiosa*. Prima illa nullum ad hominem respectum habent: posteriora tria cum hominibus, & propter homines suscipiuntur.

2. *Otiosa* dicuntur, non quia Spiritibus in ijs nullus finis propositus est: nam sine fine & ratione nihil agunt Spiritus; sed vel quia propter se sola suscipiuntur; vel certè non hominum causa. In his ponimus Ludos nocturnos spectrorum Aquilonarium, quorum Olaus Magnus meminit lib. 3. cap. 11. Gent. Septent. *Molesta* sunt, quæ vt quies hominum interturbetur; aut aliquid aduersum ipsi patiantur, à Spiritibus suscipiuntur; vel si non idcirco suscipiuntur, cum molestia tamè accipiuntur: qualia sunt excitati strepitus, vellicatio aurium &c. *Pernitiosa* voco, quæ præter molestiam, quam afferunt; etiam incommodant, nunc in fortunæ bonis, nunc in bonis corporis *Obsequiosa* sunt, quibus bonum aliquod mortalibus affertur, aut humana seruitia præstantur.

3. Discussimus *molesta*, atq; *pernitiosa*; & vtrum, atq; quod discrimen inter humanos, atq; Dæmoniorum Spiritus constituent. notauimus: hoc capite, Vtrum etiam ex *obsequijs*, quæ mortalibus Spiritus impendunt, discrimen aliquod capiatur, examinabimus.

4. Nam quod *Obsequia* quadam Spiritus mortalibus præsent; *dubium non est*. Experiuntur illa Magi pleriq; quos inter atq; Spiritus pacta intercedunt. Experiuntur Sagæ; quando ad nefandos congressus, & conuentus properantes, suis vtuntur Martinellis. Et nos pro hoc argumento, non pauca protulimus Capite primo.

5. Et ab *Omni generis Spiritibus hæc obsequia* præstantur Purgandus Spiritus Paschasij cuiusdam obsequia præstabat. In Thermis Angularibus Germano Capuano Episcopo Diabolicus fuit Heil desheimensis Hudeken; qui diligetem curam habuit commendatæ sibi à marito vxoris. Damnatus videtur fuisse Apollonij Thianei

nei

æci Philosophi; qui capta ab Aureliano Imperatore vrbe Asia, Tyana; post mortem Imperatori apparuit, hisque verbis eundem est allocutus: *Aureliane, si cupis vincere, non est quod de ciuium meorum nece cogites.* vide Cælium Rhodæg. lib. 17. capite 13. qui hoc ex Flapopitico.

Hæc cum ita sint; immeritò quæritur, vtrum etiam ex his argumenta peti possint, & indicia; quibus deprehendatur discrimen humanorum & diabolicorum Spirituum. Alij forsitan crediderint his humanos, maximè purgandos, Spiritus cognosci, quod hæc obsequia humanitatis sint plena. Alij tribuerunt omnia Dæmonibus, quibus studium non paruum est etiam Angelicis obsequiis, mortalibus illudere. Nos quod probabile est, iudicamus *quædam esse, quæ vehementes suspiciones gignant, quòd à Dæmonum non hominum Spiritibus profisciscantur: humanos spiritus vel nulla prodere, vel admodum leuiter insimulare.*

Primum Obsequiorum, quæ Dæmonum tantùm videantur esse indicia, *tria* sunt genera. Quædam possumus dicere *necessaria*; quædam humanas vires *superantia*: quædam vehementer *nefanda*. *Necessaria* dico, in quibus Spiritus hominibus, quibus obsequia præstantur, ex voto aut pacto sunt obstricti. Vires humanas *superantia*, quæ nec viuorum hominum propriis viribus fieri possunt, nec à defunctorum Spiritus. *Nefanda*, in quibus apertius naturæ leges violantur.

*Obstringi* homines aliquando ex pacto Spiritibus certum est. *Exempla* suppetunt plurima. Quid, quod qui maleficorum sunt authores, nisi se Spiritibus obstringant; in maleficorum album non admittantur? Atque vt his sese Spiritibus homines obstringunt; ita vicissim hominibus se obligant, & sua opera promittunt Dæmones. Hæc opera atque obsequia Dæmones prodere; & non alios Spiritus, partim inde rectè videmur colligere; quòd pacta non inter defunctorum Spiritus & viuentes homines; sed hos inter atque Dæmones, intercessisse, atque intercedere identidem legamus: partim ex illo, quod non idcirco rebus viuentium interlunt defuncti, vt pacta cum hominibus ineant; & ex officio, certa obsequia hominibus præsent.

Exhibentur etiam à Spiritibus obsequia aliquando, quæ *humanas vires excedunt*. Nunc enim in hominum gratiam, atque pro ipsorum voluntate & imperio à Spiritibus *ingentes* transportantur lapides: nunc amplæ & splendide subito construuntur machinæ: nunc per æra rapiuntur homines &c. His verò cum hu-

R

manæ

manæ vires pares non sunt; cum fiat multò inferiores; quomodo humanis Spiritibus authoribus hæc fieri credi debet?

Denique *nefanda* Obsequia Spiritus exhibent. Testantur hoc qui ad mares fuunt succubi; & ad fœminas incubi. Testantur idem Iornandes Gothorum Episcopus, li. de Gothorum origine, VVilhelmus Parisiensis & Thomas Brabantinus li. de vniuersali bono, Vincentius lib. 21. cap. 30. Histo. Ioannes Nider lib. 5. form. de Malefic. cap. 10. An hæc humani Spiritus exhibent? Non exhibent purgandi, quos superius diximus, peccare non posse. Non exhibent damnati, quòd quæ in hoc nefando congressu necessaria sunt, per illos non ita commodè fieri possint. A Dæmonibus igitur, vt certum est *per sepe*, & vt plurimum fieri; ita verisimile est à *solis* fieri.

Gaudent autem hoc *exercitio* plurimum immundi Spiritus: non ea causa, quod inde sobolem tollant; vel voluptatem aliquam capiant, afferantur; sed propter hominum perniciem, quam impèse expetunt. Norunt enim naturam hominis pronissimam esse ad voluptatem: Eam etiam illecebram esse cuiuslibet turpitudinis & improbitatis, atque omnium malorum escam. Experti præterea sunt viros quotànis prudètia, probitate & grauitate præditos, blâditis voluptatum delinitos, sæpenumerò esse corruptos, & ad magna tractos flagitia. Meminerunt etiam fortissimum omnium mortalium Samsonem, sapientissimumque Salomonem, etiam sanctissimum Dauidem, voluptatis dulcedine inescatos, impurissimis flagitiis, & grauissimis calamitatibus cõtaminatos & attritos esse. Nec ignorant vitium luxuriæ, quatuor rebus cætera vitia superare; amplitudine, diuturnitate, fœcunditate, & curationis difficultate. Hæc enim labes latissimè diffusa est, atque omne propemodum genus hominum complexa: & quem semel corripuerit, sic ei tenaciter adhærescit, vt vix vnquam auelli queat. Denique vitium hoc inolitum, atque inueteratum in animis hominum, difficillimam habet curationem. Quid plura? voluptas corporis innumerabilium malorum, tum priuatim, tum publicè seminarium est. Propter hanc non vnus tantum, aut paucorum hominum; sed familiarum, ciuitatum, gentium, imperiorum, totius denique orbis terrarum clades & exitia contigerunt. Hæc non ignorant Dæmones.

*Hæc obsequia Dæmonum sunt argumenta*. An his contraria sunt humanorum Spirituum? *libera* dico, humanis viribus? *paria*? *honestæ*? Possunt talia ab humanis Spiritibus esse: at à *solis* non sunt. A Dæmonibus, vt *necessaria*; ita *libera*: vt *humanas vires superat*; ita *humani*

humanis viribus paria: vt nefanda; ita honesta possunt exhiberi.

Nullumne igitur indicium in Obsequiis, quod humanis tantum Spiritibus cõueniat? Si aliquod est, illud crederem esse; quod, præterquam liberum esset, & viribus hominum par, & honestum; etiã cum *quadam animi submissi significatione offertur*, & *omni suspitione peccati caret*. quod qua ratione bene dicatur, docent quæ de Oratione dicuntur cap. 28.

## CAP. XXXI.

*An ex otiosis officiis Spirituum, possit deprehendi, qui sint humani, & qui Dæmoniorum Spiritus?*

Inter Officia Spirituum quadruplicia, discussimus *molestæ*, *pernitiosa*, & *obsequiosa*: & quid ad ipsorum distinctionem faciant, demonstrauimus. Vna restant *Otiosa*, quæ ne prætermissa videantur, hoc Capite examinanda sunt; & eò breuius, quod ex dictis de hisce iudicium haud difficulter ferri possit.

Quæ ipsorum conditio sit, clarum est. Non hominum propriè causa à Spiritibus suscipiuntur, sed propter se, & causa sui. In hoc genere præcipuè choreas ponimus atq; lusus, ludicrasq; quasdam gestulationes, & quæ cum his similitudinem atq; affinitatem habent.

Hæc aliquando à Spiritibus fieri dubium non est. Nam vt de his nihil dicamus, quæ in conuentibus nocturnis Spiritus, cum perditæ salutis hominibus habent; refert Olaus Magnus, apud Aquilonares populos solere nocturnos viatores, & armentorum custodes, mirificum concentum Spirituum obseruare & ludum, illumque incolas vocare choreas Eluarum, de his nos 1. cap.

Sed humanòsne Spiritus à Dæmonibus hæc officia distinguunt? Omnino quis id existimauerit, qui horum officiorum, atq; ipsorum Spirituum condiciones inter se comparare voluerint. Cum enim officia hæc lætitiæ sint argumenta; illis tantum Spiritibus tribuet, qui gaudiorum possunt esse participes; quales sunt humani purgandi: ab illis remouebit, in quos gaudium nullum, nulla voluptas cadere potest; quales præcipuè sunt ipsi Dæmones.

Quid enim hic dubium? An quòd hæc officia lætitiæ sint argumenta? An quòd gaudiorum sint participes Spiritus purgandi? An quòd in malos, præsertim Dæmones, gaudia non cadant? Certa & clara sunt omnia.

6. Quod lætitiæ argumenta & indicia sint communis omnium habet sensus, & consensus. Omnes ex his animorum lætitiã in aliis colligunt. Omnes si hæc præsent. lætitiæ suæ interioris argumenta se dedisse existimant.

7. Quod gaudiorum participes sint purgandi Spiritus hinc colligitur, quod molestiarum, quas sustinent, finis sit æternæ vitæ infinita voluptas. Sed & illius ipsius voluptatis expectatio, quæ apud ipsos certissima est, gaudium præsens illis affert. Et omnino credendum est eosdem recreari viuorum, quæ ipsis offeruntur, precibus & suffragiis.

8. Et hi voluptatem capere possunt, & capiunt; ita omnia voluptatis & gaudij expertes sunt Dæmoniorum Spiritus. Non possunt vlla tristitia affici beati, qui cum Christo regnant in cœlo. Non possunt vllam lætitiã capere damnati, qui à cœlo ex celsi, infernalibus torquentur suppliciis. Tantus est damnatorum dolor & tristitia; vt si qua esse posset in iis, mox absorberetur voluptas. Tanta Dei iustitia vindicantis impiorum in inferno peccatum, vt ne concurrere velit cum iis ad vllũ, quo voluptatis participes esse possunt, actũ, vt pulchrè philosophatur noster Ludouicus Molina in 1. parte S. Thomæ. Quod si B. Augustinus aliquãdo docet, lætari ipsos de infelici sua potestate; non intelligendus est, ipsis aliquam voluptatem concedere; sed solum insinuare hanc ipsis potestatem placere.

9. Sed tamen officia hæc otiosa, quæ diximus, bonorum Spirituum, propria non sunt. Quid, quod nec quidem illis tribuenda? Quid, quod sint solorum malorum? Et hæc tria breuiter pro instituti ratione doceamus.

10. Primum experientia docet, in iis Spiritibus, quos superius Gueculos diximus vocari à Germanis. Hos leuiter esse petulantes: mimicas quasi actiones exercere deprehensum est sæpius. Quis verò dubitauerit de genere malorum Spirituum esse Cytharedum, qui in mediis vndis ludens conspicitur haud procul à Finlandiæ arcibus cuius meminit Olaus Magnus lib. 20. cap. 19.

11. Sed nec officia hæc sunt tribuenda bonis Spiritibus, qui purgatorijs ignibus expiantur. Quamuis enim voluptatis & gaudiorum sint capaces; vt tamen exterius lætitiæ signa dent nulla causa est, quæ vrget. Vt porro dent leuitatis atque petulantia, sine quibus officia hæc non exercentur, quis crediderit? præsertim eos Spiritus dare quos aliquoties dictum est peccare non posse?

12. Solorum igitur malorum Spirituum hæc officia sunt: qui quamuis lætari & gaudere reuera nequeant; lætitiã tamen & gaudium possunt

possunt simulare & fingere: Spiritus ad quascunq; res fingendas aptissimi.

13. An verò malis virisq; communia? hominum scilicet damnatorum Spiritibus & Dæmonũ? Difficile est hoc definire. Verisimile est aut esse propria Dæmonum, aut ad hæc cogi Spiritus hominũ: vt habeant cõmunia miseri, cum Nequã Spiritibus officia, cum quibus cõmunia habent infelicem conditionem.

14. Quid ex dictis omnibus? Hoc solum. Admodum probabile esse, discrimen aliquod ex his officiis peti; quod humanos Spiritus à Dæmonibus discernat, cum officia hæc non nisi Dæmonibus conueniant.

15. Et profectò Dæmones à mimicis gestulationibus et leuioribus actionibus non abhorreant, primùm quidam illi probant, qui Verretensis monasterii virginibus molesti fuerunt, de quibus Theophylacti 19. capituli primi. tum is, qui in forma simiæ infinitos locos Sancti Dominici exhibuit, de quo in vita eiusdem li. 3. cap. 7. Theodoricus de Apoldia: vt nihil de iis dicamus, qui Dæmoniacos obsidēt.

## CAP. XXXII.

An ex locis sacris & profanis: desertis & cultis possint distinguere humani Spiritus à Dæmonibus, si quando dicta loca infesta sunt.

16. Locorum differentia admodum sunt variæ. Res per se clara est. Nos illas solum scrutabimur, quæ instituto nostro seruiunt. Hæ duplices sunt generis: quædam ex locorum petuntur qualitatibus: quædam ex rebus, quæ in locis acciderunt. Ratione priorum dupliciter distinguuntur; in Sacra, & profana: deinde in Culta siue habitata; & deserta, siue hominum vsibus non seruiunt. Ratione posteriorum alia sunt flagitio siue peccato; alia morte alicuius insignia: alia verò, in quibus horum neutrum notatur.

17. Horum locorum in Spirituum molestiis atque infestationibus rationem aliquam haberi dubiam non est. Nam & quibusdam frequentius obseruantur Spiritus, quæ præ cæteris affectare videntur: quædam, contra, fugiunt & detestantur. Affectant quidã loca deserta: fugiunt alia alij: vt illi, qui præcedente nocte, antequam Basilica S. Petri Colonia consecraretur, auditi sunt horrendis vocibus clamare, quod sedibus suis pellerentur, quemadmodum anno 871. notauit Sigebertus.

3. Quia verò non verisimile est, quosuis Spiritus quibusuis locis delectari; nec quosuis quavis loca fugere & declinare; omnino ex locis de conditione Spirituum cōiectura peti posse videtur. Quanta verò, & qualis? Id hoc capite ostendendum in ijs locis, quæ qualitatibus distingui diximus. alia sequenti Capiti referuamus.

4. Duplicia igitur hęc loca ingredienda sunt: primùm sacra, & profana: tum deinde deserta, & culta, siue hominum vsibus serui-entia.

5. In profanis labore atq; inuestigatione magna opus non est. *Cer-ram est ex his Spiritus non distingui*: quod his, & Dæmonum, & hominum, tam damnatorum, quàm purgandorum Spiritus reperti sint, & reperiantur. *Exempla suppeditat primum disputationis presentis Caput. Nec aliud suadet ratio*: quoniam quod Spiritus quoscunq; profanis locis prohibeat est nihil: quòd quicunq; illis locis inueniantur, rationes sunt & multæ & magnæ.

6. A Sacris fortè quis excluderet malos, & ob id, quamuis hinc non vniuersè Dæmoniacos ab humanis; à quibusdam tamen (purgandis videlicet) distinguet. Sed alius forsitan, ad sacra loca, præter purgandos, admiserit malos damnatorum hominum Spiritus; exemplo persuasus Doctoris Parisiensis, qui horrendis vocibus, se & accusatum, & iudicatum, & damnatum, in Templo proclamauit. de quo in vita S. Brunonis. Fortè sunt, qui nec Dæmones velint sacris locis, & templis exclusos: propterea quod in templis sæpe inueniantur à Dæmonibus obsessi Dæmoniaci: & tumultus nocturni, prænuncij mortis (quos à Dæmonibus, vt plurimum excitari, aliàs diximus) in templis audiantur frequenter; oratur etiam in templis, primùm se aqua lustrali aspergant, ne Dæmonis tentationibus impediatur. Sed & homines quidam persequentes patiuntur Dæmones: quid si ad templa hi conueniant? ibi commorentur? eruntne mox à Dæmonum molestia liberi?

7. Difficilem hæc faciunt, ad propositam quæstionem, responsonem. Interim tamen non errare dixerim eos, qui ex sacris locis discrimen aliquod peti posse crediderint. *Templis, vt plurimum, excluderint Dæmones: humanos verò Spiritus* (vtrum omnes, an aliquos, postea discutietur) ad illa admiserint. vt ob id, qui in sacris locis molestare viuentes, aut infestare obseruantur; habeantur, vt plurimum, non Diaboli & Dæmones; sed defunctorum hominum Spiritus & anime.

8. Recepta est apud Catholicos consuetudo, nec frustra; vt si quæ loca Dæmonibus infesta sint; illa exorcismis atque orationibus Ecclesiæ

Ecclesiæ liberentur & purgentur. Quid igitur in locis sacris, templis, atq; oratorijs, quæ exorcismis atq; orationibus purgata, & Deo consecrata sunt, infestantes Dæmones querimus? Antequam diuinis vsibus loca consecrentur; autoritate, diuinitus Ecclesiæ relicta, ab ijsdem Dæmones proscribentur; & postquam iam consecrata erunt, domicilia erunt Dæmonum? illa pro sua libidine poterunt infestare? poterunt in ijs mortalibus molesti esse? clades atque detrimenta afferre?

9. Quàm sunt multa in templis, consecratisq; locis, quæ Nequam Spiritus, cane peius & angue, oderunt? Sanctorum Imagines, Sanctorum Reliquiæ? vasa sacra? res sacræ, quarum vsus in Sacramentorum administratione? pietatis exercitia? Christi sanctissimum sub speciebus panis corpus.

10. Nec repugnant assertioni huic, quæ superius allata sunt argumenta. Aut enim ostendunt vi, & quasi inuitos cogi ad loca sacra Spiritus Dæmoniorum: aut propriè non reddere infesta loca: aut non molestos esse excitatis tumultibus; sed mentem tantum, ne Deo in oratione, quemadmodum par est, coniungatur, distrahere.

11. Vnum fortè, quod dicebatur in sacris locis inueniri posse homines, qui persequentes patiuntur Dæmones, aliquid roboris habere videtur; vt horum ratione credi possit sacra loca à Dæmonibus infesta reddi. sed hoc tantum abest, vt assertionem infringat; vt etiam magis confirmet. Certis enim, & propria experientia edoctis testibus didicimus eos, qui talium Spirituum molestias sustinuerunt, cum alijs locis nullis tuti essent, sacris tutos fuisse.

12. Atq; ita se rem habere existimamus vt plurimum; vt humani, non Dæmonum sint Spiritus, qui sacris locis obseruantur. Contingere nihilominus, sed rarius potest, vt his etiam molesti sint Dæmones. Pro quo duo nobis suppeditat exempla Cæsar Baronius, Tom. 5. & 6. Historiæ Ecclesiasticæ. Vnum sub annum Domini 415. refert accidisse in Ecclesia quadam Alexandrina, quæ olim famosissimum idolis animum fuit; quamuis enim hæc Christo à Theophilo Alexandrino consecrata esset; infestationes tamen Dæmonum sustinuisse, donec in eandem illatæ sunt Reliquiæ S. S. Marci Euangelistæ; Cyriacq; Ioannis, docent acta eorundem Martyrum, in posteriori Niceæno Concilio cognita & à S. Ioanne Damasceno comprobata. hoc Tom. 5. Alterum sub annum Domini 471. accidit Gennadio Constantinopolitano Episcopo ante ipsius obitum. Cum ille noctu ad altare Sacrificij orans astaret, & preces ad Deum funderet; Spectrū dæmoniacum ei apparuit; quod ille protinus signo crucis, veluti

immisso telo fugauit, cumque recederet, hæc est humana voce locutum: *Abeo, & te viuentem quiescam: reuersurus post obitum tuum, & modo omnibus euerfurus Ecclesiam.* Hoc Tom. 6. ex Theodoro Lectore, Collect. lib. 1. & Nicephoro lib. 15. cap. 23. Duobus histertium adiungimus, ex vitæ S. Dominici lib. 3. cap. 12. desumptum. Mandauerat vir Sanctus suis; ne post vltimum campana datum signum in Templo hærerent. Mansit tunc Monachus formam indutus Diabolus, vt præceptum viri sancti transgrediendo, ab eodem tanquam immorigerus frater reprehenderetur; silentiique; leges, quas summa cum religione vir sanctus colebat, violaret. Nec Spas fessit Nequam Spiritum. reprehensus enim mox subrisit, & silentij leges violatas Dominico obiecit.

13. Atque hæc de *sacris* locis. An quoque locis *desertis* & *cultis* humani atque Dæmoniaci Spiritus distinguuntur? Probabile id admodum est. *Verisimile prorsus est, qui desertis locis, & ab hominum vsibus alienis tumultuum & turbam sunt authores, Dæmones esse; non humanos Spiritus.*

14. Huius hæc argumenta sunt; quod & qui similibus locis infesti fuerunt, pro Dæmonibus habiti sint; & multis indiis se Dæmones esse insinuarint: & præterea nulla ratio sit, ob quam iis locis humanos Spiritus vagari atque degere credi debeat.

15. Pro *Dæmonibus* habiti sunt, quicumque in vastissima eremo mellesti fuerunt Antonio, atque Paulo, primis eremi cultoribus; quorum B. Hieronymus meminit. quicumque in eadem eremo noctis quietem interturbantur Monachi; quorum studium atque pietatem commendat Cassianus. quicumque in fodinis metallicis repti sunt, &c. de quibus nos superius.

16. Sed & *certis* indiis se probant Spiritus Dæmoniorum esse, qui dictis locis obseruati fuerunt. alius peregrina forma: vt qui Antonio factus est obuiam, fronte cornibus asperata alius morum & gestuum leuitate; vt cytharedus in extremis finibus Finlandiæ, alius morte & nece hominibus allata; vt Spiritus Annebergicus. alius simulato brutorum animalium clamore; vt qui vel leonis rugitum, vel serpentum sibilum, vel taurorum mugitum aliquando edidit, &c.

17. Huc accedit, quod Raphæl Angelus apprehensum Dæmonium religauerit in deserto superioris *Aegypti*, tanquam loco sibi conuenienti, tob. 8. Et quod Dominus doceat eiectos Spiritus ambulare per loca arida, ibidemque requiem querere, & non inuenire. Hæc scilicet deserta sunt loca, quæ Dæmonibus arida dicuntur & in-

quieta, quod in ipsis materia hominum generi incommodandi, quæ semper expetunt, non suppeditetur. Ita Abulensis in ri. Matth.

18. *Cur etiam desertis locis versarentur humani Spiritus? An vt his peccatas debitas persoluant? At ad hoc ipsis seruiunt purgatoria atque infernalialia loca. An, vt diuinæ iustitiæ dent testimonium, illis ipsis, quos sustinent, cruciatibus? At hæc hominibus, qui iisdem iuari possunt, non lapidibus atque arboribus; non feris atque brutis animalibus, quæ locis desertis reperiuntur, sunt exhibenda. An, vt subsidia atque patrocina obtineant viuentium, & ipsorum opera iuuentur? At hæc in cultis locis, & vbi homines inueniuntur, expectari debent.*

19. Omnino viuentium causa defunctorum Spiritus ad viuos redire videntur: siue rationes ex parte Spirituum; siue ex parte Dei; cuius voluntate & dispensatione fit, vt reuertantur, petantur. Omnino igitur necesse est, vt vbi viuentes commorantur, versentur: locis cultis, & hominum vsibus seruientibus; non incultis, & ab hominum consuetudine alienis.

## CAP. XXXII.

*An ex locis morte alicuius, aut egregio facinore notatis, possint humani & Dæmonum Spiritus distinguui: & quomodo.*

1. **U**ltras locis sacris, & cultis; illa iam sunt percurrenda, quæ vel aliqua morte, vel graui facinore notata sunt. Circumspiciendum, Vtrum ex iis diiudicari possit, quæ conditio Spirituum, iis locis oberrantium: an, scilicet, humani sint, an Dæmoniorum.

2. Nam hæc, præ ceteris locis Spectris & Spiritibus infesta esse prope modum nullus est, qui ignorat. Et si exemplis agendum est, non desunt hæc, tam in locis, quæ ob alicuius mortem nota sunt; quam, vbi graua commissa crimina. Pro prioribus, vt alia omittam, est Spiritus, qui domum infestauit, vbi Cæsar Caligula interfectus est. Pro posterioribus, quod Cardanus lib. 16. cap. 93. de Rerum varietate, his verbis refert. Est inquit, familia nobilis, ac inter primas Parma, Torrellorum nuncupata Possident arcem, in qua aula est. In ea, sub camino, solet videri anum iam centum annis, quoties ex familia aliquis obiturus est. Referunt hanc anum olim fuisse prædiuitem, & ob pecunias interfectam à nepotibus suis; & in frustra diuisam, proiectamque in latrinam. Ita Cardanus.

3. Et non solum his locis Spiritus apparere, & molestos esse: verum

rūm eriam ob *peractam mortem*, aut *commiffa scelera*, moleftos effe credendum est. Cuius hoc haud leue argumentum est; quod ante peractam mortem, commiffaque scelera, iis locis nullæ Spirituum moleftiz perciperentur; posthæc illæ mex secutæ sint, & obseruata.

4. De his igitur quæstio est, An humanos Spiritus à Dæmonibus distinguant: ita, vt quicumque his locis obseruantur, vel hominum sint Spiritus, vel Dæmoniorum: an, non distinguunt; vt vtriusque promissuè possint reperiri. & reperiantur omnis generis Spectra.

5. Et, vt de prioribus primùm dicatur, *verifimile admodum est, aut humanos esse, qui ijs locis versantur, vbi aliquem mori, & ex hac vita discedere contigit: aut profecto sub humana specie Dæmones, illos homines, qui ijs locis vsuram huius vite reliquerunt, exhibere.*

6. Habet hoc quidem primùm communis omnium sensus: sed maximè probant, quæ in his Spiritibus obseruantur, *conditiones: in primis autem rationes*, quæ pro humanis potius, quàm Dæmoniorum Spiritibus militant.

7. Diximus, superius, humanos Spiritus forma deprehendi humana: & qui his locis versantur, nõ forma humana tantùm deprehenduntur; sed eandem plerunq; referunt, quæ hominum fuit, quidictis locis vitam cum morte commutarunt. Diximus humanos deprehendi ex gemitu & suspiriis: & hi Spiritus, vel gemitu & suspiriis: statum suas miseras; vel certè nullos barbaros sonos edunt. Diximus leuitatis argumenta ab humanis esse aliena: apud hos Spiritus nulla ex iis obseruantur. Diximus graua quandoque detrimenta à Dæmoniorum, non hominum Spiritibus afferri: quando vero auditum ab his Spiritibus graua damna allata esse.

8. Cùm hæc loca, post mortem solùm infesta sint; ante mortem verò nequaquam; *quid est*, quod post mortem illa à Dæmonibus infestari dici debeat, quæ antequam mors accideret, nullas Dæmonum sustinere moleftias? An fortè mors hoc se cum affert, vt Dæmonibus locum patefaciat? Quis hoc credat? Annon mori; sed perditorum hominum mores Dæmones afficiunt? At non nos perditæ vitæ morientium; sed solius mortis rationem habemus. An Dæmones fortè his locis, mortuos apud viuos cupiunt tradicere; vt non feliciam, sed miserorum loco habeantur? At hæc ratione ipsi sibi Dæmones erunt contrarii; propterea, quod his apparitionibus & Spirituum moleftiis primùm exaitentur viuientium studia, vt defunctis benè velint, & faciant; tum deinde ipsi defuncti (si quidem ipsorum conditio prorsus desperata non est) viuente

tium.

tium iuuentur pietate & charitate: quæ vtraque Dæmonibus vehementer displicent.

Omnino ad hæc loca, præ cæteris, humani Spiritus; si non omnes, aliqui certè redire desiderare posse videntur. Cùm enim illorum quidam idcirco potissimum redeant, vt humanis subsidiis iuuentur; vbi lubentius versari credendi sunt, quàm vbi prænotiora sunt remedia? vbi verò præsentiora; quàm vbi, omnium ferè opinione, humani Spiritus versantur? vbi nascuntur qui oberrant? vbi defunctorum, qui bene defunctis velunt, plerunque amici.

Et ita de prioribus locis sit definitum: de posterioribus non simplex danda responsio, quoniam loca hæc, quæ ob crimina & peccata, maculam quandam contraxerunt, vel habent criminum & peccatorum suos superstites authores; aut vite illi sunt defuncti. si vita functi sunt, probabile iis locis inforū Spiritus versari, vel Dæmones: si superstites adhuc sunt, dubium non est, quin Dæmonibus, non autem humanis Spiritibus infesta sint loca. Quatuor asserimus quatuor sunt demonstranda. Ab vltimo incipimus.

Primum *humano viuientium Spiritus non posse moleftos esse ijs locis, quæ ob viuientium adhuc scelera horrida sunt*, extra omnem est controuersiam. An hi possunt aliis esse locis, quam sua, quæ fouent & sustentant, sunt corpora? Sed quia pro hoc argumento aliàs plura dicta sunt, hic pluribus opus nõ est. Vide librum nostrum de prodigijs viuorum apparit.

Quod verò *sint Dæmonum Spiritus*, quiuis hinc facillè intulerit. Sed quam sit hoc conueniens, quia non statim omnes percipiunt, hic docemus. Et principid quidem ea est peccatorum conditio; vt non homines tantùm summis miseriis, & Dæmonum vexationi inuoluar; verùm etiam loca, vbi ipsa perpetrantur, diuinæ iræ & Dæmonum potestati subiiciat. Deinde recitantur his locis Spiritus N. quam, partim quia his Deus grauitè est offensus; partim quia iisdem ipsorum regna facta est accessio: sed, & Deus hæc loca Dæmonum infestationi exposita esse, potest videri velle, vt etiam hinc grauitatem peccatorum mortales intelligant, nouissima præuideant, & de salutaria cogitent.

*Vita defuncto um Spiritus iisdem locis versari, vbi graua crimina perpetrarunt viuentes: primùm probant exempla eorum, qui leuita peccata illis ipsis locis, vbi commiffa sunt, post mortem, dignis penitentia fructibus, expiarunt. Deinde illi, qui iisdem, ob*

S. 2

grauiam

grauia, puniti leguntur. Vtraque primum Caput suppeditat. Deī etiam bonitas atque iustitia hanc rem reddit admodum probabilem. Bonitas erga viuentes demonstratur; qui miserorum Spirituum exemplo possunt, si volunt, fieri meliores. Iustitia erga ipsos defunctorum Spiritus; vt hi intelligant ex omnibus iis rebus suppliciorum suorum acerbiter crescere, quæ ipsis quouis modo dum peccarūt, seruiuerunt.

4. An verò soli sunt defunctorum Spiritus; qui locis, vbi peccata perpetrata sunt, obseruantur? *Admodum hoc probabile: verum tamen, vt videtur, non necessarium.* Probabilitatis argumenta, in priori huius Capitis parte, clara sunt. At vt soli molesti sint, infestaque loca reddant, necesse non est; quemadmodum Thesi secūda, ante hanc, euinci potest.

### CAP XXXIII.

*An, & quomodo ex Catholicorum hominum, & infidelium locis, possit colligi Spiritus, qui molestant, esse humanos, vel Diabólicos.*

1. **R**æter iam dictas, & peruestigatas, locorum differentias, alia est, quæ ex personis, loca incolentibus, accipitur: vt scilicet, quædam dicantur Catholicorum habitacula; quædam Non Catholicorum, siue infidelium. Nam cum homines omnes aut fideles sint, siue Catholici; aut infideles, siue Non Catholici; certisq; locis cōmorentur; ipsa ab his incolis loca non incongruè accipiunt appellationem.
2. Infidelium autem, siue Non Catholicorum, non vnus generis loca sunt omnia. Nec mirum. Non vnus generis infideles sunt omnes. Sunt Pagani, sunt Iudæi, sunt Hæretici. Et loca igitur alia Paganorum, vbi Pagani; alia Iudæorum, vbi Iudæi; alia Hæreticorum, vbi Hæretici commorantur.
3. Omnia hæc loca disputando percurrere possemus. Quid ni facimus? Quia non opus. Nostris sumus contenti: Hæreticis, & Catholicis. Sua examinent Pagani: sua Iudæi. Quid nobis de his, quæ foris sunt iudicare?
4. Possent forsitan videri frustra hæc suscipi inquisitio: quod Hæreticorum ab omni Spirituum infestatione liberrima dicantur; & ob id his locis Spiritus distinguere non possint; sed quia Catholicorum loca infesta sunt; propter hos omitti nō debuit. Quid, quod nec
- Hæreticorum

*Hæreticorum loca satis sint libera? Possemus hoc exemplis docere: verum, quia proferrī hæc nequeunt, nisi & loca Spiritibus infesta proderemus, & homines Hæreseos accusaremus; omiffis exempli ratione agamus.*

Quærimus quidnam Hæreticorum locis Spiritus prohibeat? An Hæreticos Spiritus refugiunt? & refugiunt Spiritus quicunq; hominum? Dæmoniorum? Quis hæc credat? quis dicat? quis profiteatur? *Quam magna consuetudo Hæreticorum magistris, cum certo quodam Spirituum genere, quorum in locorum infestatione præcipuum studium; vide caput vigesimum primum Disputationis de Dæmoniacis.*

Gentiles atque Iudæos pati Spirituum infestationes manifestum est. quid Hæreticos excipiet, qui in eadem, cum cæteris infidelibus, sunt classe & damnatione?

Vel sanctitas doctrinæ, quam Hæretici profitentur, meretur, vt à Spiritibus non impedi debeant, vt quidam dicunt: vel probitas vitæ, quam agunt: vel singulare quoddam, quo deus vult ipsos his exemptos, priuilegium. Quid horum? aut quid aliud? Non doctrinæ sanctitas. Impiissima illa est. Christi, Apostolorum, & totius antiquitatis doctrinæ aduersa. Non probitas vitæ. Nunquam cum impia doctrina vera vitæ probitas consistit. Non priuilegiū. quia quando, quare, quibus præsentibus, vbi, quo auctore concessum sit doceri non potest. Quid verò aliud?

Certum ergo sit *locas Catholicorum Spiritus infestantes perpeti.* Constitutum quoque sit, *non immunia esse Hæreticorum.* Quæramus igitur, Num ex his locis Spiritus distinguantur.

Distinctio verò quæritur, inter humanos Spiritus, atque Dæmoniorum. Num ex iisdem locis conditio & distinctio humanorum inter se, colligatur, postea erit discutiendum. Quid igitur? Suntne omnes, qui Catholicos persequuntur, aut infequantur, Dæmoniorum Spiritus? qui Hæreticos Spiritus humani? An contra, Omnes qui Catholicis molesti sunt, humani? qui Hæreticis, Dæmoniorum? An vtrique inueniuntur apud vtroscque?

Primum, *Non omnes, qui Catholicos molestant, Dæmoniaci sunt, ipsos etiam molestant Spiritus humani.* Catholici fuerunt Germanus Episcopus Capuanus, cui se aliquoties exhibuit Spiritus Paschalis Presbyter, cuius meminit Beatus Gregorius, cui fidele obsequium præstitit Spiritus in balneis. V Vormatiensium item accolæ, qui aliquamdiu sustinuerunt multitudinem Spirituum,



armatorum equitum & peditum. Et exemplis quid opus? possunt meriti esse Catholici; ut Spectris damnatorum hominum molestantur. possunt ab ipsidem subsidia expectare & petere animæ fidelium defunctorum; quæ ex hac vita piæ, sed nondum satis purgatæ discesserunt.

17. Nec soli humani Spiritus Catholicis molesti sunt. sunt ipsidem etiam Demones molesti. Quod molestias à Dæmonibus sustinuerunt er. mi cultores. de quibus cap. 26? quod alij Sancti viri? ut præsentia prætereamus? An forte fidei sanctitas, quam Catholici profitentur. à Dæmonum insidijs reddit immunes? Non reddit. Maioribus sæpe insultibus suos exponit. An vitæ probitas? hæc sæpe apud Catholicos desideratur. deinde si quando adest, studium nocendi Dæmonum exitat. An signa sacra, quæ in Christianorum sunt animis? Hæc non desunt Hæreticis, non desunt damnatis.

18. Deniq; Nec omnes, qui Hæreticos infestant, aut Dæmonum sunt Spiritus, aut humani: sed nunc Dæmonum nunc humani. Ostendimus, principi huius capituli, à Spirituum infestationibus immunes non esse Hæreticos: quod verò nunc infesti sunt Dæmoniorum Spiritus, à se ipsæ rationes confirmant, quibus ibidem vti sumus: nunc verò hominum damnatorum: persuadet societas; idemq; nocendi studium cum Dæmonibus, & his similia. Libet pro utroq; exemplum adscribere ex Casare Baronio Tom. 6. circa annum Domini 1533. Et quod Hæreticum damnati hominis spiritus terruerit, atq; molestavit, docet exemplum Isidori, Sæctatoris Seræti, autoris hæresis, quæ Acephalorum dicta est huicis qui coram Pontifice Cypho Domino alipam impedit apparuit, atq; eundem, ut sceleris, ita suppliciorum socium futurum significavit. (Vid. Cap. 38. Thefin 8.) Quod verò nec à Dæmonibus fiat tuti, docet per Ducem quendam Palatinum, & qui ipse Sauerianus, qui cum Dominicum monumentum pietatis studij intrare vellet, aliquoties ab ariet. (Dæmon is erat in forma arietis.) repulsi est: nec post confessionem quidem peccatorum, quibus se ab ingressu prohiberi existimabat, permissus est intrare: sed tum demum admissus est, cessavitq; cornu arietis, ubi abiurata hæresi, communionem catholicam se protulit. tus est esse Catholicum Hæc Baronius. Prius ex 36. cap. Prati Spiritus, posterius ex cap. 9 eiusdem Prati.

19. Maneat igitur utroq; & Catholicos & Hæreticos, Spirituum molestij. eff. expellat. Maneat utroq; & ab hominum, & à Dæmoniorum Spiritibus molestias pati. Inferamus ex utroq; loca Hæ

reior.

atq; Catholica Spiritus humanos à Dæmonibus non distinguere.

## CAP. XXXV.

An, & ex quibus temporibus humani & Dæmonum Spiritus distinguantur, illi, qui rebus viventium quandoq; intersunt.

16. **R**ia ferè sunt in tempore, ex quibus, si quæ est, distinctio inter humanos & Diabólicos Spiritus sumi debet. substantia, quantitas, qualitas. substantia temporis die & nocte continetur. quantitas in diuturnitate & breuitate cernitur. qualitas in sacris & profanis diebus.

21. Omnium harum differentiarum rationem habendam esse, in cognoscendis Spiritibus, inde videtur certum, quod ipsarum rationem etiam Spiritus habeant. de diebus & noctibus aliàs dictum est. Aliquos etiam nō diu esse molestos, docet experientia: alij contra sunt, qui diuturnitate molestiarum etiam suos domos propriis sedibus & domibus pellunt. Præterea, quia tempora apud Christianos vel sacra sunt, vel profana; hoc ipso clarum est. his vel istis temporibus Spiritus esse molestos, quo clarum est esse molestos.

3. Quid autem? substantia, quantitas, & qualitas temporis, distinctio humanos Spiritus à Dæmonibus? Nos, quia triplices temporum differentias distinximus, tribus Assertionibus, quantum consequi coniectura licet, quod res esse videtur, concludimus.

4. Prima esto Noctes & dies humanos atq; Dæmoniorum Spiritus non distinguunt. Non necesse est, illos Spiritus Dæmoniorum dicamus, qui noctibus sunt molesti: illos hominum, qui interdiu Noctibus sunt molesti. Dæmonum, & hominum Spiritus: diebus, & clara luce sunt molesti Dæmonum & hominum Spiritus.

18. Quod dicimus, clarum est exemplis, omnis generis, Spirituum. Nec assertioni contradicit ratio. Quemadmodum non ad locum; ita non ad tempus restricti sunt Spiritus. Vtraq; extra ipsos: vtraque ipsos nō attingunt. Nec luce diei indigent, ut videant, quo vadant: nec caligine noctis iuuantur, quò operatines valeant exercere.

19. Sunt hæc certa. Lucis tamen amantiore sunt; & per se appetentiore humani spiritus; si non omnes, certè purgandi: tenebrarum & noctis Dæmoniaci. Quid mirum? qui male agunt, odium lucem: Domini sententia est Ioan. 3. Et si e contrariò licet argumentari. Cùm male non agant purgandi Spiritus; non oderint lucem: In luce igitur versabuntur; quemadmodum & versati sunt in balneis illi, quorum mentionit B. Gregorius, & nos 1. cap. -

Edi

7. Est aliud pro hac re argumentum, quod Regius Propheta significet eum, *Qui habitat in adiutorio altissimi*, non habere sibi timere etiam à *Demonio meridiano*: quo insinuat Dæmones plerosque noctibus esse molestos, & quasi lucem solis vereri; quosdam tamen admodum audaces; qui, quam cæteri, lucem non refugiant; & interdum etiam homines adorantur. Ita locum Prophetæ exponunt Thalmudici, R. Salomon, & Chaldæus cum nostris, inquit Genebrardus in Psalmos.

8. Secunda Assertio. *Neg. diuturnitas molestiarum, quæ à Spiritibus affertur; neque breuitas; certorum spirituum certam & indubitatum est argumentum. Si est, quæso quanta? quorum? Diutissime molesti fuerunt Spiritus Dæmoniorum, in fodinis metallicis; quorum primo Capite meminimus. & ad centum & plures annos molesta fuit vetula, in arce Tarellorum Parmensium. Quid verò? qui longo tempore molesti esse potuerunt; non poterunt breui? breuiori? breuissimo?*

9. Nihilominus, si diuturniores fuerint molestiæ, & hominum aliquot ætates superent; *admodum est verisimile, earum auctores esse Dæmones; rarius defunctorum hominum, maxime damnatorum.* Illius rationem dixerim ex fine colligi, qui ipsis propositus est vnus; vt semper noceant, quibuscumque etiam mortalibus: huius, quod ea lege ad viuos redire permittantur hi damnati; vt iustitiæ diuinæ, sua miseria, dent testimonium: quod non ita commodè præstant, nisi eorum se aspectibus, quibus noti sunt, obijciant; vt idcirco credi possit, non diutius ipsos molestare, quam horum ætas permittat.

10. Tertia Assertio sit. *Nec sacra, nec profana tempora sibi tanquam propria, vsurpare Spiritus Dæmoniorum.* Nam & sacris possunt adesse humani, & profanis affectant Dæmones sacra, vt profanent: affectant eadem humani Spiritus (purgandi) vt facilius viuientium auxiliis iuuentur. Quærunt illi profana, tanquam sibi magis conuenientia: eadem satis humanis (purgandis) conuenientia sunt, si subsidium præstent.

11. Non eadem ratio temporum, & locorum est; vt quemadmodum per se sacra loca fugiunt Dæmones; ita sacra fugiant tempora. Alia longè est conditio locorum consecratorum; alia temporum. Sunt loca sacra consecratione summorum Pontificum; & Ecclesiæ sacris orationibus, illa Dæmonibus interduntur. Sunt tempora sacra; veruntamen nulla consecratione; nullis exorcismis: sola Dei atque hominum voluntate.

Fortè

Fortè tamen, quia non solum res sacras; sed & signa rerum sacrarum Dæmones detestantur; & quicquid demum *sacrum* redoleat; sacris temporibus, tanquam non suis: sed profanis, tanquam magis conuenientibus, insolentiores & molestiores erunt: & nisi aliunde molestandi occasiones habeant, sacris se continebunt, minusque molesti erunt. Sed vt hoc cum ratione dicitur: ita cum ratione potest negari.

Quid porro ex dictis omnibus? *Ex differentia temporum, vel nullum certum iudicium sumi pro Dæmoniorum Spiritibus, vel admodum infirmum.* Hoc tamen examen prætereundum nobis non erat, quod per se infirmum est, id cum firmiter indicijs coniunctum, robur & vires accipit, magisque persuadet.

### CAP. XXXVI.

*An ex conditione illorum Spirituum, qui, præ cæteris, certos quosdam homines persequuntur, iudicium de Spiritibus possit accipi, quod vel humani sint, vel Dæmonum.*

**D**ubium non est quosdam esse Spiritus, qui certis hominibus, præ cæteris, sunt molestiores. Illa ipsa loca, quæ ratione hominum minimum, Spiritibus infesta esse diximus, nobis in hac causa suffragantur. sed quia de hoc aliis, hic non plura. An Spiritus hi Dæmones tantum sunt? an aliquando Spiritus hominum? An semper hominum? nunquam Dæmonum?

Molestiarum, quæ ab his afferuntur: malorum item, quæ insinuant, hic rationem non habemus. Illa aliis discussa sunt locis; & quid ad spirituum discretionem faciant, demonstratum. Solorum spirituum habetur ratio. Quæritur, an qui viuentes certos insinuantur (siue graues multum sint, siue non sint, parum huius interest) Dæmones sint, vel humani Spiritus.

Et aliquando hominum esse Spiritus, qui has molestias afferunt, videtur esse extra controuersiam. Probant hoc suo exemplo Spiritus matris Neronis: Spiritus virginis Byzantinæ Cleonicæ; Spiritus imperatoris Galbæ; vt alios quamplurimos omittam, quorum i. cap. & aliis, facta est mentio.

Exemplis his facilius creditur; quod ratio, quæ hanc rem impossibilem esse doceat, nulla sit: graues autem sint cause; quæ vt quandoque fiat, egregie probent.

T

Qui

Qui pluribus aliquando molesti sunt Spiritus, an non vnum aliquem insequi possunt? Nisi fortè iis legibus diuinitus astrictos esse dicere velimus Spiritus, vt & vno tantum loco viuentibus adsint, molestique sint; & præterea nunquam molestare valeant, nisi pluribus molestias afferant: quæ quis dixerit? dicenti quis crediderit?

6. Conueniens quoque est, & iustum; vt humani Spiritus molesti sint, & homines molestiis insequantur. Purgandi enim, si ab his nulla, ab illis multa expectant solatia; an non hos insequuntur, illos deserent? Dammati, cum malè iis velint, qui ipsorum malorum fuerunt authores, & promotores; cur eisdem molestiis insequi non valebunt?

7. Veruntamen *Dæmonum Spiritus, vt plurimum, esse crediderim, qui homines insequuntur*. Causa præcipua huius est, quod quicumque insequantur, iidem ferè persequantur: persecutio verò, quamuis ab alijs esse possit Spiritibus, non tamen semper tanta, quanta plerumque affertur, esse potest: & vt possit, tamen non ad humanos; sed Dæmoniacos propriè Spiritus pertinet. quemadmodum Capite 29. dictum est.

### CAP. XXXVII.

*An ex conditione eorum, qui persequentes Spiritus patiuntur, possit colligi, humani ne sint Spiritus, qui molesti sunt, vel Dæmoniorum.*

1. **N**um hic supponimus; alterum est explicandum: tertium definiendum. Supponimus quosdam viuentium pati, præcæteris hominibus, infestantes Spiritus. Explicandum quid per conditionem hominum intelligamus. Definendum, an ex conditione hominum, qui molestias Spirituum sustinent, possit coniectura fieri, vtrum humani sint, vel Dæmoniorum Spiritus, qui molestiant.

2. *Primum illud supponimus.* & ob id plurib. persequendum non est. Exemplis abundamus, aliàs quoque idem demonstratum est: hoc iustissimis de causis fieri. Vide huius Disputationis Capita, 15. & 17. & c.

3. *Conditionem viuentium*, intelligimus statum vitæ, in quo ipsi degunt & versantur: veruntamen non quemcunque; sed qui cum improba vel honesta vita coniungitur: ita videlicet, vt mortales. dupli.

duplicis conditionis dicere possimus; alios, qui sobriè, piè, & iuste vitam viuunt Christianam: alios, qui in grauibus voluntur peccatis, & pro perditæ salutis habentur hominibus.

4. Quæstio igitur est, An ex his ordinibus, si infestantes Spiritus pati hos contigerit, deprehendatur, *Sitne humanus, qui persequitur, Spiritus, an Diabolicus*. Et forsitan, mox quis suspicabitur, malos non nisi à malis; bonos non nisi à bonis infestari: sed tamen rem exactius consideranti aliud videbitur dicendum. Nec malè.

5. Extra omnem controuersiam est *ex probis & bonis hominibus certum iudicium peti non posse*. Quid ita? Quia neque omnes, qui probos homines persequuntur, humani sunt Spiritus: neque omnes Spiritus Dæmoniorum.

6. Quàm integris moribus fuit sanctissimus Iob? quanta eius in sacris litteris commendatio? Dicitur *vir simplex, & rectus, & timens Deum, & recedens à malo*: dicitur *non similis ei in terra*: & tamen grauissimas à Spiritibus molestias sustinuit. An à bonis, & humanis tantum, homo bonus & humanissimus? Impiissimus Satan fuit, qui virum sanctissimum afflixit.

7. Sic de integritate vitæ Germani Capuani Episcopi dubitare non possumus. Dat ipsi B. Gregorius testimonium insigne probitatis: & hic Spiritus expertus est, quamuis non ita molestos. An bonus vir malos Dæmoniorum? Nequaquam: sed bonus bonos defunctorum hominum.

8. Et quid est, quæso, cur probi homines aut persequentes Dæmones pati dici non debeant; aut molestantes Spiritus humanos? An Dæmonum Spiritus ipsis malè velle non possunt? aut hominum ipsorum opera nequeunt iuari? Possunt hi (purgandos intelligo) si aliquorum; horum certè opera iuari. Possunt illi malè ipsis velle; illi inquam iuratissimi bonorum omnium hostes & inimici.

9. Ex bonis igitur distinctio peti non debet. *An debet ex malis? Debet magna*: si non absoluta & omnimoda. Dubium vix esse potest, *solos esse malos, qui malos sequuntur, insequuntur, & persequuntur spiritus: probabile admodum, ex malis, Dæmoniorum ferè esse, non hominum*.

10. *Bonos purgandorum Spiritus malis, & desperata salutis hominibus molestos esse negamus*. Quam ob rem essent? Aliorum salutis curam crederent habere, qui omnem propriæ deposuerunt? sed & hi vel non credunt Spiritus defunctorum viuentium subsidiis iuari: aut, si credunt, iuare nolunt; & si vellent, parum

eorum sæpe subsidia, tanquam dei hostium, apud altissimum Deum possent.

21. *Malos Spiritus malos homines sequi, insequi, persequi quid mirum? Sequuntur ut focij; insequuntur ut promotores; persequuntur ut tortores & carnifices.*

22. *Gaudent malorum societate mali Spiritus: facit hoc similitudo morum & studiorum. Etiam Omne animal, inquit quidam, diligit sibi simile. Qui verò omnes percupiunt à Deo esse alienissimos; possint ne eorum societatem fastidire, non expetere; qui vltro suis pravis studijs, se à Deo auertunt? Ad Dæmonum castra confugiunt?*

23. *Promouent & impiorum studia impii Spiritus. Non satis ipse est mortales esse miseros; miseros cupiunt esse miseros: miserimos. Quid si igitur his molestiis miseres reddere possunt? an sibi deerunt? Fortè nequeunt his molestiis miseres reddere. At posse, haud obscure, quæ Capite 13: dicta sunt, insinuant.*

24. *Sed & tortores his molestiis mali Spiritus se ostendunt. Hoc quidem ipsi affectant: sed magno cum consilio, Deus Optimus nunc permittit, nunc præcipit. quorundã tã insignis est improbitas atque malitia; vt etiam in hac vita debeat vindicari quod melius, quàm persecutionibus, quas mali Spiritus perditis his hominibus afferunt, demonstrari non potest.*

25. *Mali igitur Spiritus malis hominibus molesti sunt. An verò mali quicunque? an tantùm Dæmoniorum? an etiam damnatorum hominum? Et Dæmonum, & damnatorum. De Dæmonibus res clara est. Pro damnatorum hominum, sunt Spiritus Byzantinæ Virginis: matris Neronis Imperatoris; & Imperatoris Gaibæ: alios tanquam ex superioribus notos omitto.*

26. *Veruntamen, quia mali malos Spiritus potissimum patiuntur in vltionem scelerum, peccatorum, & perditæ, quæ igitur, vitæ; vt plurimum (si non semper) existimauerim esse Dæmoniorum Spiritus, qui molesti sunt, vt qui hic officium exequentur, quod sicuti ab humanis alienum est, ita ipsis, quasi proprium, tribui potest.*

27. *Quòd si forma humana Spiritus hi quandoque conspiciuntur, & illa etiam, quæ certorum hominum esse cognoscitur, quemadmodum fuit Byzantinæ Virginis, atque matris Neronis Imperatoris, illã ego simulatam dicerem, & non à Spiritibus defunctorum hominum circumferri: sed ab ipsis Dæmonibus, qui & illius sint authores, & sub illa ipsos Spiritus defunctorum, veluti in quadam imagine ostentent.*

NOTA.

De rationibus & notis, quibus distinguuntur, & cognoscuntur Spiritus humani, qui loca infestare solent.



*N*ote humanorum Spirituum à Dæmonibus distinctio petenda sit, quantum ratione & coniectura consequi poterimus, diximus: Nunc qua ratione humani (sunt enim duplicis conditionis) distinguantur, inquiremus. Nam & hos internoscere necesse est eam, qui feliciter in liberandis, à Spirituum infestatione, locis versari velit: propterea quod non iisdem rationibus cum purgandis & damnatis agendum est.

*I*n horum autem discrimine inuestigando idem, qui superius, seruandus est ordo: vt & formas, quibus apparent: & orationes, quas formant: & mala, quæ afferunt: & officia, quæ exercent, & locorum qualitates, atq; his similia scrutemur diligenter: & quid hos vel illos Spiritus, purgandos inquam, vel damnatos prodat, notemus. Res quemadmodum difficultatem habet non parvam, ita non caret sua utilitate & voluptate. Sequentia facilius intelligentur, si singula cum præcedentibus iam explicatis rationibus conferantur. sed ad rem. A forma principium instituumus.

*An, & quæ forma humanos inter se Spiritus, hoc est, purgandos à damnatis distinguat.*

1. **N**on omnes formæ Spirituum, sub quibus conspiciuntur, hoc loco nobis discutiendæ sunt: quoniã non inter quoscunque Spiritus, qui se viuientium oculis offerunt, discrimen inquirimus. Solum inspicienda est illa, quam humanorum Spirituum propriam diximus. Capite vigesimo sexto, & Vtrum, in ipsa, aliqua distinctio sit, qua humani Spiritus differant, & cognoscantur, inquirendum: propterea, quòd qua ratione solum humani inter se discriminentur, hoc loco quæramus.
2. Vnam autem formam humanam diximus, quæ humanos Spiritus prodat: illam videlicet, quæ ita humana est, vt peregrinum, & ab humana alienum habeat nihil; nullaque ratione, vel modo ab humana degeneret. Hæc enim, vt humanos Spiritus prodat; ita vtrisque communis est; & iis, qui perpetuis inferni cruciatibus addicti sunt, & qui alicubi, ob peccatorum suorum demerita purgantur.
3. Sed tamen non ita vna est hæc forma, quin discrimina & differentias multas admittat. Quemadmodum enim vna est omnium hominũ, qui viuunt, forma; & quædã in hac sunt, quæ distinguunt virum à femina; senem à iuvene; Iudæum à Christiano; ægrum à sano; ita in vna, sub qua humani Spiritus latent, forma; quæ hos ab illis distinguunt, possunt esse discrimina.
4. Quintuplicia autem hæc discrimina putauerim. vnum à quantitate petitur: alterum à qualitate: reliqua tria ex mentis affectu, cuius esse videtur indicia. primo differunt parui & magni: altero albi & nigri: tertio læti & tristes; graues & leues; truces & amabiles. Hæc discrimina vni eisdemque formæ humanæ possunt accidere. An verò omnia Spiritus discriminant? Id definiamus.
5. Quæ à quantitate differentia sumitur, Spiritus nõ distinguit. Nec paruitas damnatorum tantum Spirituum index est, & magnitudo purgandorum: nec contra, magnitudo damnatorum, paruitas purgandorum. Possunt sub forma parua esse damnatorum, & purgandorum: iidem quæque possunt esse sub forma magna.
6. Quinimò, quando in quantitate excessus est nimius, vel nimius defectus; non hominũ, sed Dæmonum latere Spiritus, aliàs docuimus.

mus. Nec malè. Quoniam cum idcirco rebus viuientium intersint humani Spiritus, vt cognoscantur; apparere ea forma credi debent. quam ipsi dum corpora vegetarunt, habuerunt; quod non nisi ex hac cognosci queant.

Qui viui procero corpore fuerunt, sub magna, mortui, dum conspiciuntur, apparet figura: qui paruo; sub forma nani. At possunt feliciter mori, & ob id non damnari, illi: possunt quoque hi. Similiter, possunt illi cum præsentis vitæ morte, mortem incurrere æternam: possunt quoque hi nani. Magnitudo igitur, siue paruitas, etsi humanos Spiritus distinguat quandoque à Dæmonibus; non tamen humanos inter se distinguit.

Dissimilitudo qualitatis in forma, plurimum valet ad diiudicandos Spiritus humanos. Pro purgandis, nisi nox candorem vultus obnubilet, magnum argumentum est color albicans; siue natiuus, quem viui habuerunt: pro damnatis militat niger, clara præsertim in luce: Non idcirco solum, quia communis id hominum habet sensus; verum etiam, quia vt niger damnatis Dæmonibusque conuenit, & sub hoc frequenter damnati conspecti sunt: ita albicans conuenit bonis, beatisque; & sub hoc conspecti, qui purgatorios ignes sustinuerunt. Seruit hic exemplum. Isidori, quod ex Euirato in Prato Spirituali, Capite 39. refert Cæsar Baronius Tom. 6. fol. 625. circa annum Domini 513. Isidorus hic genere Meliticiensis, Monachus fuit Monasterij Philoxemes in emporio Cypri Dade dicto. & cum Seueriani dogmatis aliquando fuisset assertor, vxori Catholicæ, quæ clam ipso communicauerat, sacram communionem per vim indignabundus, guttur eiusdem præmens; extorsit, indigneque tractauit. Sed statim coruscationem hostia sacra diffundente peccatum suum agnouit: post biduum verò, paratum sibi supplicium intellexit per Spiritum hominis damnati talem, qualem iam descripsimus. Rem refero ipsius verbis: Post biduum, inquit Isidorus, aspicio virum, quasi Aethiopem, semicinctis vestitum, dicentemque mihi: Ego & tu simul in vnum supplicium condemnati sumus. Et ego ad eum: Tu, inquam, quis es? Respondit: ego sum, qui conditorem Dominum omnium, Iesum Christum, in maxilla percussi passionis tempore. Hæc ibi.

Tristis, lætaque forma vtrisque Spiritibus communis est. quamuis enim damnati, iustiore tristitiæ causam habeant, & tristem vultum formandi non tamen sua carent tristitiæ purgandi; ob graues, quos ipsi, quocunque etiam loco agant, sustinent dolores, & cruciatus.

ciatus. Nullum igitur hinc iudicium de Spiritibus sumi potest.

*Trux vultus omnino conuenit damnatis: amabilis purgandis. Sed an ille damnatis tantum; & non etiam purgandis: hic purgandis tantum; & non etiam damnatis? Quamuis hic iudicium præcipitare temerarium sit: propterea, quod etiam beati Spiritus cælestium mentium truces quandoque vultus formarint, & Dæmones formarint amabiles & Angelicos: facillè tamen mihi paterer persuaderi solis damnatis truces, solis purgandis amabiles, aut certè non truces conuenire, propterea, quod cur truces purgandi; cur amabiles damnati simulent, causas non habeant.*

*Gravitas & leuitas, quam exterior forma quandoque secum affert, Spiritus humanos non distinguit. Sed tamen status & conditio Spirituum purgandorum potius gravitatem postulat, quam leuitatem; quam etsi præ se ferre possint damnati; vt tamen præ se ferant, nulla cogit necessitas.*

## CAP. XXXIX.

*An, & qui strepitus, atque gemitus prodant humanorum Spirituum conditionem & statum.*

**1.** *Aperte vigesimo septimo ex iis, quæ à Spiritibus fiunt, & hominum auribus percipiuntur, hoc propemodum solo distinximus humanos à Dæmoniorum Spiritibus; quod suspiria, gemitus, fletus, lachrymationes, si non semper, per sepe humanos Spiritus prodant. An verò hæc humanis vtrisque tam purgandis, quam damnatis, communia: an his, aut illis propria?*

**2.** *Purgandis esse propria fortè quis inde coniecerit; quod opis & subsidiorum videantur quædam esse imploratio; quorum soli purgandi Spiritus participes esse possunt. verùm ad dånatos quoq; pertinere insinuat primùm (vt alios omittam) Christi oratio, qui in inferno docet futurum fletum, atque stridorem dentium. Tum deinde probat Spiritus Galbæ imperatoris, vtique damnati hominis, cuius ingentes gemitus aliquoties cum maxima sua molestia, obseruauit Imperator Otto. Tertio confirmant illi Spiritus, qui eiulatu & stridulo vocis sono, domum compleuerunt, quam Romæ inhabitauit Alexander ab Alexandro.*

**3.** *Interim tamen quamuis vtrisque gemitus, eiulatus, atque suspiria sint communia; purgandorum tamen hominum propria quis non*

*malè dixerit illa, quæ sine vlla impatientia significatione eduntur; & nihil, quod apertè damnatorum Spiritus prodant, continent.*

**4.** *Suspiria ducant damnatorum Spiritus, lachrymentur, fleant, eiulent. duo ferè semper sunt, quorum aut alterum, aut vtrumque ipsos prodit; impatientia scilicet, quam ipse gemitus atque eiulatus secum affert; vel aliud quid, quod purgandis Spiritibus tribui nequit.*

**5.** *Patientiam in luctu, suspiriis, atque lachrymis, magnum præbere argumentum, pro purgandis Spiritibus, inde clarum est; quod quamuis grauissimos cruciatus sustineant; non tamen impatientes fiunt, nec vlla impatientiæ dent signa, perfecti iam in charitate. Contrà, damnatorum Spiritus, quemadmodum impatientissimè ferunt quæcunque sustinent supplicia; ita impatientiæ suæ non raro dant testimonia clarissima.*

**6.** *Mouum verò, quod de purgandorum patientia diximus, videri non debet. quia cognoscunt & iustissimas esse, quas persoluunt pœnas: & à clementissimo parente ipsis, tanquam charissimis filiis, infligi: & finem breui habituras: & in summum, æternumque gaudium esse conuertendas.*

**7.** *Impatientiæ porrò patientissimi cur darent signa? & mortalibus darent, quorum ipsi, lachrymis atque suspiriis, opem implorant? sufficit ipsis, si miseriam suam explicent. hic multis impatientiæ argumentis indigent.*

**8.** *Nec ob id impatientes habendi sunt, quod à pœnis liberari desiderent: vt insptè quidam argumentantur. An etiam Christum impatientiæ accusabimus, dum à se petiit transferri passionis calicem?*

**9.** *Sic de impatientia damnatorum certa res est. Non volunt agnoscere iusta esse sua, quæ, pro peccatis, patiuntur supplicia. Et, quamuis iusta agnoscerent, odio tamen haberent implacabili, tum Dæmones, qui supplicia infligunt, tum Deum, pro cuius voluntate atque imperio infligunt. Et si hæc non essent, vel id eos impatientes redderet, quod nec fructum suorum suppliciorum vllū sperent; nec ipsorum vllum in omnem æternitatem expectent finem. Qui verò tot de causis impatientes sunt; impatientiam suam possunt dissimulare? simulare patientiam?*

**10.** *Hinc est, quod quicumque obseruati sunt Spiritus purgandi, non modò nulla impatientiæ; sed multa quoque dederint patientiæ signa. quemadmodum inter alios illi probant; quorum meminuit B. Gregorius. Contrà, illi, qui damnati fuerunt, cum eiulatu*

& suspiriis coniunxerint clamores, rugitus, aliaque impatientie haud leuia argumenta.

CAP. XL.

An, & que oratio humanos inter se Spiritus purgandos, inquam, à damnatis distinguat.

1. Diximus capite vigesimo octavo Orationis multas esse species; sed quæ humanorum Spirituum sit propria, vnam esse, boni petitoriam. Nunc ytrum in hac aliquid sit, quod humanos inter se differre faciat; & purgandos, vel damnatos prodatur, inquirimus.

2. Esse, quidam negare possent: sed tamen qui penitus orationem petitoriam inspexerit; & quas condiciones habere possit, attenderit; non malè dixerit, aliquam inueniri, qua purgandos Spiritus prodatur. Illa est, quæ & boni proprij, est petitoria, & peccati sordibus inquinata non est.

3. Bene hæc dici, clarum erit, si duo demonstrauerimus. Alterum est, purgandorum Spirituum orationem esse proprij boni petitoriam; damnatorum non item. Alterum, purgandos peccare non posse; damnatos non posse non peccare. His duobus fundamentis. Assertio nostra incumbit.

4. Primum conditio Spirituum, qui apparent, confirmat. Propositum est purgandis, vt viuentium auxilia, & subsidia obtineant, eorum suffragiis iuuentur. Quod si igitur aliquid, hoc præcipuè oratione sua quærent. At damnatorum alia conditio. Sciunt misereri nihil se subsidij à viuentibus obtinere posse; nullam habere spem remissionis pœnarum, quas sustinent; cur igitur seridò viuentium operam implorare dicendi sunt?

5. Alterum omnium propemodum Theologorum habet sententia. Docent illi fieri non posse, vt purgandi Spiritus peccatum aliquod committant. Docent damnatos non posse non peccare. An fortè errant omnes?

6. Scimus Lutheri esse assertionem, quod qui in purgatorio degunt, peccent continuò. Sed apud nos plus omnium, quàm vnius Lutheri valet authoritas. Si continuò peccant purgandi; quis tandem purgatorij finis? Neq; enim vnquam plagarum modus & finiserit; si nullus sit finis & modus delictorum.

7. Quomodo peccare dicendi sunt, quibus facultas nulla est; vt quicquam

quicquam, quod ad gloriam, aut vitam æternâ illis profit, faciant? An fortè etiam in illa vita mereri contingit? Præsens vita sementis est, non futura. Cum nox venerit, inquit Dominus, nemo poterit operari, Ioan. 9. Qua seminauerit homo ( hac in vita, vbi sementis tempus) hac metet, Galat. 6. Non poterimus villicare, vbi semel in fine vitæ villicationis ratio fuerit reddita. Lucæ 16. Sed & ad bonorum operum exercitium ita nos hortatur Sapiens, Ecclesiastici 14. vt significet in futura vita illa locum non habere. Ante obitum tuum, inquit, operare iustitiam: quia non est apud inferos inuenire cibum; & alibi Ecclesiastæ 9. Quodcumq; potest agere manus tua, instanter operare: quia nec opes, nec ratio, nec sapientia, nec scientia est apud inferos, quò tu properas.

B. Cyprianus, Sanctissimus Martyr, sermone 4. qui est de Mortalitate, etiam hanc ob causam dicit prodesse mortem, quòd à peccandi periculo liberat; cui, quamdiu in hoc præsentis vitæ spacio decurrimus, expositi sumus: Non displicet sententia Martyris Magno Augustino. Eandem his verbis refert, Libro de Prædestinatione Sanctorum cap. 14. Hæc, inquit, atq; huiusmodi, Doctor ille, sententijs in Catholice fidei luce clarissima, satis aperte quæ testatur, vsque ad huius corporis depositionem peccandi pericula, tentationesque metuendas: deinceps nulla iulia quemque esse passurum. quod et si non testaretur; quando de hac re Christianus, quâviscunque, dubitaret? Ita Augustinus.

Ceterum, vt purgandi peccare non possunt, ita non possunt non peccare damnati: Hoc quamuis non ita, vt prius illud, extra omnem controuersiam videatur; verò tamen est magis simile, ob odium, quo acerbissimo Deum persequuntur: & authores insignes, qui hanc sententiam defendunt. Inter quos haud postremus est Dominicus Soto in 4. dist. 10. q. 1. ar. 4. & 5.

Fortè & hoc insinuat Regius Propheta, dum Psal. 73. superbiam eorum, qui Deum oderunt, docet ascendere semper. Qui enim Deum magis odio habent damnatis? Si verò superbia eorum semper ascendit; quomodo non peccat semper? Semper bene faciunt, qui sunt in cælo, beati: semper malè faciunt, qui sunt in inferno, damnati. Non volent illi quicquam mali facere, quod Deum offendant: quia Deum amant. Non volunt hi quicquam boni facere, quod quouis modo Deo placeat: quia Dei capitales, & iurati sunt hostes. Vide pro hac re, Tom. 2. Ludouici Molinæ; in 1. partem D. Thomæ, circa art. 2. quæst. 64.

Hæc cum ita sint; cum purgandos deprecatoria deceat oratio, damnatos non item: Rursus, cum non possint peccare purgandi

Spiritus; & non possint non peccare damnati: omnino necesse est, ut si quam orationem edant Spiritus, quæ & boni contineat precationem; & nulla peccati labe sit resperla; *purgandos Spiritus, non autem damnatos eandem demonstrare.*

12. Interim tamen *admodum difficile est iudicium hoc, quod ex oratione sumitur.* difficillimum est ex hac Spiritus humani conditionem colligere. *Quare?* quia difficillimum est, utrum peccati labe oratio careat, an illa infecta sit, deprehendere.

13. Quoties impositum est mortalibus ficta oratione à Spiritibus? Quot sunt, qui, specie orationis decepti, cum putarent esse purgandas animas, & bonos Spiritus, qui secum agerent; deprehenderunt tandem esse versipelles? malos? nequam? *Dæmones?*

14. Difficultatis huius ratio ex eo pendet; quod oratio per se sanctitatem & pietatem non habeat; sed omnem à mente ipsorum, quorum interpres est, accipiat: mentis verò ea sit conditio, ut non semper se oratione prodat: nunc aliud velit, aliud oratione significet: nunc sonet pietatem, foueat autem impietatem, &c.

15. Est igitur difficile iudicium, quod ex Spirituum oratione sumitur. *An etiam impossibile?* Non hoc dixerim. *Tria* putarem esse, quæ si in oratione inueniantur, probabilem coniecturam faciant, ipsam simulatam non esse, hoc est, vitio carere; & ob id purgandorum Spirituum esse indicem.

16. *Primum est, si aperte, & ex suo genere, ut vocant, mala non sit; hoc est, nec in Dei cedat iniuriam; ut est illa, quæ cum blasphemia est coniuncta: nec proximo incommodet, ut in detractione, conuitiis, contumeliis, malis imprecationibus, turpiloquio & caccidit.*

17. *Alterum, si non solum ex genere suo mala non sit; sed quoque sit bona: qualis est, qua vel Dei promouetur honor; vel nostrum aut proximorum emolumentum. Prioris generis erit, si ad Deo sacrificium offerendum hortentur Spiritus: Posterioris, si ad elemosynam pauperibus erogandam, aut sibi auxilium præstandum inuident.*

18. Veruntamen hoc nequaquam sufficit; propterea, quod bona etiam malè fieri possint. Deprehensum est certis exemplis malignos Spiritus fuisse, qui viuientium orationes postularunt. Petrus Marmorius in Gallia narrat Confollenti, ad Viennam fluuium, anno 1478. fuisse Spiritum, qui animam defunctæ se esse prædicasset; eundemque gemitibus, clamoribus, & querimoniis omnia complectente; monuisse etiam habendas preces, peregrinationesque obsecundas; præterea res veras plurimas reuelasse: sed qui tandem sit

prodi-

proditus esse Dæmon; cum dicenti sibi cuidam: *Si vis tibi haberi fidem, dicito: Miserere mei Deus, secundum &c.* respondisset, *Hoc à se fieri non posse.* Ita Bodinus lib. 3. Dæmonom. Capite 6.

Necessaria est igitur præter dicta, *intentio recta*, ut scilicet, id, quod petitur, eo sine petatur, quem natura sua postulare videretur. quemadmodum enim peruersius operantium animus omnia alia opera; ita orationem Spirituum, qua etiam recta petuntur, *corrupt* rumpit; adeoque efficit; ut recta non rectè, sed malè petantur.

Intentio hæc, cum ex aliis, tum ex duobus maxime deprehenditur. Vnum in *ratione* petendi; alterum in *forma* orationis continetur. Sæpe ex ratione petendi; sæpe ex orationis forma innotescit petentis animus. Potest Spiritus viuientium orationes atque suffragia postulare; qui tamen si rogetur, petat in Christi nomine, statim illud sit recusaturus. Potest etiam propter Christi merita, vel Christi nomine petere; sed ea loquendi forma; ut non tam petere, quam non petere, ab auditoribus iudicetur.

Quando igitur non mala, sed bona peterent Spiritus à viuentibus, peterentque sibi conuenientia: peterent per Christi merita: & oratio nullam ironiam contineret, nullam leuitatem ostenderet, omnino illam dicerem peccato carere, atque idcirco non damnati, sed purgandi alicuius Spiritus esse.

Ex dictis colligitur, quam *multiplices* esse possint damnatorum Spirituum orationes. Primum illa damnatorum erit, qua nihil petitur; sed vel præsentia, vel præterita, vel futura tantum referuntur. Deinde illa, qua quidem aliquid petitur; sed tamen perniciosum. Rursus illa, quæ etsi specietenus contineat petitionem honesti; reuera tamen est praua: quia Christi nomen atque merita excludit. Denique illa etiam, qua quamuis Christi nomine aliquid peti videatur, si sonum, quem auribus percipimus, attendamus, non tamen peti forma pronunciandi, prodit.

Et quamuis hæc orationes omnes damnatorum hominum esse possint: non tamen *solorum sunt hominum damnatorum.* Omnes, qualescunque tandem sunt, possunt esse Dæmonum. Atque hoc est, quod secundo loco probandum hoc Capite

susciperamus. Verum, quia hic omnium pro nobis sententia est, finem Capiti imponimus.

CAP.



*An ex malis, & molestiis, quæ ab humanis Spiritibus afferuntur, cognosci possit: quæ sit conditio humanorum Spirituum, qui infesti sunt.*

**1.** **Q**uemadmodum difficile fuit Capite 29. ex malis, quæ afferuntur per Spiritus, humanos distinguere à Dæmonibus: ita haud minus difficile, ex *ijsdem* inter se distinguere humanos. Quia tamen *molestia* tantum videntur humanis Spiritibus relicta; & mala *graviora*, Diabolis authoribus, accidunt: fortè, si *molestias*, quæ à Spiritibus excitantur, penitius introspeciamus; aliquam, quæ humanos Spiritus inter se (sed tamen non à Dæmonibus) distinguat, inueniemus differentiam. Vtrumque præstemus, posterius prius.

**2.** *Molestiarum nullam esse, cuius Dæmones auctores esse nequeant*, nullus negauerit, qui Dæmonum conditionem probè perspectam habuerit. Liberi sunt arbitrij Dæmones; & ita quidem, vt cum libero eorum arbitrio egregia virtute, protestateque polleant. quæ igitur potestate instructi sunt; possunt molestias excitare: quæ libero arbitrio pollent; possunt excitare quas volunt, magnas, paruas, perniciosas, non perniciosas.

**3.** Et si exemplis hic agendum est, possumus producere alia, quibus doceamus maximos tumultus ipsis Architectis excitatos esse: alia etiam, quibus leues, & ludicras quasi molestias. Quod hic possunt humani Spiritus; non poterunt viribus præstantiores, Spiritus Dæmoniorum?

**4.** Habent igitur hoc commune Dæmones cum Spiritibus humanis. *Vtrique leuiter molesti esse possunt*. Frustra igitur, ex molestia, ipforum distinctio petitur.

**5.** Veruntamen si molestias iam *constet* ab humanis proficisci Spiritibus; licebit *alicunde* conijcere, non purgandos; sed damnatos esse Spiritus: & rursus esse purgandos; non damnatos, à quibus ipsæ afferuntur.

**6.** Et damnatos prodet primò, si cum molestia allata, *ad peccatum aliquod excitentur viuentes*, qualecunque etiam illud sit Hoc enim cum à purgandis Spiritibus sit alienissimum, quemadmodum superius capite quadragesimo, Thesi 6 7. &c. probatum est; non alios, quam damnatos Spiritus, potest habere auctores.

Deinde

Deinde prodet eosdem *leuis atque scurrilis gesticulatio*, cum molestia coniuncta. Quis hanc in purgandos Spiritus dixerit conuenire; quorum illa conditio est, vt, quo Deum offendant committant nihil.

Prodet tertio damnatos, si molestiam non aliam ob causam, quam vt *viuentes vexentur*, & ad vexantem nulla utilitas redeat, suscepta deprehendatur. Nequit illa à purgandis Spiritibus esse; vt quibus, non vt molestant tantum, sed vt sibi molestia consulant, nonstraque patrocina obtineant, propositum est.

Produnt hæc damnatorum Spiritus. At purgandos illa solum molestia, *quæ leuitatis habet nihil: ad nullum incit at peccatum: & hoc solo nomine suscepta est*, vt *viuentes habeantur attenti*, Spiritus conditionem, miseriamque cognoscant, & subsidijs iuuent.

### CAP. XLII.

*An obsequia quedam à Spiritibus præstentur, ex quibus conijci possit discrimen inter humanos Spiritus.*

**1.** **Q**uæ acilis est ad id, quod hoc Capite quæritur, responsio. Quæritur, sitne aliquod discrimen inter obsequia, quæ à Spiritibus præstentur viuētibus, quod humanos inter se distinguat. Respondetur *nullum esse*. Causa huius ex *ijs*, quæ Capite trigesimo dicta sunt, in promptu est. quia, vt ibidem diximus, nulla sunt obsequia, quæ humanorum Spirituum ita propria sunt, vt non etiam Dæmonibus illa conueniant, aut à Dæmonibus valeant præstari. Cum verò ea debeat esse obsequiorum, quæ humanos Spiritus distinguant, conditio; vt primum humanis Spiritibus *tantum* conueniant; nõ autem Dæmonibus: tum deinde eosdem inter se distinguant: si propria nulla sunt; quomodo distinguantur?

**2.** Hoc quamuis ita sit: quamuis *hic* certi minus constitui queat, quam in iam dictis discernendi rationibus, vna tamen Obsequia sunt; quæ quod ab humanis sint, & quidem certis Spiritibus, certum est: licet interim ex his de Spirituum conditione, in particulari, certum iudicium ferre temerarium sit, (coniectari licet) propterea, quod, in particulari, conditionem Obsequij perspicere sit difficillimum.

**3.** Assertio hæc *quatuor* constat membris. Primum est, esse aliquod obsequiorum genus, quod humanis tantum Spiritibus conueniat.

ueniat. Alterum, hoc Obsequiorum genus certos proderet Spiritus, purgandos scilicet. Tertium est, difficillimum esse cognoscere hæc

4. Obsequia, dum à Spiritibus præstantur. Quartum est, ex circumstantiis quibusdam & accidentibus, posse aliquam de iis coniecturam fieri. Omnino ostendimus.

*Esse aliquod Obsequiorum genus, quod non nisi humanis Spiritibus competat, docent illa officia, quæ per se honesta sunt, & nullius circumstantiarum accessione vitium contrahunt. Nam & talia quædam inueniuntur; & à Spiritibus possunt præstari: & authores non possunt habere Dæmones. Omnino igitur necesse est, vt humanos prodant Spiritus.*

5. Quid hic dubium? *Aut alia inueniri Obsequia?* At hæc non negauerit, qui se Catholicum haberi velit. Et profectò, nisi omnia, quæ fiunt, peccata dixerimus: nisi Deum ad peccata mortales hortari impie facti fuerimus: nisi velimus afferere, nullam nobis esse impostam necessitatem aliquid bene agendi; oportet concedamus, similia Obsequia inueniri.

6. *An fortè à Spiritibus hæc fieri nequeunt? Cur quæso? Fortè semper Spiritus peccant? at quis tunc finis erit purgatorij? Fortè licet non peccent semper; hæc Obsequia præstare nequeunt? at præstant etiam his maiora. Qui Deum possunt laudibus celebrare, vt celesbrant: qui persolunt, quia meruerunt, pœnas: qui rebus humanis sine peccato interfunt; cur necessariò peccant, si sua hominibus Obsequia offerant & præstent? cum & nulla lege hæc ipsis sint prohibita; & non hominum cedant commodum atq; emolumentum.*

7. *Quod verò hæc obsequia Dæmonum ministerio non exhibeantur, clarum est. Quæ à Dæmonibus proficiuntur; vniuersa; vel talia sunt, vt per se, & ex natura sua, reprehensionem mereantur; vel quamuis ex se bona sunt, intentione tamè & volûtate peruersa operantium deprauantur. Nihil est, quod Dæmones possint præstare bene. nullum obsequium exhibent Nequam; quod, quamuis sanctissimum in speciem appareat, non æternis, infernalibusque suppliciis sic dignum.*

8. *Quid hinc sequitur? quid? Illud ipsum, quod primo Assertionis nostræ membro continetur; esse quædam Obsequia, quæ non nisi humanos Spiritus authores habet: illa scilicet, quæ per se honesta sunt, nec vllius prauæ circumstantiæ accessione fœdantur.*

Cæterum, quemadmodum hæc Obsequia Spiritus hominum distinguunt à Spiritibus Dæmoniorum; ita eodem modo produnt conditionem humanorum Spirituum: produnt, inquam, purgandos Spiritus.

ritus. Atq; hæc secundum est Assertionis membrum. Et quidni proderent? Necesse est, vt eum humanorum sint Spirituum; vel sint purgatorum, vel damnatorum. At vt horum sint, dici non debet. eadem horum, quæ Dæmonum est conditio; vt bene agant nihil; peccent in omni tempore erunt igitur purgatorum Spirituum

*Difficillimum tamen est hæc Obsequia discernere; quod plurima sint, quæ ad ipsa requirantur, quorum quamuis aliqua, quæ sensibus obuia sunt, capiamus & probemus; tamen illa, quæ sub sensum non cadunt (quæ tamen & ipsa ad integritatem operationis, si bona esse debent, necessaria sunt, vt sunt fines, qui agentibus propositi esse solent) non percipimus.*

Magna horum finium vis est, magna potestas. Nullum est opus ex genere suo, suæque natura ita perfectum & absolutum; quod hi alicui finis non deprauent. Nullum, quod tanta emolumenta, vel rebus publicis, vel priuatis hominibus affert; quod reprehensione careat, si peruersus sit operantis animus, sine sunt, qui coronant opera.

Hi fines etiam Obsequiis, quæ à Spiritibus præstantur, se inferunt. etiam Obsequia, quamuis ex se honesta sint, prauè & peruersè fieri possunt, quomodo vero? quia possunt à malis afferri atque exhiberi Spiritibus; quorum, vt ingeniu nequam; ita prauis agendo fines. Vt propterea optimè à nobis tertio loco, sit dictum, difficillimum esse de obsequiis, qualia sint, iudicium ferre.

Quamuis autem præcipitare hic iudicium, temerarium sit; & leuis animi certum ferre: aliqua tamen sunt, quæ probabile testimonium quandoque his obsequiis, quod recta sint, & culpa careant, præbeant.

Inter alia verò præcipuè sunt tria: humilitas, constantia atque grauitas. Si Obsequia, ex se alioquin honesta, cum humilitate constantia, atque grauitate coniuncta sint, verisimile est culpa ipsa vacare.

Per se hostes & inimici sunt bonorum operum, & Obsequiorum honestorum mali Spiritus: Vt humilia exerceant, superbia eorum, quæ semper ascendit, non patitur. Et vt semel, atque iterum aliqua exerceant in specie humilia; vix poterunt adduci, vt in iisdem sint constantes. Et vt constantes sint etiam;

vt tamen à leuitatis & nequitiae indicibus abstineant, fieri potest difficulter admodum.

*An officia quaedam otiosa & ludicra sint, quæ inter Spiritus humanos, damnatos & purgandos, distinguant.*

1. **V**ot ad quæstionem propositam respõdeatur in promptu est, si quæ Capite trigesimo primo dicta sunt, difficultatem nullam habent. Dicitur ibi officia otiosa humanis Spiritibus vel nullo modo conuenire, vel certè conuenire rarissimè, & aliquibus tantùm. Hinc planum est, ex his inter humanos Spiritus nullum discrimen petendum esse. Quid enim? poterunt ne hi Spiritus differre aliqua, quæ neque vtrisque diuersa; neque alteris ipsorum, aliqua ratione conuenit?

2. Atque hoc insinuasse suffecerit. Verùm quia duo sunt, quæ fundamentum assertionis nostræ euertunt, hæc dissoluenda sunt; præsentī Capite, priusquam ulterius progrediatur oratio. Vnum est, quod (vt Olaus magnus refert lib. 3. cap. II. Histor. Septent.) ludum & concentum nocturnorum Spectrorum in partibus Aquilonaribus, incolæ credant excitari ab animabus, quæ se corporeis voluptatibus, dum viuerent, immerferunt. Alterum, quod hastiludia, & congressus bellici, in agro VVormatiensi, de quibus Thef. 20. non videantur, nisi humanos Spiritus habere authores: quemadmodum primùm quidem ipsorum probat confessio: tum deinde oratio, qua viuentium subsidia atque preces implerantur.

3. Veruntamen assertioni nostræ nihil hæc obsunt, quoniam vel officia hæc fuisse otiosa negandum est: vel, si id concedatur, negandum hominum Spiritus fuisse, à quibus sunt patrata, & exhibita:

4. Atque vt de Spectris Aquilonaribus primùm dicamus, non negauerim ludicra & otiosa esse officia, quæ præstiterunt; negauerim verò humanos esse Spiritus, à quibus illa præstantur. Loca, quibus hæc officia præstantur; personæ, in quarum præsentia præstantur; effectus denique, qui absolutis choreis in adusto gramine deprehenduntur, pro Dæmonibus magna præbent argumenta: vt de officijs ipsis nihil dicatur.

5. Nec multitudo contrarium opinantium contrarium suadere debet. Quot apud Aquilonares populos sunt superstitiones? Idem illi populi (eodem Olao teste, lib. 2. ap. 3.) submersorum; & violento casu occisorum animas volunt errare in præmontorio Icladie, illo, quod instar Aethnæ, perpetuis ignibus æstuat. Vnde hoc illorum

Illorum iudicium? An violenta morte occisi, erant post mortem in terris omnes? Et, vt nostrum exemplum persequamur, Vnde constat voluptatibus corporeis deditos fuisse, qui choreas Eluarum, vt vocant, ducunt?

Hastiludia, & congressus bellici, in agro VVormatiensi, vel ab officiis Otiosis excipiuntur; vel si Otiosa sunt; ab humanis Spiritibus non exhibentur. Et quamuis vtrumque probabiliter dicatur: negarem tamen potius otiosa esse; ne temerè damnare videar ipsorum authores; quàm de Spiritibus duram ferre sententiam; & officia ipsa ad otiosorum classem reuocare.

6. Neque enim quæcunq; possunt habere speciem leuitatis, leuia mox atq; otiosa existimanda sunt. Quædã in speciem leuia; possunt magnis grauibuscq; de causis fieri: ob quas idcirco seria, non leuia, haberi debeant. In horum genere hæc exercitia militaria, in campo VVormatiensi exhibita dixerim. Habet hoc diuina prouidentia, vt quandoque iis ipsis rebus, quibus à peccatoribus offensus est, peccata vindicet. Itaque quia pugnano Deo milites illi offendere potuerunt; potuerunt & hac simulata post mortem pugna, peccatum, quod pugnano perpetrarunt, expiare.

## CAP. XLIIII.

*An ex locis sacris atque profanis: item cultis atque incultis possint distinguui hominum Spiritus, per quos loca redduntur infesta.*

1. **V**o quæruntur, & vniuersalione res erit clara. Quæritur primò, Vtrum sacris & profanis locis distinguantur humani Spiritus. Secundò; Vtrum distinguantur cultis, & non cultis. Illud si explicatum fuerit, reliquum hinc, quod explicetur, erit nihil. Quomodo verò? Quia cum dictum sit, Cap. 32. humanos Spiritus, non incultis, sed cultis locis errare: si ipsorum conditio ex locorum differentia cognoscenda est, oportet in ipsis cultis locis, quo differant, aliquid inuenire. atqui hoc in proposito nihil potest esse, nisi sacrum & profanum. Ex hoc igitur, Vtrum discerni possint humani Spiritus, inquirendum.

2. Duobus verò modis, his locis, possunt distinguui Spiritus humani. Vnus est, vt alij admittantur ad loca sacra, alij ab iisdem repellantur:

Iantur: quomodo Dæmones distinximus cap. 32. ab humanis Spiritibus. Alter est, ut utriusque quidem ad sacra loca admittantur; sed hi ad illa, isti ad alia. Cum enim loca sacra *duplicita* sint (hæc enim sola nobis proposita sunt) templa siue oratoria; & cæmeteria; si hæc illis tantum tribuantur Spiritibus, ista aliis; hoc ipso inter Spiritus distinctionem deprehenderimus, quo ipsos his aut illis locis versari, atque molestos esse demonstrauerimus.

3. Quomodo igitur ad hæc loca se habent Spiritus humani? suntne qui utraque loca sacra declinant? aut si quidam non utraque, saltem declinant altera? Primum purgandos Spiritus, tum deinde damnatos examinemus; & quod coniectura consequi possumus, dicamus.

4. *Purgandi non videntur declinare Cæmeteria.* Cur declinant? An quia consecrata sunt, & sancta loca? an quia Ecclesiæ precibus & orationibus iis proscripsi? an quia negotium suum hic agere nequeunt? Sanctitas loci ipsis non repugnat. Nam & ipsi quodam modo sancti dicuntur, & perfectius multo, quam ipsi cæmeteria. Ecclesiæ precibus proscripsi non sunt, ut quæ ipsi (tantum abest, ut hæc loca inuideat) etiam propter multo præstantiora, cælestia, inquam, palatia. Et si vllibi; profecto hic suum possunt agere negotium: vbi & hominum turba frequens; & locus adorandæ prodefunctis per se inuitat.

5. *Sic à Templis hos Spiritus non abhorreere multo est veri similis.* Nam præter iam dictas causas, in templis etiam habent; quibus afficiuntur, res sacras & multas, & magnas, & varias; quæ, ut honorem Dei egregie promouent; ita non possunt non iis esse gratissimæ, qui honoris Dei, in rebus omnibus, & præ rebus omnibus, sunt studiosissimi.

6. Fortè & irreuerentiã cedit Dei; quod ad Templã, Dei inquam domos, hos Spiritus admittamus. Non cedit: Neque quicquam irreuerenter hi Spiritus agunt; neque ipsorum per se præsentia vllam potest sacris locis afferre irreuerentiã.

7. Fortè Deus vult ipsos his locis esse exclusos. Sed vnde id constat? si fines, qui Deo propoliti sunt, in horum Spirituum ad viuos reditum, attendamus, non tam his locis exclusos, quam admisos merito iudicabimus, cum etiam hic, per hosce Spiritus, possit Deus suæ clementiæ, atque iustitiæ dare argumenta; & ipsi his locis viuorum suffragiis fieri participes.

8. At sororem suam, inquit aliquis, quam diu purgatorio igne expiatur, ad limen quidem Ecclesiæ, in veste pulla peruenisse, Eccle-

Ecclesiã verò nequaquam intrasse obseruauit B. Malachias. Respondeo obseruasse quæque S. Virum, post suas ad Deum preces, eandem incandidã vestem Ecclesiã intrare, quamuis pro peccatis perfectè nondum satisfecisset. Sed siue intrauerit Ecclesiã, siue intrare nequiderit, manifestua assertioni nostræ veritas: quoniam per visum ostendebatur Malachiæ quis sororis status, reuera vero ipsa nec Ecclesiã intrabat, nec ad limen Ecclesiæ hærebat. Videndus S. Bernardus in vita Malachiæ.

Cæterum *damnatorum spiritus in Templis versari, & oberrare, molestiam parere viuentibus, vel non crediderim, vel non nisi rarissime, atque in vno forsitan casu concesserim.* Quid in Templis quod agant, habent? An viuentium ibi expectant suffragia? Desperatissimæ eorum res sunt. An sacris rebus: quarum in Templis magna copia est, recreantur? Nihil iis placet sacrum. An gaudent pietatis, quæ in Templis fiunt, exercitiis? Hæc detestantur vniuersa.

Fortè quod dicimus confirmat exemplum Valentini, viri *lib. 4. Dialog. cap. 53.* cuius corpus in Ecclesia B. Syri Martyris sepultum quidem fuit, sed mox inde extractum. *Nocte enim media, post sepulturam, inquit idem Gregorius in eadem Ecclesia facta sunt voces, ac si violenter ex ea expelleretur. Ad quas cum concurrerent custodes, duos terribiles Spiritus viderunt, quæ Valentini, ligatum pedibus, foras traherent: qui mane factò sepulchrum aperientes, corpus non intulerunt.* Hæc Gregorius Idem exemplum refert Concilium ribu Triense Cap. 71. si verò damnatorum hominum corpora Deus Templis vult esse proscripita, Templã infestari patitur ab eorum Spiritibus? Spiritibus, à quibus corpora, quam ignominiam sustinent, habent omnem?

*Vnus forsitan casus ad Templã agit damnatorum Spiritus, etiam inuitos quando, videlicet; ipsorum corpora in Templis sunt condita; & vitæ antecæta mores atque scelera postulant, ut non modò infernalibus suppliciis exerceantur; sed etiam de extrema ipsorum miseria constet mortalibus: tum, fortè iustissimo Dei iudicio, siæ vt circa sua sepulchra errent miseri, & hac ratione infelicitatis suæ mortalibus præbeant argumenta.* Hæc de Templis.

*A cæmeterijs non ita facile exiit: ludi posse videntur damnatorum spiritus.* Quid ita? Quia communis mortalium sensus est, sæpe defunctorum manes circa sepulchra versari, ebre rare centipici. Quid inde? hos scilicet, esse etiam damnatorum hominum Spiritus, qui quandoque conspiciuntur. Quo modo verò? Quia verisimile non

est, solos esse purgandos, de quibus hæc communis, & apud omnes recepta est opinio.

13. Nec est, cur hos Spiritus à *Camiterijs* excluderimus. Quam enim ob causam? An ad hæc loca redire non affectant? at ex affectu ipsorum de nullo loco iudicium ferendum est: quoniam si per ipsos stare, ad viuos redirent nunquam. Nulla ipsis grata sunt loca, quemadmodum superius docuimus. An orationibus Ecclesiæ his locis prohibentur? at dubium est, num iis quidquam cum auctoritate, Ecclesia præcipere aut mandare possit. Sed nec his locis ab Ecclesia proscripti sunt. Proscripio, quæ in locorum horum consecratione facta est, malignos solum Spiritus (Dæmones intelligo) attingit; quemadmodum ex forma, qua in proscriptione Ecclesia vitur, est manifestum.

14. Quamobrem, vt Caput hoc concludamus, ex *locis sacris*, si non perfecta & absoluta; *aliqualis* tamen differentia petitur, qua humani inter se Spiritus distinguuntur. Quamuis non *Camiterijs* differant; differre tamen videntur *Templis*: vt probabile argumentum sit, non damnatos, sed purgandos esse Spiritus, qui in *Templis* frequentius obseruantur.

### CAP. XLV.

An, & quomodo loca, ubi mortes hominum præcesserunt, & gravia peccata commissæ sunt, humanos, damnatorum & purgandorum, Spiritus distinguant.

1. **C**um Capite trigesimo tertio de locis, post mortem alicuius, infestis; infestis item ob *gravia*, quæ iisdem perpetrata sunt *crimina*, ageremus; solos propemodum ad illa, humanos Spiritus admittimus. Nunc, ne, quem hæcenus tenuimus, ordinem infringamus, An, & quomodo humanorum spirituum distinctio hinc accipi possit, dicendum est.
2. Ego verò hîc ex *duobus* maximè Spirituum conditionem deprehendi crediderim: ex antea facta vita; sed præcipuè ex vitæ termino. Cum enim hæc ad futuræ vitæ statum pertineant plurimum; omnino ex his, de statu defunctorum iudicium peti posse videtur.
3. Et in purgandorum Spirituum classe illos posuero, qui aut vitam piè, & iustè, & sobriè transegerunt; quamuis suis næuis non caruerint; aut bene beateque in Domino sunt mortui. In numero autem

autem damnatorum; qui infeliciter. & miserè ex hac vita discesserunt: siue vita fini responseat; siue à fine discrepet.

Itaque ex *uno damnatorum* spiritus deprehenduntur; infelici scilicet sine. Ex *duobus purgandorum*; sine felici, & antea facta piè vita. Et ex fine necessaria coniectura sumitur: ex vita, nisi finis aliud suadeat, probabilis

In damnatis *nam* cognoscendi rationem ponimus, *finem infelicem*. Nihil obest, quantumcunque pessimè transacta vita; modo finis sit felix. In purgandis duas, *finemq; a vita distinguimus*: Non quòd existimemus omnes ad cælestes sedes transferendas, qui bene aliquando vixerunt: (multi bonam vitam malè concludunt) sed quòd bonam vitam aut rarò, aut nunquam mors mala sequatur; vt ob id bene sperare debeamus & de iis, qui finem felicem habuerunt; & de iis, in quorum vita pietatis & charitatis argumenta claruerunt.

Quæ dicimus, extra controuersiam apud Orthodoxos sunt omnia. Quocirca pro horum confirmatione frustra hic magnus labor susciperetur à Breuitatis amatoribus. Duo verò sunt, quæ quemadmodum difficultatem aliquam habent, ita non carent suo fructu & utilitate. Primum est, *quæ vita dicatur bene transacta*: alterum, *quamnam felicem mortem existimemus*.

Prius in particulari definire impossibile est homini, nisi cui de super reuelatio facta est. Nescit homo, vtrum ipse odio, vel amore dignus sit; poterit scire de altero? At in genere non modo non impossibile; verum etiam facillè. Illa *bene transacta vita* dicitur; qua piè, sobriè, & iustè victum est. Sobrietas nos bene erga nos ipsos; Iustitia erga proximum; Pietas erga Deum componit. Itaque qui Deo, quod Deo: proximo, quod proximo: sibi, quod sibi debetur, in vita tribuunt; *ij bene vixisse* dicendi sunt.

Quod si quod dicitur, non ita intelligitur; *bene vixisse* dicantur, qui post Baptismi Sacramentum susceptum, nullo scelere lethali conscientiam commacularunt; nec quicquam, quod diuinam maiestatem offendat, commiserunt; aut si quid commiserunt, illud rursus, Dei gratia præueniente, & consequente, dignis pœnitentiæ fructibus deposuerunt.

*Felix mors* non illa est, quæ quietis & tranquillitatis est plena; quæ caret graui doloris sensu: quæ astantibus nullum incurrit horrorem; vbi plures adsunt consolantes amici: vbi insignis pompa funebris; & si quæ sunt alia. Hæc sceleratissimis possunt

esse

esse communia: sed quæ cum nulla peccati mortalis conscientia est coniuncta, & in qua nihil eorum, quæ Deus & Ecclesia postulat, prætermittitur.

10. Hinc est (vt ex contrario perspicuum fiat, quod diximus) vt primum illi *infelicem* mortem habeant; qui, quæ in vita peccata mortalia perpetrarunt, per pœnitentiam non deposuerunt. Hæc quoniam mortem præsentem animæ afferunt, animæ suam vitam non patiuntur restitui, quamdiu animam ipsa possident.

11. Deinde *infeliciter* illi obeunt, qui quamuis, quæ in vita commiserunt crimina, dignis pœnitentiæ fructibus deposuerunt; in infirmitate tamen sua, vel in ipsis mortis portis Deum grauitat offendunt, nec offensæ veniam, aut quærunt, aut obtinent. Hæc offensa, cum aliis rationibus multis accedit, tum præcipue omissione Sacramentorum diuinitus institutorum; qualia sunt post Pœnitentiam, Eucharistia atque Extrema vinctio.

12. Tertio *infeliciter hanc vitam concludunt*, qui quamuis Sacramentorum nullum prætermittat; præteritæ etiam vitæ peccata dignis pœnitentiæ operibus deponant; bonorum tamen alienorum restitutionem, quam possunt, non faciunt. Dilerta est, & vera B. Augustini sententia: *Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum.*

13. Hi *infeliciter* mori dicuntur, quemadmodum *bene viuere* illi, qui, quæ iusta, pia, & sobria sunt, perficiunt. Et vt de horum Spiritibus bene speratur, quando mortale hoc corpus deponunt, ita de illorum salute timetur, quando tumultuari, post corporis sarcinâ depositam, audiuntur.

14. *Speramus* bene de illis: quia bona principia bonos solent habere exitus. De horum salute *timemus*: quod horum peccata videntur esse *ad mortem*, quibus veniam negat Apostolus, 2. Ioan. 5. Veruntamen de neutris *certam, absolutamq.* & quæ nullam exceptionem admitrat, sententiam ferimus; quia *seruus Domino suo cadu & stat*, Rom. 14. Dominus est *constitutus iudex viuorum & mortuorum*, Act. 10. Nobis dictum: *Nolite iudicare*, Matth. 7. *Dies Domini omnia reuelabit* 1. Cor. 4.

15. Quocirca, quod diximus, *probabile* admodum est iudicium, quod ex vita sumitur & morte: *non omnino certum*. Quamuis *raro* habeat; *potest tamen* habere exceptionem. Nobis vt extra periculum sumus, bonamque spem habeamus, curandum; vt bona vita ad felicem, nos properemus mortem, vt inter bonos spiritus, cum Patre Spirituum, in resurrectionis gloria inueniamur.

CAP.

An, & quomodo Spiritus humani, qui molesti sunt, distinguantur locis Catholicorum, & Hæreticorum.

**L**oca Catholicis atque Hæreticis hominibus distincta, non quidem humanos à Dæmonum, sed tamen *humanos ab humanis Spiritibus distinguunt*. Prius ostensum est capite 34. Posterius, qua ratione dicatur, explicandum est cap. præsentis, sed breuissime.

Quando *constat* humanos esse Spiritus, qui apparent & molesti sunt; omnino *verisimile credimus*; vt, si apud Hæreticos inueniantur, damnatorum hominum sint; non verò eorum, qui igne purgatorio expiantur: *quæquam non contra*, quicumque apud Catholicos obseruantur, semper sint Spiritus purgandi. Quocirca quamuis non ex Catholicorum locis; ex Hæreticorum tamen, conditio humanorum Spirituum deprehenditur.

Pro Assertionis confirmatione pluribus opus non est. Dubium nullum est Catholicorum locis, utroque Spiritus reperiri. Vbi igitur docuerimus *Hæreticis molestos non esse Spiritus purgandorum*, finem Capiti inponemus, & demonstratum erit, *damnatorum hominum Spiritus esse, qui Hæreticos molestant*.

Et hoc finis, qui hisce Spiritibus propositus est, aperte probat. Quid *Hæreticorum locis* quærerent miseri purgandorum Spiritus, quod sciunt se non inuenturos? Viuentium, scilicet, subsidia? Aut vlla possunt sperare subsidia ab illis, qui defunctos viuentium subsidiis negant iuari?

Et hoc quidem palam profitentur omnes propemodum nostrorum temporum Hæretici: Lutherani rigidi, vt Centuriatores Cent. 1. lib. 2. cap. 4. Lutherani molles, vt Philippus in locis, de Satisfactione; & Brentius in Confess. VVirtenb. zuuingliani apud Cochlaeum in Actis Lutheri anno 1526. Calvinistæ apud Calvinum lib. 3. Institut. cap. 5 §. 6. Trinitarij Anabaptistæ lib. 2. cap. 7. ex iis, quos nuper anno 1567. ediderunt. Quocirca his hi Spiritus molesti non erunt.

Quæquam nec ad illos Hæreticos redire affectarent piæ defunctorum Spiritus, qui viuorum pro defunctis suffragia admitterent; Propterea quod quæ hi in defunctorum gratiam opera, satisfactionesque susciperent, defunctis ad pœnarum aut nullum, aut ad.

aut admodum paruum Iunam non prodeffent. quemadmodum et  
iis, quæ posterius dicturi sumus, manifestum erit.

7. Quocirca quod quidam docent, iis locis, ubi olim religio  
Catholica, nunc Hæresis festam habet: Spirituum molestias non  
obferuari; quæ olim erant frequentiores; omnino de horum  
Spirituum molestiis intelligi credimus. cæteroque alios, vel dam-  
natorum hominum, vel Dæmoniorum Spiritus Hæreticis pa-  
cem fauere & relinquere, quæ probet, nulla est causa.

### CAP. XLVII.

*An, & ex quibus temporibus, possit distinctio inue-  
niri inter humanos, eos Spiritus, qui loca in-  
festare solent.*

1. **I**nfirmum diximus esse cap. 35. & non satis certum iudi-  
cium, quo ex *Temporibus* distinguuntur Spiritus Dæmo-  
niorum & humani. Infirmum quoque & non certum,  
quod hic humanos Spiritus prodit & distinguit: Quia ta-  
men quantum, quantum illud sit, si cum aliis coniungatur, vires  
accipit; etiam hic, si non magnificandum, certè non fuit omit-  
tendum.
2. Et, nisi fallimur, *tribus temporum*, quæ posuimus, *differentiis*  
purgandos Spiritus a damnatis quodam modo possumus distin-  
guere; luce diei, diuturnitate molestiarum, & sanctitate: vt scili-  
cet, quando iam constat humanos Spiritus esse, qui apparent & mo-  
lestant, ex ea probabile sit, purgandos esse, non damnatos; quod inter diei  
obferuentur; quod diutius sint molesti; quod sacris temporibus no-  
bis adsint.
3. Dum hæc asserimus; non negamus, quin & noctibus hi ipsi  
purgandi Spiritus adesse possint: similiter breuiori tempore esse  
molesti; atque etiam profano. Docemus hæc tempora, nocturna  
inquam, breuiora, atque profana, magis Spiritibus damnatis con-  
uenire: contraria verò, tanquam sibi peculiari ratione conueni-  
entia postulare Spiritus purgandos.
4. Dies refugiunt damnatorum hominum Spiritus: quia latere  
cupiunt: amant noctes, quia malè agunt, idcirco hostes sunt lucis  
Spiritus purgandi, si noctes quarunt, non vt lateant quarunt;  
sed vt necessitates suas mortalibus commodius explicent. Dies  
verò non refugiunt, si proposito suo intelligant seruire posse.

*Diutius*

Diuturnitate molestiarum superare videntur damnatos pur-  
gandi. Quamobrem item? quia cum in damnatorum Spirituum,  
cum viuentibus, molestia consuetudine id propositum sit, vt mi-  
seria ipsorum mortalibus innotescat; tandiu illa erit permitten-  
da, quàm fuerint, qui mortuos neuerint, spud quos infames red-  
di possunt: his deficientibus, cur rebus viuentium interesse debe-  
ant, quæ vrgeant, rationes magnæ non sunt. At purgandas pro-  
posita sunt viuentium patrocinia, quæ ipsis, etiam ab ignotis,  
possunt communicari & impendi; idcirco multis post mor-  
tem annis.

Scio esse quosdam, qui tempus purgatoriarum pœnarum vo-  
lunt esse paucorum annorum; apud quos nostra, quam damus,  
coniectura infirma est. Sed nobis illorum sententia magis arridet,  
qui illud producant, nec ita breui apud omnes, volunt esse fi-  
niendas. Si breues pœnæ; quomodo probat Ecclesia anniuersaria  
sacra; quæ pro iis, qui ante centum, & eo plures annos piè in Do-  
mino sunt defuncti, offeruntur? Vide Bellarm. Tom. 1. contro-  
lib. 2. cap. 9.

Denique sacros dies refugare damnatorum hominum Spiri-  
tus, ex eo est verisimile, quod socij sint Dæmoniorum, qui & sa-  
cra detestantur omnia; & sacrorum omnium umbras. An verò  
possunt hos fugere Spiritus purgandi? Annon præ reliquis expe-  
tere, si libera inter sacros & profanos dies detur optio? Spiritus sa-  
cra? sacrarum rerum appetentes? quarum consequendarum, si  
aliis sacris profecto diebus spes est maior? Hæc de *Temporibus* bre-  
uius; propterea quod iudicium ex his petitur, infirmius sit.

### CAP. XLVIII.

*An ex conditione illorum Spirituum, qui certis ho-  
minibus infesti esse solent, possit deprehendi,  
Sitne Spiritus hominis damnati, an sal-  
uandi, qui molestus est.*

**I**n his pluribus non est Ex infectione ipsa, quod humanos  
Spiritus inter se distinguat, nihil accipitur praesidij. Si quid hic  
est, quod differre faciat, Spiritusque conditionem pro-  
dat, hoc non ex ratione infectionis, sed ex aliis, quæ  
cum ipsa coniuncta sunt, habetur.


Prius extra controuersiam est. Quemadmodum boni purgandorum  
homi-

hominum Spiritus; ita mali damnatorum viuentes quosdam sequuntur. Hi quidem vt vexent, & molesti sint, illi verò, non tam vt molestant & vexent; quàm vt rebus suis apud viuentes consulant.

3. Quæ vero cum infecutione & persecutione Spirituum coniuncta sunt, admodum varia sunt, sed quibus Spirituum conditio deprehenditur potissimum, *loca, Spirituum forma, mala quæ afferunt & molestandi modus.* De quibus quoniam alias multis Capitibus, nunc nihil præterea.

## CAP. XLIX.

*An ex conditione illorum, qui persequentes quosdam patiuntur Spiritus, deprehendi possit ipsos Spiritus esse damnatorum hominum, an purgandorum.*

2.  **U**eniamodum ex Spiritibus certos homines insequentibus, & molestantibus colligi nequit Spirituum humanorum inter se discrimen; ita nec ex conditione hominum, qui hos molestantes Spiritus patiuntur.
3. Diximus, Capite trigesimo septimo, duplici generis distinguam homines, qui patiuntur infestantes Spiritus: alios egregie probitatis, alios perditæ salutis. Non necesse est dicamus purgandos esse Spiritus, à quibus boni patiuntur; damnatos, à quibus mali, quia & mali possunt pati, patiunturque à Dæmonibus frequenter.
3. Quando tamen aliunde constat de Spiritibus, quod humani sint, ex conditione, si non bonorum, certe malorum, licebit coniecere damnatorum esse Spiritus, qui molestant.
4. Quomodo verò? Quia boni & damnatorum & purgandorum Spirituum molestiis expositi sunt. Mali ferè non nisi damnatorum. Vtrumque quia Capite trigesimo septimo astructum est, repeti hic non debet.

SYNO.

## SYNOPSIS.

Certorum signorum, ex præcedentibus Capitibus Collectorum, quæ singulos Spiritus prodant.

**D**Istinximus Spiritus humanos à Spiritibus Dæmoniorum: & humanos ab humanis Exhibis, qui ex Spiritibus Dæmones sunt: qui hominum damnatorum: qui purgandorum hominum, potest quibus utcumque colligere: veruntamen non sine labore atque molestia: qua vt Lectorem subleuemus, quæ sparsim dicta sunt, in certa Capita concludimus, & singulorum Spirituum proprias quasi Notas atque indicia adscribimus.

## CAP. L.

*De octo indicijs, quæ magna sunt argumenta instantium Spirituum Dæmoniorum.*

**D**æmoniorum Spiritus octo sunt argumenta, quæ singula non leue; omnia simul iuncta firmum robur habent. Hæc sunt, *forma, inconditi soni, oratio, allata mala, obsequia, ioci, loca, & personæ*, quæ molestantes Spiritus sustinent.

*Forma*, siue species, quæ Dæmones prodit, est ab humana discrepans, qualiscunq; illa sit; in primis verò brutorum animalium, atque monstrorum. Vide Caput 26.

*Clamores & strepitus inconditi*, qui alterum sunt signum, magnum videntur pro Dæmonibus argumentum; si barbarum nescio quid, & peregrinum referant. quoniam quemadmodum à ceteris Spiritibus videntur esse alieni, ita magnas ob causas Dæmoniorum proprii. Vide Caput 27.

*Oratio*, si Dæmonium debeat prodere, oportet sit diuinatoria, siue indicatiua rerum, quas naturalis hominum cognitio nequit percipere; siue illæ sint præteritæ, siue futuræ, siue præsentis. Vide Caput 28.

Y 3

Mala



5. *Si magna sint & graua, quæ uiuentibus per spiritus afferuntur, arguunt ipsorum aures esse Dæmones. Nam & hæc per Dæmones possunt afferri; per humanos spiritus non item: & ut per Dæmones, non uero per humanos spiritus afferantur, omnino conuenit. Vide caput 29.*
6. *Ex Obsequijs non vno modo cognoscuntur Dæmones. Dæmones sunt, qui Obsequia præstant humanas vires superantis; qui nefanda, & leges naturæ violantia: qui ex pacto, quasi necessaria. Vide caput 30.*
7. *Loca, si excitantur, à Dæmonibus excitari admodum est uersimile, non ab humanis spiritibus. Ex his igitur etiam, tanquam Leonem ex uingue, Dæmones deprehenderis. Vide caput 31.*
8. *Loca, quæ Dæmonum sunt indicia, oportet sint deserta, & ab hominū consuetudine aliena. Alia, quamuis iisdem Dæmones inueniantur, quia tamen Dæmonum propria non sunt; Dæmones non produunt Et in non-desertis quoque illa Dæmones arguunt, quæ tantum infesta sunt propter homines, impiam & sceleratam vitam traducentes. Vide caput 32. & 33.*
9. *Ex personis etiam quibusdam de Dæmonibus sumitur coniectura; illis scilicet, quæ perditè uiuunt. Si has infestari à Spiritibus contigerit, admodum est probabile à Dæmoniorum Spiritibus molestari. Vide caput 37.*

## CAP. LI.

*De quinque signis, quæ produunt Spiritus eos, qui purgatorio adhuc igne expurgantur.*

1. **D**æmones ex signis octo cognoscimus, quemadmodum dictum est: hominum uero purgandorum Spiritus ex paucioribus, & fortè minus certis, quibus uero & qualibus? *ex forma gemitu, oratione, obsequio, & locis.*
2. *Forma quæ purgandorum Spirituum index est, humana est, talis; quæ peregrinum nihil obtineat; nullum horrorem per se intuentibus afferat, vel truci vultu, vel atro colore. Vide Caput 38.*
3. *Gemitus & suspiria oportet nulla sint aut leuitate, aut impatientis animi significatione permixta; & tristis, atque humilis mentis certa indicia. Vide caput 39.*
6. *Oratio etiam hec Spiritus prodit; oratio inquam, quæ peccato caret, & insuper proprii boni cum submissi animi significatione est petitoria. Vide caput 40.*

Obsequi

*Obsequium, quod purgandorum Spirituum conditionem manifestat, omni debet carere labe peccati. Hoc ut certissimum est argumentum, ita difficulter admodum deprehenditur. At id tamen quodam modo cognoscendum faciunt constantia, humilitas & grauitas cum Obsequio coniuncta. Vide caput 42.*

*Loca ex quibus purgandi Spiritus deprehenduntur, duplicia sunt; sacra, sed imprimis Tempia: & quæ primùm post mortem alicuius fidelis, piè defuncti, infesta esse cœperunt. Illa malis Spiritibus non conueniunt: hæc omnino ipsos defunctos arguunt. Vide Caput 44.*

## CAP. LII.

*De tribus signis, quæ damnatorum hominum Spiritus produunt.*

**N**on tot sunt indicia, quæ damnatorum hominum Spiritus produunt, quod, quæ indicant Dæmones, vel purgandorum animas. & si diligentius omnia scrutemur, quæ certa, præter unum, admodum inueniemus pauca, vel nulla.

*Certissimum est, locus, ille uidelicet, primùm Spectris infestus esse cœpit post mortem hominum vel infidelium, vel si fidelium, miserè, & non Christianè defunctorum. Vide caput 44.*

*Post hoc, sunt forma, atque genus. Et forma oportet sit humana, sed ob crudelem, atrocemque vultum & colorem horrida. Gemitus uero atque suspiria, vel cum leuitatis, vel cum impatientiæ signis coniuncta. Hæc infirmiora sunt argumenta, quam primum: & inter ipsa, infirmissimum postremum. Vide caput 38 & 39.*

*Hæc damnatorum Spirituum indicia: qualia, qualia tandem. Alia, quæ prodant, nulla sunt. Quæcunque enim vel ab his Spiritibus fieri possunt: quæcunque iis possunt accidere: quæcunque cum ipsis, quouis modo sunt coniuncta; nullo modo ita ipsis sunt propria; ut vel purgandis hominum Spiritibus, vel Dæmonibus nequeant conuenire.*

*Possunt excitare strepitus atque clamores: possunt varias edere voces, & formare sermones: possunt nocere & molestare: possunt res de locis transferre. Quid horum non conuenit, si non purgandis certè Dæmonum Spiritibus?*

*Quæ ipsi accidunt, sunt corporis moles vel paruitas; breuitas & diuinitas molestiarum, quas nobis afferunt; & si quæ sunt alia. Quid horum alienum ab aliis Spiritibus?*

Coniuncta

Coniuncta cum ipsis sunt loca, tempora atque personæ maximè. Et, ex temporibus sunt sacra, profana: diurna nocturna. Ex locis sacra, non sacra: culta, non culta. Ex personis, probæ, improbæ: fideles, non fideles: An ab his alij Spiritus abhorrent?

## CAP. LIII.

*De adiuratione, qua molestantes Spiritus, per diuini nominis inuocationem coguntur, vt se, conditionemque suam prodant.*

**Q**uamuis per sæpe, ex iam dictis argumentis, in Spirituum agnitionem veniamus: non rarò tamen accidit, vt vel his destituamur; vel si abundemus, perfectè atque certò, quæ Spirituum molestantium conditio sit, non cognoscamus. Alia igitur ratio est, qua vt certius agnoscuntur; ita maiorem animum, in eo, qui illa vti velit, requirit.

**1.** *Adiuratio* illa dici potest; qua per Deum viuum, aut Crucifixi virtutem adiurantur, & coguntur Spiritus; vt qui, qualesue sint, prodant; & quid velint, quasue ob causas molesti sint, significant.

**3.** *Magnas huius esse vires ad Spiritus cogendos nemo dubitat.* Nam qui boni sunt, ex reuerentia, qua Deum prosequuntur, non volent non suam conditionem prodere per Deum adiurati. Impij verò, & si Deum non reuerentur, timent tamen: & per ipsum adiurati faciunt; quæ, vt faciant, aliis machinis vix mouerentur.

**4.** Hinc quos in plerisque sacrarum literarum locis adiuratos legimus homines, *Adiurationis* vim intelligentes, mox religione erga Deum ducti, præstiterunt quod rogarentur, vel iuberentur. *Adiuratus senior seruus Abraham, ne filio uxorem acciperet, de filiabus, Chanaanorum, sed de cognatione, & domo patris Abraham; Domini sui mandato nihil prius habuit, Genes. 24. Adiuratus Ioseph à patre, vt in sepulchro, quod in terra Chanaan foderat, ipsum sepeliret; etiam intercedentibus Aegyptiis Pharaonem vrget, quo promissioni, patri, q; desiderio fiat satis. Genesi 50. Eiusdem Ioseph ossa Moyse Aegyptum deserens, secum in terram promissam voluit transferre; quod viuens ille, hoc nomine filios Israel adiurasset. Exodi 13. Adiuratus populus à Saul, cum Philisthijm persequeretur, ne quis panem, vsq; ad vesperam, comederet; donec hostes vltus esset; & non manducant*

*manducant vniuersus populus panem, vt dicitur 1. Reg. 14. Adiuratus Michæas Propheta ab Achab; & adiuratus, quam ante diffimulauerat, prædicit stragem in Israel, 3. Reg. 22. Adiuratus à summo Pontifice Filius Dei, Christus Dominus, vt diceret, essetne filius Dei, & pro reuerentia Patris sui, studioque obsequendi Sacerdoti, qui antè tacuerat, locutus est. seq; filium Dei esse est professus.*

Neque Diaboli hæc *Adiurationis* vim ignorant. Hinc cum ipsorum quidam malè sibi à Domino timeret; ad adiurationem conuersus: *Adiuro* inquebat, *te, ne me torqueas*. Marci 5. Vtrum verò adiuratione quicquam promouerit, ipse nouit: hoc certum, Gerasiorum regione, quod postulabat, pulsus non esse.

**6.** *Sed de Adiurationis vi atque potestate dubium non est: dubium fortè, an licitum sit Spiritus adiurare; & qua adiurationis forma.* Præterea, Quibus ipsa conueniat; Quibusue locis atque temporibus illa contra Spiritus vrendum. De quibus, quid res postulat, breuiter pro ratione institui.

**7.** *Licere dubium non est.* Cum enim Spiritus; quicumque molesti sunt, vel Dæmoniorum sint, vel hominum; hoc ipso perspicuum est adiuratione licere omnes tentare, quòd & Dæmonia & homines adiurare absq; vilo crimine permissum sit.

**8.** De hominibus hoc ostendunt, quæ initio capitis huius ex facris literis allata sunt exempla. De Dæmonis res gestæ Apostolorum; qui potestate sibi diuinitus communicata, eadem adiurârunt, profligârunt, exulare iusserunt. Et bene B. Augustinus lib. 10. de Ciuit. Dei capite 22 *Vera pietate*, inquit, *homines aëream potestatem inimicam contrariamq; pietati exorcizando eijciunt.*

**9.** *Forma adiurandi duplex est nunc præcipiendo, & veluti necessitatem imponendo quampiam cogimus, vt diuini numinis causa quippiam faciat: nunc id facinus deprecando & hortando tantum.* Huius proprius vsus est ad superiores, quibus non conuenit, vt imperemus: posterioris, præceptoris, inquam, ad inferiores, in quos potestatem habemus.

**10.** *Sed qua vi Spirituum statum, conditionemque explorare permissum? Vtraque permissum: licet præceptoris vti videatur securius.*

**11.** *Permissa deprecatoria: quia ita apud superiores locum habet; vt apud inferiores & pares reprehensione careat; aliquando etiam laudè mereatur.* Quocirca siue nobis superiores sint Spiritus, qui molestant; siue pares, aut etiam inferiores; absque crimine sumus, si, vt se, conditionemq; suam prodant, ipsos rogamus.

Z

Permissa

12. Permissa quoque præceptoria, quia multò melior conditio viventium, quam spirituum, qui molestant: & ob id superiores illi quadam ratione dici debeant; & in ipsos imperio possint uti, maximè si incommodent.

13. *Expedi* nihilominus uti imperatoria & præceptoria: non solum idcirco, quod huius maieres sint vires, verum etiam, quia, ut plurimum, qui molestant, sunt spiritus Dæmoniorum, apud quos deprecatoria uti, religione prohibemur. *Nolo vos*, inquit Apostolus, *socios fieri Dæmoniorum*, 1. Cor. II.

14. *Omnibus verò existimarem l. cere spiritus adiurationibus vrgere, licet non eodem omnibus fructu.* Quamvis enim religionis actus sit *adiuratio*, & ad diuinum cultum spectet; ordinis tamen, & qui solis Deo consecratis personis conueniat, actus non est. Quicumque Deum inuocare possunt, Spiritus, per Deum, ut conditionem suam prodant, possunt adiurare.

15. *Cum fructu* tamen semper hunc actum non omnes exercent. Exemplo illi sunt, quorum Actuum Apostolorum historia meminit, Cap. 19. qui cum Dæmoniacos adiurarent per Deum, quem Paulus prædicaret, tantum abest, ut quicquam promouerint, ut in se experti sint crudeles, quibus ipsi dominari posse videbantur. Itaque qui Catholicam fidem non profitentur, adiurare Spiritus per Deum possunt: feliciter (si tamen pro suæ doctrinæ confirmatione hoc tentent) semper non possunt: quemadmodum neque eosdem ex humanis corporibus eijcere: sicut alias demonstratum est: *Disputatione de Dæmoniacis.*

16. Atque ut hi frustra Spiritus persæpe adiurant; ita adiurabunt *uilititer* admodum, qui sacris initiati, in Christi corpus, tam verum, quam mysticum, habent potestatem: non idcirco solum; quia magna est in Christi Ecclesia potestas, verum etiam, quia si vllis, his summa, in Dæmones, atque omnes molestantes Spiritus collata potentia.

17. Et quamvis *vita sanctimoniu* ad hoc opus feliciter conficiendum necessaria non sit; tutius tamen, atque confidentius maiori- que cum spe victoriæ, Spiritus adiurabunt Sacerdotes, si cum potestate, qua pollent, vitæ innocentia atque integritas sit coniuncta.

18. Proderit & *virtutum exercitium* præmississe; ieiunij inquam, orationis, atque eleemosynarum. Quemadmodum hæc præsidia res alias arduas aggressuris, adiumento, temporibus omnibus fue-

runt;

runt; ita hic frustra adhiberi, nullo modo dici debet. *Pietas*, inquit Apostolus, *ad omnia utilis est* 1. Timoth. 4.

19. Quod verò præter hæc solida aduersus Spiritus præsidia, etiam *sacris vestibus* Sacerdotes induantur, damnari non debet. Dum suo officio satisfacit Sacerdos; male facit, si suo officio conuenientibus utatur vestibus?

20. Porro *Quibus locis* atque *temporibus* Adiuratio fieri debet? Iis quibus Spiritibus, quos adiuramus, præsentem esse possumus. Quis Herbioli existens adiurabit eos, qui Constantinopoli sunt molesti? aut eos, quos, utrum iam sint præsentem ignorat?

21. Quocirca, si nocte tantum molesti sunt Spiritus; frustra interdiu, quando absentes putantur, adhibebitur *Adiuratio*, etiam iis locis, quibus alioquin molesti esse solent. Et si in sola vinaria cella tumultus excitantur; frustra adiurabuntur in solario. *Adiuratio* sine locutione non est; locutio ad præsentem est, non absentes.

22. Vtrum verò hoc vel illo modo præsentem esse Spiritus obferuentur; ad rem parum facit. Sufficit si præsentem conspiciantur, sufficit si tumultu excitato præsentem esse credantur. *Quemadmodum* loqui contingit præsentibus, tam iis, quos videmus; quam quos audimus tantum: ita *adiurare* possumus tam eos, quos coram conspiciamus; quam quos auditu præsentem esse cognoscimus.

*Finit secunda partis de infestis locis.*

DE LOCIS  
INFESTIS TERTIA PARS  
DISPUTATIONIS:

IN QVA

MODI, QUIBVS LOCA AB INFESTATIONE Spirituum molestantium purgari possint, examinantur & discutuntur.

ISAGOGE IN TERTIAM DISPUTATIONIS partem, de locis infestis.

**T**ertia Disputationis pars restat, quae ut praecipua est, ita diligentius persequenda. In hac modi, quibus Spiritus proscribuntur, & loca ab ipsorum molestia liberantur, exponendi sunt. Et hoc quidem praestabimus, si initio quaedam, quae ad hanc rem viam sternunt, explicauerimus: qualia sunt, An ratione aliqua possint à Spirituum infestatione purgari loca: Et, An illa ratio sit una, an multiplex: Reiecerimus etiam modos, quae vel cum superstitione aliqua coniuncti sunt, & ob id prohibiti: vel parum ad profligandos Spiritus valere putantur. Sed ad rem.

CAP.

Esse aliquam rationem, qua molestantes Spiritus proscribantur, & loca ab ipsorum infestatione liberentur.

**C**ausa, cur loca ab infestatione Spirituum liberari nequeant, si quae sunt, ex duobus Capitibus peti debent: ex Spirituum conditione & potestate: vel conditione hominum, & infirmitate virum humanarum. Et conditio quidem idcirco prohibere intelligi potest; quod alia sit hominum, alia Spirituum ratio; ut ob id, quamuis etiam superiorum virum homines essent, conditione tamen naturae prohiberentur quicquam in Spiritus agere; quod nihil possit corpus in Spiritum: potestate autem prohiberentur, si non tantae hominum sint vires, quantae Spirituum.

Et utroque modo homines prohibiti videntur; ne se suaque loca à Spirituum infestatione vindicent: sed tamen neutro prohibiti sunt. Hoc si non aliis rationibus, certe exemplis iis docetur, quibus alias à nobis demonstratum est per homines, ab humanis corporibus, expelli Spiritus Dæmoniorum. de his in Disput. de Dæmoniacis.

Illis addi possunt alia, nostro argumento propria. Refert B. Augustinus domum Hesperij per presbyterum quendam: Metaphrastes aliam, per Theodorum Sicaeorum Archimandritam: B. Gregorius Thermas Angulares; per Germanum Capuanum Episcopum Glycas castellum Regis Persarum, per Antistitem: Antoninus agrum Bingensem; per Moguntinum clerum: Chronicon Hirsaugiense V Vormaticensem agrum; per viros religiosos, à Spiritibus in alesia liberatos esse. quemadmodum hæc longius prosecuti sumus Capite primo huius Disputationis.

Nec homines hinc natura conditio prohibet. Non ita corpus est hominis; ut præter corpus sit nihil, etiam Spiritu instructus est. Quemadmodum ad sublunares res & caducas corpore; ita ad æthereos Spiritus, animo, qui corpori inclusus est, accedit.

Nec prohibetur viribus natura. Esto Spirituum sint quidam, quorum potestas omnem creatam potestatem superet: non tamen omnium illa conditio est. Etiam humanis Spiritibus loca infesta sunt; quibus, an fortè inferiores sunt, qui corporibus sunt inclusi homines, hos Spiritus habentes?

Z. 3.

Sunt.

DE INFESTIS LOCIS

6. Sint etiam omnibus Spiritibus inferiores homines; necdum tamen ipsis facultas in Spiritus, viribus & robore potiores. neganda est. Quoniam, quod per vires naturæ non possunt, possunt dono gratiæ, illius; qui in Spiritus omnes potestatem habet omnem, & Pater Spirituum dicitur.

7. Qui olim Dæmonibus imperabant, potentissimis Spiritibus, Apostoli, homines erant: & homines multo Spiritibus inferiores: & si naturæ ipsorum conditionem attendas iisdem nobiscum necessitatibus subiecti: sed tamen nullo loco in ipsorum præsentia tuti erant Spiritus. Quidni igitur & iam eadem est penes aliquos in Spiritus potestas?

8. Magna vis Ecclesiæ est relicta à Christo; nõ in homines solùm; verùm etiam in Spiritus. Potestas hæc quamdiu Ecclesiæ perdurat, perdurabit. Vtrumque hæc Christi oratio docet: *Signa eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo Dæmonia eijcient.* Mar. i ultimo. Negari igitur non debet esse aliquam, qua Spiritus profligantur, rationem.

9. Sed etsi potestas hæc Ecclesiæ relicta non esset, non idcirco nulla ratio à Dæmonum infestatione nos expediendi nobis superpeteret. quoniam quod nec viribus possumus naturalibus; nec gratuitis diuinæ clementiæ donis: id possumus ad Deum facta oratione; oratione, firmissimo præsidio, in qua omnium rerum consequendarum spem certissimam vult esse constituendam Seruator mundi. Ioan. 16.

CAP. LV.

*Non unam esse rationem, loca à Spirituum molestia liberandi: sed variam atque multiplicem.*

1. **N**on una (si ad Deum orationem dempseris) ratio est, qua loca à Spirituum infestatione liberantur. Sed nec una, qua liberantur esse potest. Prius illud, quamuis ex posteriori clarum sit, & manifestum; ostendunt modi varii, quos ab aliis atque aliis obseruatos legimus. posterius ratione demonstrandum erit.

2. Aliis modis loca purgauit Presbyter, cuius meminit B. Augustinus; aliis Theodorus Sicæorum Archimandrita: aliis Germanus Episcopus Capuanus: aliis Clerus Moguntinus. Presbyter Augustini Sacrificio corporis Christi: Theodorus aqua Iustrali; Germanus Capuanus oratione facta ad deum: Clerus Moguntinus

mus Litanis &c. quemadmodum primo Capite copiosius demonstratum est.

Quod verò nec vna ratio omnibus locis valeat; primam quidem hoc probat, quod aliquos his rationibus pulsos obseruamus; apud quos aliæ rationes nihil valuerunt. Notum est in Castello Regis Persarum quosuis à Rege accersitos, nihil adhibitis omnibus machinis effecisse: Antillitem verò Crucis signo omne phantasma dispulisse; vt Glycas refert. Nec dubium, quin multa tentarint, qui balnea Spectris infesta (quorum Gregorius Nyssenus meminit) sunt ingressi; & tamen eorum plurimi à Spectris trucidati: Diaconus verò Gregorij Neocæsariensis solo signo Crucis munitus exiit illæsus. Exempla hæc ad longum habes capite 1.

Est deinde pro hac re Christi ad suos Apostolos responsio. Cum enim illi frustra in Spiritu quodam eiiciendo occupati fuissent, huiusque rei causam à Domino sciscitarentur: intellexerunt quoddam esse genus Spirituum, quod non quacunque ratione, sed ieiunio tantùm & oratione pelleretur Matth. 17.

Diuersissimarum naturarum sunt Spiritus; diuersissimarum sunt conditionum. Sunt quidam boni: sunt alij mali. Quibus rationibus illi iuantur; hi non pelluntur. Quæ hos terrent; illa alios possunt afficere, & recrare.

Quoniam verò boni sunt Spiritus, vel mali; qui molestant; aliquis duplicem rationem, qua loca purgantur, putauerit constituendam. Verùm duplex hæc ratio non sufficit; propterea, quod quamuis vnius generis sint omnes Spiritus boni; non vnius tamen, sed diuersorum sunt mali; vt pote naturis distinctissimi.

7. Adde, quod nec Spirituum tantum hæc ratio habenda sit; sed locorum etiam loca quædam diximus esse propter homines infesta; quæ per se infesta non sunt: in his purgandis, non tam Spirituum, qui infestant; quam hominum, propter quos infestant, ratio habenda est. Sunt alia infesta per se: hæc fortè locorum etiam ratio habenda.

8. Ergo vt materiam rerum dicendarum ad certa Capita reuocemus; duo modi distinguendi sunt; quibus loca expurgari possunt. Vnus est, qui ad loca propter homines infesta pertinet: alter, quo loca per se infesta liberantur. Posterior hic rursus duplex est. Nam vel constat nobis de Spirituum conditione: vel illa nos latet. Rursus cum constat alius modus est qui seruit malis Spiritibus proscribendis; alius qui pellendis & ablegandis bonis. Posterior hic diuidi non debet: quoniam vna omnium Spirituum bonorum, de quibus nostra Disputatio est, conditio, vnus finis, idem propositum.

Prior pro ratione Spirituum (malorum enim Spirituum quidam humani sunt, quidam Dæmones) rursus diuiditur. *Quinq;* igitur modi explicandi, & excutiendi sunt; ex quibus tres seruiunt Spiritibus notis, ex per se infestis locis proferendis: duo præscribendis Spiritibus aut ignotis, aut qui certos homines persequuntur. Itaque primus, quo Dæmonibus molestans occurritur. Secundus, quo à molestia purgandorum Spirituum contingit liberari. Tertius, quo pugnatur contra damnatorum hominum Spiritus. Quartus, quo agitur cum Spectris, de quorum conditione, qualia nam sint, nobis non constat. Quintus, quo subuenitur hominibus, qui se sequentes & persequentes patiuntur Spiritus Hi modi omnes explicandi: si prius quosdam inanes & perniciosos reiecerimus.

## NOTATIO.

**H** Alsi modi, quos reiiciendos diximus, prius, quam veros & bonos proponamus, atq; probemus, duplicis sunt generis. Quidam videntur seruire omnibus Spiritibus, Spirituumq; vexationibus tollendis: quidam certis tantum, hominum videlicet. Priores illi quinque sunt: sicque indigitari possunt: Oratio aduersa, externa arma, ignis ardens, incensum lumen, & obserata fores. Posteriores sunt quatuor, quorum duo tantum Dæmonum infestationibus obstaculo esse dicuntur: Sanguis scilicet innocentium effusus, & suffimenta quadam, duo prohibere reditum & molestias Spirituum humanorum. A priorum primo faciamus initium, oratione inquam aduersa.

## CAP.

## CAP. LVI.

*An blasphemis, comitijs, atque diris imprecationibus, loca à Spirituum infestationibus liberentur.*

**H** Abent quidam hanc consuetudinem, ut si quando infestantes Spiritus patiuntur, à quorum molestia liberari volunt ad blasphemias confugiant, & imprecationes: diris que omnibus Spiritus deuocent, et quia mox à molestia liberantur; hanc certissimam, & indubitam voluisse rationem: quasi non semper loca liberantur, certo tamen Spiritus profligantur, & ne hominibus molesti sint, prohibeantur. Vt hanc Apollonius Pythæus, ut in vita eius scribit Philostratus lib. 2. cap. 2. (psi enim Cæc. cum Damide & sociis transeunti, Lamia, inquit, Phantasma occurrit, modo in hanc, modo in aliam figuram se conuertens, quandoque ab oculis repente euanescent. Apollonius autem quidam id esset agens, grauiusq; & contumeliosius uerbis illud increpans, sociis, ut idem facerent hortabatur. Id enim contra eiusmodi inuasionem optimum esse medicamentum. Eius dictis cum socii paruisset, stridens, Phantasma celeriter, inquam caelum, aufigit. Ita ille, in hoc facie, quod lib. 9. Decad. 1. de Rebus Oceanicis refert Petrus Martyr, noctu, & sæpissime in itineribus, præcipueque viis publicis mortuos occurrere viuis, contra quos si viator intrepidus steterit, dissoluitur Phantasma: si vero pertimescat, illum ita deuendo perierit, ut sapius ea formidine multi debilitentur ac stupeant. Hoc Martyr.

Utum hi Deum effundant, quantum item peccatum committant; nostrum non est definire. Quod præfens Disputatio postulat, docemus hanc rationem præfens inanem esse & temerariam; propterea quod nec exemplo Sanctorum hominum sit probata: nec sacrarum Scripturarum autoritate confirmata: nec ratione vel causa vlla, que vel ex conditione huiusmodi, vel ex ipsorum Spirituum natura peti potest asruatur.

Varios modos ad loca à Dæmonum infestatione liberanda Sanctos homines adhibuisse dubium non est. Eorum quosdam superius recensuimus; alios referemus postea: hunc, qui blasphemis constat, & imprecationibus, ab aliquo vel usurpatum, vel probatum esse nec legimus, nec audiuimus.

Scriptura variorum meminerunt Spirituum. Eodem modo, quibus profligantur, suggerunt: ubi huius vel meminerint, locus

nullus assignari potest: cuius tamen, si in realiqua, certè in hæc Spirituum profligatione, auctoritate uti oporteret.

5. Ea huius modi, quem damnamus, *conditio est*; ut nihil possit in Spiritus. Quid possunt voces asperius prolatae? quid voluntas vocem proferentis: & dira imprecantis? Nihil à corporeis rebus patiuntur Spiritus. Voluntas dira imprecantis, imprecantis malum est; non Spiritus, cui imprecatio fit.
6. Varia (ut diximus) sunt genera Spirituum, qui loca infestant; sed tamen ita affecti *omnes*, ut vel his recreentur imprecationibus & blasphemis: vel malè afficiantur, recreantur mali: afficiuntur malè boni. Quod si igitur boni his pelluntur; cur adhibentur ad omnes omnino Spiritus profligandos? etiam malos, qui ex his voluptatem capiunt?
7. Sed nec modus hic, *per se*, ad bonos Spiritus pellendos valet. Quamvis enim hi dira imprecatibus cedere possunt; non tamè cedere coguntur. Nec in blasphemia voce; nec in diris imprecationibus; nec in vlla. quæ ab homine proficiscitur, oratione (nisi alicui diuinitus potestas collata sit, quod hic non est) hæc vis est, ut illos omnino Spiritus profligare & proscribere valeat.
8. At experientia probatum est rationem hanc plurimum valere: Spiritibus silentium esse impositum: loca à molestiis libera reddita. Concedo ad prolatas blasphemias Spiritus siluisse: loca molestiis fuisse liberata: Nego *propter* blasphemias, & imprecationes aut siluisse Spiritus, aut liberata loca. Aliud est siluisse Spiritus, dum blasphematur Deus, & ipsi diris deuectur; aliud *propter* blasphemias hæc facta esse; blasphemisq; hanc vim, ut Spiritibus silentium imponant, & discessum vrgeant, inesse.
9. Quod si vel silent Spiritus, vel molesti esse desinunt ad blasphemias & imprecationes: non hoc fit; quia illam vim blasphemiarum habent. & imprecationes, quam Spiritus sustinere nequeant. longè *aliæ* sunt rationes, quæ Spiritus hic mouent: & aliæ quidem bonos, aliæ malos.
10. Bonos *duæ* potissimum. Prior est, quod quemadmodum ipsi Deum offendere nolunt; ita ne ab aliis offendantur, desiderant. Quocirca & diligentissimè cauent, ne vllam ipsi aliis vel causam vel occasionem præbent malè agendi. Altera est, quod ab his blasphemis, & mali precatoribus nullum subsidium sperant; & ob id frustra molesti esse nolint.
11. At *hæc* rationes non mouent malos Spiritus. Non cessant ab infestando; quia voti alicuius compotes fieri nequeunt. Nihil enim petunt. Non cessant;

cessant; quia nolunt Dei offensam. Hanc maximè expetunt. Cur igitur? quia Dei offensam expetunt, & desiderant. Quærent omnes modos, & rationes Deum offendendi. Apud blasphemos igitur, atque improbos, & incontinentis linguæ homines, tumultus excitant, locaque infestant; ut ipsos ad blasphemias prouocent & impellant: maluntq; non molesti esse cum Dei offensa; quàm molesti esse sine Dei offensa. quod egregiè *suo silentio* assequuntur.

## CAP. LVII.

*An gladijs, lanceis, alijsq; armorum generibus Spiritus profligentur, & loca reddantur ab ipsorum infestatione libera.*

**U** Acon quidam nocte præteriens monumentum, cum videret Spiritum, occurrit lancea trahens: Quod fugis, inquit, anima his mortua. Ita Plutarchus in Laconicis. Et Aeneæ aduersus Spiritus ferrum tribuit Sibylla apud Virgilium lib. 6. Ipsos enim ad inferos descendente

*Sub pedibus mugire solum, & iuga cepta moueri  
Sylvarum. visq; canes vlulare per vmbra  
Aduentante Dea. Procul ô procul este profani,  
Conclamar vates: totoq; abstinet eluco.  
Tug, inuade viam, vaginâq; eripe ferrum.  
Nunc animis opus est Aenea: nunc pectore firmo.*

Sic Vlysses cum stricto gladio sedentem, nec vsquam prope ad sacrum cruorem Vmbra accedere permittentem, quam Tiresiam audierit, scribit Homerus lib. 11. Odyssæ.

Laconem hunc Vlysses & Aeneam quidam nostris temporibus imitantur: & si gladijs instructi sint atq; lanceis, aliisque armorum genere, se tutos esse ab insultibus & impugnationibus Spirituum arbitrantur: hancque Spiritus profligandi rationem censent esse expeditissimam. Et in Virgilium scribit Hortensius hoc modo: Multi afferunt: Demones ferri aciem reformidare. & re ipsa compertum est. Et noui quibus hoc ipsum nocturnis horis accidit; sed cum magna aduersa valetudinis consuetudine. ita Hortensius.

Vtrum hi se in errore versari intelligant, afferere difficile est: *versa* in grauissimo dubium nullum debet esse viro Christiano. Quamobrem verò? quia impossibile, ut Spiritus, quales quales sint, à gladijs, hastisque quid patiantur, nisi vel prorsus corporei sint, vel saltem corpora sibi habeant naturaliter vnita:

Hoc porro, sine grauiſſimo errore, ſentit nemo: quales quales ſint, qui olim id docuerunt, de quibus vide Rodeginum Caſium lib. 1. cap. 29.

4. Proſcripta eſt ex Catholicorum animis ſententia Platonis, qui taſte B. Auguſtino, 8. de Ciuitate cap. 14. 15. 16. docet, *Dæmones eſſe genere animalia, animo paſſiua, mente rationalia, corpore aërea, tempore æterna.* Non audiuntur, Tertullianus libro de Carne Chriſti, & Origenes lib. 2. Periarchoſ, cap. 2. & 3. & quicumque aut hos, aut Platonem ſecuti ſunt, ſubſtantiamque corpoream Spiritibus tribuunt.

5. Damnaſi ſunt veteres Philoſophi; quorum de Anima à textu 20. ad 37. meminit Ariſtoteles, Democritus & Leucippus: qui animas dixerunt eſſe ignes, ex rotundis atomis conſtantes: Empedocles, qui ex quatuor putauit conſtari elementis; Diogenes, qui aërem dixit; Hippon, qui aquam; Critias, qui ſanguinem.

6. Non corpora ſunt Dæmones; non corpora habent ſibi naturaliter vnita. Non corpora ſunt animæ; non naturaliter ſibi habent aliqua vnita, poſtquam propria ſemel depoſuerunt.

7. Pro Dæmonibus hic militant Sacre Literæ, quæ Angelos omnes (quocirca & Dæmones) Spiritus compellant. Quid quod Dæmon in Euangelio immundus dicatur Spiritus? Lucæ 11.

8. Conſenſus eſt hic Doctorum, & Patrum Eccleſiæ, præfertim in Oecumenico Concilio Lateranenſi, vbi ſic legimus (habetur Cap. firmiter de ſumma Trinitate) *Vnum eſt vniuerſorum principium; Creator omnium inuiſibilium & viſibilium, Spiritualem & corporaliū; qui ſua omnipotentis virtute ſimul ab initio tēporis veramq; de nihilo condidit creaturam; Spiritualem & corporalem, Angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam, quaſi communem, ex Spiritu & corpore conſtitutam.* Hæc Concilium. Quibus diſtinguit naturam corpoream à Spirituali; docetque Spiritualem, non corpoream, eſſe Angelos; & magis etiam ipſo homine Spirituales.

9. Nec pro hoc argumento deſiderantur rationes. Si corpora vel habent, vel ſunt Angeli; quomodo fieri potuit, vt in vno homine: quemadmodum S. Lucas cap. 11. refert 66. fuerint Dæmones? potuitne vnus homo tot corporum eſſe capax? Ruſſus, quomodo breuiſſimo temporis ſpatio, maxima conſiciunt ſpatia? quemadmodum Iob 1. quidam circuiſſe dicitur & perambulæſſe totam terram? Et qui cælos mouent Angeli, ſi Spiritus non ſunt; ſed corpora; quibus antris & locis ſe continent? Præterea, qui in cælo creati, poſt peccata de cælo deiecti ſunt; quomodo ſine cæli

ruptu-

ruptura ad inferos penetrarunt? Et qui tanto tempore cælos mouerunt, quomodo non aliquando fatigantur? Hoc de Angelis.

Non minoribus preſidiis docetur Animas hominum à concretione corporea eſſe alieniſſimas. Primo, quæ hic ſeruiunt ſcripturæ, illæ ſunt, quæ animas Spiritus vocant. Quot vero ſunt illæ? Eccleſiaſtici 12 dicitur *Reuertitur puluis in terram ſuam, vnde exiuit; & Spiritus redibit ad Deum, qui dedit illum.* Et Matth. 10. *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, anima autem non poſſunt occidere.* Et Lucæ 23. *In manus tuas commendo Spiritum meum.* Et Rom. 8. *Spiritus Sanctus reddit teſtimonium Spiritui noſtro.* Et Galat. 5. *Caro concupiſcit aduerſus Spiritum.*

Nec hic communis Eccleſiæ conſenſus deſideratur. Hoc, vt alia omittam, probat Concilium Lateranenſe, 285. Patrum, ſub Innocentio III. vbi deſinitur hominem corpore conſtare & Spiritu. Hic quia corpus contra Spiritum diſtinguitur; hoc ipſo probatur animus eſſe Spiritus; quia negatur eſſe corpus.

Si rationes pro hoc argumento quaeruntur, plures reddi poſſunt. Vna nos aut altera contenti ſumus. Poſteſtne fieri, vt duo ſint in eodem loco corpora? At in eodem cum corpore loco eſt anima. Aut igitur corpus non eſt corpus; aut animus non eſt corpus. Præterea, ſi corpus eſt anima; nulla profecto extra ſe poſita corpora, qualiſcunque etiam illa ſint, intelliget; propterea, quod, vt Philoſophi loquuntur, *ſit uſque exiſtens prohibeat extraneum.* Cui vero hoc, vel per ſomnium in mentem venit?

Quæ cum ita ſint: cum nec corpora ſint infeſtantes Spiritus; nec corpora habeant ſibi naturaliter vnita; cur nos gladiis atque ſurtibus aduſus ipſos armamus? Non fugit Laconis lanceam Pæctram quod ex munimentis prodibat. Nec vmbra terre bantur ferro Vlyſſis aut Aene. Non gladios hodie fugiunt, qui nos moleſtiant Spiritus. Si fugiunt; fugiunt, quia volunt; non quia fugere coguntur. Atque hoc Aeneam eundem aliquando docuit Sibylla, vt ob id prius ironice locuta credatur. Sic enim de hac re Virgilius ſexto AENEID.

Corripit hic ſubita trepidus formidine ferrum  
Aeneas; ſtrictamque aciem venientibus offert.  
Et ni docta comes, tenues ſine corpore vitas  
Admoneat volitare cauæ ſub imagine formæ;  
Irruat, & fruſtra ferro diuerberet Vmbraſ.  
Fugiunt igitur aciem ferri Spiritus; non quia coguntur, ſed quia volunt.

Voluntatis autem ipſorum alia atque alia ſunt cauæ; pro vt

Aa 3

100.

110.

120.

130.



alia atque alia est conditio spirituum. Propositum est *malis* simulata fuga adducere in errorem. Propositum est *bonis* errorem cauere: & ibi subsidium non postulare, vbi subsidij consequendi nulla spes esse videtur.

CAP. LVIII.

An igne incenso, siue in ipsos proiecto abigantur Spiritus: & loca, quae infesta reddunt, cogantur deserere.

- 1. **I**gnem ad Spiritus abigēdos & proscribendos plurimum valere, quamuis (nisi fallor) nullus sit, qui docuerit; ex duobus tamen quis, vt credat, posset induci. Alterum est, quod igne Spiritus omnes, qui molesti sunt torqueantur. Alterum, quod non rebus tantum aduersis; verum etiam aduersarum rerum signis terreantur, illaque detesteantur: vt ob hęc credendum sit, vel fugere Spiritus, quod nostro igne crucientur; vel si non cruciantur, ad eius conspectum non subsistere; quod nostro tanquam signo, infernalis ignis in memoriam veniat.
- 2. Hęc confirmant, quę de S. Ambrosio in eius vita scribitur a Paulinus. Miserat ad Ambrosium internecandum Dæmones Imperatrix Iustina, sed frustra. Renunciarunt enim Spiritus Nequam, se non solum ad ipsum minimè appropinquare potuisse; verum etiam nec ad fores domus, in qua manebat Episcopus, habuisse accessum; propterea, quod *ignis insuperabilis* omne illud ædificium communiret, vt etiam longè positi vrerentur. Hęc Paulinus, teste Cæsare Baronio 4. Annalium tomo.
- 3. Posset argumentum hoc illud, si dicatur; vel verum non esse apud inferos ignem, qui Spiritus torquet: vel ipsos illo igne non verè ac proprie torqueri; vel certè extra infernum, igne infernali non torqueri.
- 4. Veruntamen nullum horum dici debet à veritatis studioso, & communioris Doctorum sententię amante. *Verus est ignis*, quo torquentur Spiritus. *Verè illo igne torquentur*. Torquentur illo etiam *extra* communem damnatorum locum existentes, & nobiscum conuersantes.
- 5. *Verum ignem esse* (vt in Patrum sententiis recensendis molestus non sim) vel illud non leue est argumentum; quod eius frequens, & sub proprio *ignis* nomine, in scripturis fiat mentio. Margi 9. damnati dicuntur *mittēdi in ignem inextinguibilem*. Ioan. 15. Pal-

mes,

mes, qui fructum non fert, *conij:itur in ignem, & ardet*. Apocal. 14. *Ignem & sulphure cruciantur*, qui adorauerunt bestiam. Isaia ultimo, præuaricatorum pœna docetur esse *ignis, qui non exstinguitur*. Denique Dominus in tremendo illo iudicio, eos, qui à sinistris eius stabant, missurus est in ignem; qui paratus est Diabolo & Angelis eius. Matth. 25.

Quod autem verè miseris torqueat, his ipsis, iam allatis locis doceri potest. *Cruciandos* hoc igne & sulphure docet sanctissimus Ioannes; & *arsuros* Dominus similitudine palmitis. Si verò paratus est Diabolo, & Angelis eius; vt ex eo voluptatem capiant, paratus dici potest illi scilicet, qui ob peccata grauissima grauissimis sunt digni supplicijs; & in ignem, vt puniantur, mittuntur? *Miris*, inquit B. Augustinus 20. de Ciuit. capit. 10. *sed tamen veris modis pœna ignis corporei affligit Spiritus*.

An verò in inferno tantum hoc igne torquentur? Torquentur; veruntamen *non tantum*. Suum semper ignem secum circumferunt miserij spiritus; quia semper sunt miseri; etiam dum extra infernum existunt: quemadmodum qui beati, vbi cunq; etiam sint, beati sunt.

Hęc cum ita sint, quidni nostro igne fugantur Spiritus? Fortè infernalis torquet; noster non torquet? quam ob causam? Alterius forsitan rationis est infernalis, alterius noster? Alterius rationis non est; & vt esset, in Spiritus saltem aliquid poterit, si non quantum infernalis poterit.

Fortè nostro igne torquentur Spiritus; sed tamen fugere nolunt. At mirum est, fugere nolle; qui non fugiendo graues patiuntur cruciatus, quos fugiendo possunt euadere. Fortè malum, quod ignis offert, tantum non est, vt delectationem, quam ex hominum mol:stia capiunt, ei velint postponere. At quę & quibus de causis tanta delectatio?

Videntur hęc aliquid probabilitatis habere, & pro igne aduersus Spiritus pugnare: veruntamen veritatis habent nihil, *Ignem sicut quantumcunq; maximo, Spiritus non abiguntur*, quia nec ignis noster quicquam agit in Spiritus: nec ipsi ignem, tanquam signum infernalium pœnarum, exhorrescunt.

Nullis pro huius assertione prædiis aliis opus est, quàm quibus hactenus demonstratum est, nihil Spiritus pati à blasphemis orationibus; à gladiis & lanceis. Quę admodum hęc omnia nihil possunt in Spiritus; quod spiritibus multo sunt inferioris virtutis

& conditi-

& conditionis; ita nihil ob eandem causam potest in Spiritus Elementum ignis.

12. Neque huius ratio est, quod alterius rationis sit ille ignis; alterius *noster*. Siue alterius rationis sit, huc non sit; aliquid ipsum posse in Spiritus negari non debet; si per se plurimum in Spiritus potest infernalis ignis.

13. Causa, cur in Spiritus nihil possit *noster*; possit autem *infernalis*, est; quod hunc Deus velit esse instrumentum diuinæ iustitiæ; *instrumentum* non velit; ab illo velit Spiritus affligi & pati, ab hoc non velit, ut hic simile quid eius sit, quod in Sacramento Baptismi accidit, ubi aqua ad remissionem valet peccatorum, vinum vel alius liquor non valet.

14. Habet hoc Deus Opt. Max. ut quemadmodum, cum rerum conditione corporalia administrat per spiritualia; ita, præter rerum conditionem, agat in spiritualia per corporalia, quæcunque ille expedire iudicauerit.

15. Non igitur fugiunt ignem idcirco Spiritus, quod igne torqueantur. An forte ipso, tanquam signo, terrentur? idcirco fugiunt aut detestantur; quia infernalem, cuius signum est, ad memoriam reuocat? Nec hoc dici debet. Neque enim quæcunque rerum inuisarum signa, quocunque modo, sunt; inuisa sunt; sed quæ ex se hoc habent, ut signa sint: quod *noster* ignis non habet. Timent Dæmones crucem; non lanceam, qua Christi peccatus transfixum; attamen ut crux, ita lancea, Christi Domini, Dæmonū hostis, signum quoddam est: sed per se signum crux est; lancea non est. Ita ignis *noster* per se infernalis ignis signum, aut imago non est; quemadmodum nec hominis homo imago aut signum proprie.

## CAP. LIX.

*An accenso lumine fugentur Spiritus, & ab ipsorum infestatione liberentur infesta loca*

1. Quemadmodum superius diximus, quosdam se gladiis & lanceis aduersus Spiritus munire; ita alij sunt qui si noctis tenebras lumine depellant, nihil tibi à Spiritibus metuunt; & omnia, ab ipsorum infestatione, tuta censent esse loca.

2. Horum inde profecta opinio, quod obseruarint, ut plurimum noctibus molestos esse Spiritus; quando tenebræ occupant omnia; interdum verò vel nunquam; vel rarissime; & tunc quidem breuissimo tempore obseruentur.

Tenebras

Tenebras autem amare Spiritus, & lucem fugere, ex eo sibi persuadent, quod damnatorum ferè sint, qui apparent: qui cum malè faciant semper, & bene nunquam; lucem oderunt. quoniam, ut ait Dominus: *Qui malè agit, odit lucem.* Ioan. 3.

Qui ita philosophantur, quamuis veritatem non per omnia assequantur; in multis tamen non omnino à veritate aberrant, quæ ubi indicauerimus, quod Caput est controuersiæ, declarabimus.

Primum, non errant in hoc, quod credant eos, qui malè agunt, odisse lucem. Domini hæc oratio est. Pro ipsius confirmatione dici possunt multa. Sed in re clara multis opus non est.

Deinde, nec in hoc errant, quod censent frequentius nocturnis, quam diurnis temporibus ad homines redire. eosdemque molestare Spiritus. Res ita prorsus se habet, & eius nos aliàs causas dedimus plures. Vide caput 18 huius Disput.

Tertiò, nec error est, quod doceant damnatorum Spiritus bene agere nihil; omnia agere nequiter. Et hoc, quia aliàs demonstratum est, hic repeti non debet. Vide 40. caput.

At quod ex his vniuersalem legem faciunt, & concludi volūt Spiritus omnes lucem fugere, & quæret tenebras probari non debet. Nam neque omnes Spiritus malè agunt; neque si malè agerent, necessariò adhuc fugerent lucem, & sectarentur tenebras.

Quot nos exempla protulimus spirituum, qui interdum, etiam in frequentissima hominum turba, molesti fuerunt? Neq; ij tantum ex eorum fuerunt numero; qui Deo erant grati; & quas contraxerant in corpore maculas, suppliciiis, quæ patienter sustinent, deposuerunt; verum etiam ex genere damnatorum; qui, si aliqui, lucem fugere debuerunt.

Nec omnes Spiritus malè agunt; ut hoc nomine lucem fugere dici debeant; purgandi si quidem, qui frequenter rebus viuentium interfunt, tantum abest ut malè agant; ut etiam vix malè agere posse videantur & Dæmon offendere.

Et ut malè agant omnes; non tamen necesse est lucem fugiant. Nonne reperitur, qui gaudent, cum malefecerint; & exultant in rebus peßimis? Prouerb. 2 qui peccatum suum, ut Sodoma prædicant? Matæ 3. quibus frons est meretricis; qui erubescere nesciunt? Ierem. 6.

Quid igitur, dicet aliquis, Dominus eos dicit odisse lucem, qui malè agunt? Respondeo ad Spiritus (de quibus nobis sermo est) parum hoc facere. De hominibus loquitur Dominus. Sed nec omnes omnino homines Dominus complexus est; sed eos tantum, qui non-

B b dum

um cum peccato foedus pepigerunt: necdum verecundiam depoposuerunt; timorem repudiarunt. Denique, quid ut plurimum accidere soleat, significauit Dominus.

## CAP. LX.

*An obseratis ostijs, & bene munitis ianuis, quibus ad locum aliquem accessus patet, à molestia Spirituum contingat liberari loci incolae.*

**N**um quaestione proposita quaeritur; sed tale, ut eius resolutio sine multorum definitione, absoluta & perfecta esse nequeat. Nam & definiendum hic est, Vtrum ab omnibus molestiis Spirituum sint liberi, qui obseratis ostiis ipsorum ad se ingressum prohibere conantur: & Vtrum si non ab omnibus, saltem à pluribus & quibusdam certis: & Vtrum aliquando accidat, ut hac ratione omnis aditus Spiritus sit interclusus, & ad homines accessus nullus pateat.

Et intus quidem certum est, non omnes molestias hac ratione esse sublatas. Nam cum molestiarum genera plura sint, quemadmodum superius Capite 19. dictum est; & quaedam percipiuntur visu, quaedam auditu, quaedam tactu, si ostia obserata prohibent, ne se oculis uiuentium offerant Spiritus, verberaque infligant, aut alio modo tactum afficiant; certè non prohibent quin excitatis forinsecus tumultibus graues esse possint, atque molestias afferre illas, quae auribus percipiuntur. Aliquando cubiculi sui fores obserauit firmata fera Alexander ab Alexandro, quemadmodum ipse testatur lib. 5. Genialium dierum, cap. 2. sed quas non videbat, audiebat horribiles species foris tumultuari, & cubiculi fores manibus pulsare.

Sit illa ratio illorum, quae visu percipiuntur; ut directè simulachra sua ad oculos transmittat, & interpositis opacis corporibus sensum efficere prohibeantur: postulet hoc sensus tactus, ut coniunctus esse debeat iis, à quibus mouetur, obiectis: sonorum, & tumultuum, qui aures diuerberant, alia conditio est. Nam directè suas ad aures species diffundunt. nec tantam cum sensu, quantam quae sub tactum cadunt, postulant coniunctionem.

Ab omnibus igitur molestiis securi non sunt uiuentes, qui se includunt, & Spiritibus ad se aditum pracludunt. An à pluribus? huius definitio ex conditione Spirituum, qui molestant, petenda videtur.

ur: qui vel in assumptis corporibus nos aggrediuntur; vel solo sen sibus nostris absque corporum assumptorum adminiculo illudunt, molestiq; sunt.

Si corpora seum non circumferant Spiritus; quid iuuabit contra eosdem se obseratis ostijs munire? spirituum ea est conditio, ut nullo corporum obiectu arceantur, penetrare valent, quaecunque densissima; quaecunq; durissima, absq; vel corporum, vel propria sua ipsorum spirituum laesione.

Quid si corpora circumferant? Vel aliunde haec sunt assumpta, atque solida, firmaque; vel ex aere, aliaque fluente materia, ipsorum industria, compacta, & non solida. Posteriora haec ut subito componunt, ita mox possunt diff. luere, rursusque quando libuerit componere. Quocirca nec hic securi libertas est: nec quicquam possunt aut ostia conclusa, aut munita ianuae; quin vel in ipsdem corporibus se intus exhibeant, quibus foris molesti fuerunt; vel intus ex aere sibi alia fingant; & molestias afferant.

Quod dicimus suo exéplo didicit, cuius superius meminimus, Alexander iis in aedibus, quae assiduis Umbrarum illusionibus, & tetrarum imaginibus, singulis propemodum noctibus inquietabantur. Post alias enim, quas sustinuerat recensitas molestias, sic subiungit. Non omittam inquit, miraculam ingens, quod mihi planè vigilantimatore aliquando trepidatione, haud multo post, euenit. Nam cum tenebris abortis, cubiculi fores obserassem firma fera; iaceremq; in lectulo nulla adhuc quiete composita, lumine accenso, horribilem illam speciem foris iam tumultuari. & cubili forem manibus pulsare sentiebam. Nec multo post simulachrum illud operis, addictusq; foribus (vix credibile dictu) per commissuras & rimas in cubiculum se intrum sit: quod sub lectulo meo iacès cum Marcus alumnus & cliens meus (ut pote qui è conspectu cubabat) dira & terrafacie aspiceret. pauore subito consternatus, luctu & gemitu omnia opplebat, ipsa nq; intramissam, non sine formidine clamabat: idq; mihi cum clausu subuli ostij aspiere, vix credibile videretur; interim dirum illud simulachrum, quod sub lectulo iacebat meo, manibus & brachium portare dere lum nq; iuxta aderat extinguere; vidimus: quo extincto, libellos meos, et quicquid rerum erat, querula voce misceri, ac omnia euertere non destitit. Ita Alex.

Porro si aliunde assumpta sunt corpora atque solida, dubium est, vtrum ad inclausos homines penetrare Spiritus tum valeant, molestiamq; in similibus corporibus afferre. Et quidam quidem nulla id ratione si ri contendit: quidam admittunt veruntamen non spirituum vis, sed diuinitati aliqua virtute atq; potestate. Nos, quod res est, quatuor Assertis concludimus.

9. Primum sit, corporibus qualibuscumq; assumptis non prohiberi Spiritus, cur minus molesti esse valeant. Quamuis enim corpora aliquando impediunt, ne ad quosuis accessus pateat, quia tamen illa pro voluntate possunt deponere; si molesti esse volent, corpora deserent; atque molesti erunt, quacumq; libebit ratione.
10. Alterum est, omnino esse verisimile nunquam spiritus, qui apparent, molestiasq; hominibus, in assumptis corporibus, afferunt, ita suis obiecta sibi corpora penetrare, quemadmodum & possunt, & penetrant, quando à corporibus sunt expediti. Penetratio hæc res prodigiosa est, Dei que postulat omnipotentem manum. Quid verò opus prodigiis atq; miraculis in hac Spirituum infestatione?
11. Tertium est, nec illas esse Spirituum, quorumcumq; vires; vt possint in assumptis corporibus obiecta corpora penetrare: quamuis penetrare desiderant, Vt in eodem loco duo corpora reperiantur, quantitas corporum diuersorum non permittit: quocirca quamdiu diuersa duorum corporum manebit quantitas; diuersa etiam illa loca postulabunt. Hoc leges naturæ requirunt.
12. Diuinæ tamen virtuti hic nullas leges volumus esse positas. Atque hoc quartum sit nostrum Assertum. Illa quemadmodum vnū in diuersis locis; ita diuersa corpora vno in loco consui posse non dubitamus; quicumque in rebus Christianis educati & instituti sumus.
13. Quidni fieri posset, quod identidem factum? Factum in Christi Natiuitate; quando integris Virginis claustris illè in hunc mundum penetravit? Factum in eiusdem resurrectione; quando corpus egressum è sepulchro clauso? Factum mox à resurrectione; quando ad Apostolos ingressus est clausis ianuis? Factum in ascensione; quando vsque ad extremum penetravit cælum?
14. Atque hæc breuiter à nobis asserta sunt; alium illa locum postulant; si pro dignitate essent explicanda. Quod nos hoc Capite conclusum volumus; illud est, ianuis obseratis, conclusisq; & pessulo obductis foribus, contra spirituum infestationes, tutos atq; securos non esse inclusos mortales.

## CAP. LXI.

An effuso innocentium sanguine licitum sit vexationes & molestias Dæmonum, quas certis locis afferunt, redimere.



15. Vique præcedentibus Capitibus rationes illas discussimus, quibus frustra contra quæcumque Spirituum infesta-

infestationes se viuentes muniant. Præter has aliæ quædam sunt, quibus contra certos, Dæmonum scilicet, vel hominum Spiritus quidam pugnant: quæ & ipsæ vires nullas habent. Has deinceps examinemus. Initium ab iis facimus, quibus contra molestias Dæmonum certatur. Dux illæ potissimæ sunt. Vnius meminit Tostatus Abulensis; alterius Michael Iselt; de hac primum.

Docet igitur Iselt, quemadmodum primo Capite retulimus, lacum esse in Liuonia; qui plurimum molestiis & infestationibus Dæmonum sit expositus; plurimaque ad vicinos populos damna transmittat. Vt ab his se expediant miseri, singulis annis, in eundem innocentium infundunt sanguinem, & de quiete sunt securi. Hoc forsitan confirmat, quod historiis proditum est Tamesiam Italiæ urbem aliquando à Spiritu, mirum in modum, vexatam esse, vt de illa deferenda aliquoties cogitarint incolæ: eandem verò esse liberatam; postquam, secundum oraculum Apollinis, Virginem Diis immolarunt. Hoc Aelianus lib. 8. de varia Histor. Nunc hic duo, quæ definiamus, præfens argumentum postulat. Alterum est: An innocentium effusus sanguis, has vires habeat; vt Dæmonum molestias tollat. Alterum; An si alia ratione mortales non valeant, hac se possint ab eorundem molestiis expedire.

Prius illud fortè quis credat, persuasus experientia, qua iam multis annis obseruatum est, ad infusum innocentium in lacum sanguinem, omnes Dæmonum infestationes esse sublatas. Verum quæuis experientia haud leue argumentum suppeditat in iis, quæ ratione atque intelligentia destituta sunt; in ratione tamen vtentibus firmum argumentum præbere non potest, vt ex ipsa de rerum naturis certum atque indubitatum iudicium feramus.

Ea est conditio illorum, qui ratione atque intelligentia polent; vt quamuis à sensibilibus rebus affici quodam modo possint; rebus tamen sensibilibus semper maneant superiores: vt ob id si quid per res sensibiles in iis obseruetur fieri, id non tam sensibilem virtuti, quàm voluntati eorum, qui ratione vtuntur, sit ascribendum.

Commune rectè philosophantium axioma est, ea quæ inferiorum sunt virium, in res virtute præstantiores posse nihil. Quam verò viribus res corporeas vniuersas superant Spiritus? Et quorum virtus omni re corporea est superior, rebus corporeis illi poterunt cogi, vt: vel loca infestare desinant, vel sedes suas mutant?

Quocirca non hæc vis in est effuso innocentium sanguine, vt Spiritus

coercent. Qui molesti sunt antequam sanguis effunditur; molesti esse possunt effuso sanguine. Sunt sanguinis vires magnæ ad spiritus animantium in corporibus conseruandis: at effusi, quæ possunt esse ad Dæmonum Spiritus aut locis proscribendos, aut potentiam reprimendam?

7. Et innocentium sanguis cur potius has vires hinc habere dicitur, quàm nocentium? An inculpata vita vim aliquam sanguini tribuit? & peccatorum hominum mores sanguini officiant? ut quod hic non potest, ille possit? Rursus cur hominum potius effuso sanguine tolluntur molestiæ; quàm brutorum animalium.

8. Omnino Dæmonum hæc nequitia est. Nequam, ut grauissimorum criminum miseris mortalibus sint authores, molestias nullas effuso sanguine inferre volunt; quas alioquin possent. Hanc ob causam hominum sanguinem postulant; & hominum innocentium postulant; & contra omnia iura postulant nequissimi.

9. Neque nouum hoc ipsorum est studium. humano sanguine recreantur plurimum sanguinarij, & ab initio mundi homicidæ. Dominus iste Ioannis 8. Nonne hoc probant crudelia, quibus mundum propemodum vniuersum demerant, sacrificia ritus impij & barbari? De his in hunc modum Alexander ab Alexandro Schitotauri, inquit lib. 6. Cap. 16. Genialium dierum pro hostijs Dianæ aduenas imolabant. Lædæi Palladii Virginiæ: Arcades Ioui Lycao puerum. Plerique iuxta Bælysthenem vecord. animo homines v. stina dare, & in sacrificijs Deorum humanis sibus adlere solebant. Blemmyæ, Cimbræ, Galli, Druidæ, & Germani statim diebus, humanis litant hostijs, & cruore captiuorum adolent aras; tunc propitiari Deum maximè arbitrati, cum per cruciatum homines excarnificarent; ex pœnis hominum diuinitatem & auguria captantes. Fuitq; apud Phœnices & Carthaginenses in mium diu seruatum ut infantes primi patris honore insignes sorte ductos, in Regio ornata: atque no immolarent hostias: Et quem fors morti destinaret, morti subtrahere non licebat, quare multorum civium Lægis stibus deplorata funera fuere. A quibus sacris dum d. fuissent, postea v. et ab Agathocle, Deos propitiari subratos arbitrantes, ut numen placarent, du extos n. bilium filios mactarunt ad aras. A Rhodijs quoque & Ceteris sibus scditatum comperimus; ut hominem epulis grauatum, a pueris impubes festis diebus Saturno mactarent. In Chæ. & alamine mos multa secula viguit: v. Diomedæ & Dionysio homines descriptos iugulerent. Eiusdem Dionysij templum fuit in Arcadia, in quo puella ad aram dissigellabatur ad necem: sicut parte in ara Mercurij, & Orthia Diana pueri. Quæ etiam

alij

alij ingenti simulacro viminibus intexto, & viuis hominibus oppleto, ac igne succenso, huminibusque scdum in modum exanimatis, maximum holocaustum offerri putauerunt Boijs & Celtis purgato captiuo hostijs capite, caluariam auro celare, & in eo poculo in solennibus libare, religiosissimum erat. Proditur Aristomenes Messenius Ioui, quem Ithometem appellant, recentos simul homines, in quibus Theopompus fuit, vno sacrificio mactasse: & Lacedæmonios eo vesania processisse, ut Marti humana victima litarent. Galata & Massagita non aliter Deos ritè consuli arbitrati sunt, quàm ingulato homine apud aras Deorum, ex cuius casu, tum ex membrorum laniatu & fluxu sanguinis futura diuinabant. Cimbræ noxios homines seruatos, sudibus affixos, Dijs pro hostijs dabant. Galli præter Hesium & Theutatem, Mercurium, quos humano cruore placabant, grauioribus morbis, aut periculis affecti, ad placandas Deorum aras, aut homines immolabant, aut se immolatuos vouebant: ad cuius aram etiam grandæuos etate pro victimis profecabant. Lusitanis vetus mos erat, ex intestinis hominum exta prospicere, atque inde omina & diuinationes captare, abscessasq; captiuorum dextras pro munere Dijs offerre. Thraces Zamolsim, quem maximum Deum putant, non aliter fieri propitium estimarunt, quàm si ad aram facili lancearum ictu hemo concideret; eam optimam, & Dijs gratissimam victimam opinati. Germani quoque ritu barbarico, Mercurio humano cruore litare religiosissimum putarunt. Idem fecere Senones; qui, caso publicè homine, infanda sacra statim diebus anni celebrabant, his portentiis delicta expiari opinati. Persis quoque ad habendas Dijs gratias viuentes iuuenes, eosque spirantes sub terra deflere assuetum fuit: quem morem Græcis inoleuisse accepimus, ut in anniuersaria celebritate Baccho viuos homines sacrificent, quicq; ita fuisset immolatus maximam inter suos probitatis laudem ferebat. Longum est exequi, qui Taurorum mores fuerint, ut apud aram hominem sifterent, & post solennes preces hominis caput clauso ferirent, illudq; cruce affigerent; truncumq; corpus ex ingenti rupe in præceps darent. quod cum Leucadijs commune fuisse traditur, ut in Apollinis sacro, auertenda Deorum ira, hominem de montis specula deicerent, & in mare præcipitem egerent. Fuitq; apud albanos vsu patum, ut hominem sacris iniuratum, qui sanctitate polleret, diu seruatum & opiparè saginatum apud aras sifterent, cumq; feriali carmine excantatum, quibusdam additis precationibus, cum alijs hostijs immolarent. Et Romani in foro boario ad placandas Deorum iras, sub terras viuos desodere verum non fuerunt? licuitq; diu in sacris hominem interimere & Dijs immolare; adeo ut Saturnum & Latialem Iouem humana placarent hostia: cum simulacrum dum sacrificarent, humano sanguine proluebant. Hæc Alexander, hisdem miseris Satan populum Dei inuoluit olim, de quo Regius Prophe-

ta Rfall.

ita Psal. 105. *Commisti sunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum, et ser-  
uauerunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Et immolau-  
erunt filios suos, & filias suas Dam. nijs. Et effuderunt sanguinem innocen-  
tem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt  
sculptilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus, & cōtaminata est  
in operibus eorum. Quidquod & Christianos quosdam dementauit?  
Fuerunt anno Domini 1273. quidam flagellantes dicti, qui non  
nisi effuso humano sanguine Deum placari crediderunt & docu-  
erunt. Itaque hæc Dæmonis carnificina.*

10. *Constitutum igitur hoc sit vim sanguini innocentum illam  
non inesse, vt Dæmonibus vel silentium imponat, vel necessitatem  
loco cedendi afferat. Sed si certum sit molestias hac ratione tolli:  
& non tolli posse alia; licebitne securitatem effuso sanguine mercari, &  
vexationem redimere?*
11. *Primum credi non debet ad eas aliquando angustias Christi-  
anum populum venire posse, vt alia, quam hac ratione sibi prouidere  
nequeat. Potest oratione ad Deum facta, qua omnia sunt possibilis.  
Potest sanctissimæ Crucis signo. Potest exorcismis. Potest aliis,  
quas sequentibus capitibus explicabimus, rationibus.*
12. *Et si alia non posset, hac profecto non debet. Non Dæmonum so-  
lùm molestiæ sustinendæ; sed aduersa omnia, ipsa quoq; præsentis-  
sima mors ad eunda potius, quàm cum Innocentium sanguinis ef-  
fusione Spirituum malignorum vexatio redimenda, & multis  
grauibusq; de causis.*
13. *Prima sit, quòd nullum amicum obsequium (quemadmo-  
dum procul dubio hoc est) Dæmonibus Dei atque hominum ho-  
stibus iuratis fides impendere aut possint aut debeant. No-  
lo vos socios fieri Dæmoniorum, inquit Apostolus.*
14. *Alter a est; quòd sine superstitionis crimine hæc non peragatur:  
in eaque interueniat, si non expressum, prof. Etò tacitum cum Dæ-  
monibus pactum; quòd ipsum quoque diuinis & humanis legibus  
Christiano populo seuerissimè interdictum est. Et quis consensus  
templo Dei, cum idolis? 2. Corinth. 6.*
15. *Tertia est, quòd grauissimum hic Innocentium homicidium  
committatur: quòd nec priuata cuiusquam, nec publica Magistrat-  
us vllius autoritate aut præcipi potest, aut probari. Insontem & iu-  
sum non occides, dicitur Exod. 23.*

CAP.

*An odoribus quibusdam, herbis & suffumentis, Spi-  
ritus Dæmoniorum pellantur, & loca ab ip-  
sorum infestatione liberentur.*

**M**eminis doctissimus Theologus, Tostatus Abulensis, in  
2 Reg. cap. 16. questione 43 opinionis cuiusdam, qua cre-  
ditur suffumentis quibusdam Spiritus Dæmoniorum  
fugari. Hæc præterquam, quòd peruulgata est, eodem A-  
bulense teste; etiam duobus videtur niti fundamentis. Alterum  
est, quòd contrariis suffumentis iidem Spiritus alliciantur; & vt  
certis se locis sistant, prouocentur. Alterum, quòd ab Angelo edo-  
tus sit Tobias, fumo cordis atque iecoris piscis cuiusdam, *omne  
Dæmoniorum genus, vt Scriptura loquitur (cap. 6.) extricari.*

In Assertionem hac, quamuis quæ ad ipsam stabiliendam affe-  
runtur, falsa omnia non sint; non sunt tamen omnia certa & indu-  
bitata: ipsa verò cum veritate subsistere nequaquam potest.

*Certum est ex corde atque iecore excitato fumo fugatos Dæ-  
mones. Tobia id habet sacra historia. Afferuit, qui mentiri non  
potest. Angelus probauit effectus.*

Sed vt hoc certum; ita incertum, imò falsum, suffumentis qui-  
busdam Spiritus delictari, allici, ad homines prouocari. Quæ enim  
illa suffumenta? ex quibus odoriferis rebus? quomodo Spiritus  
afficiunt? Qualiacunque suffumenta sunt; oportet obiecta sint ol-  
factus, at quæ olfactus obiecta, illa, quæ talia, non nisi olfactum af-  
ficiunt: & per olfactum eos, qui vim olfaciendi habent, alliciunt.  
An hæc in Spiritibus locum habent?

Si verò nullis suffumentis recreantur Spiritus, *quomodo ve-  
rum est, quòd assert. o habet, contrariis fugari & abigi? Nonne eadem  
contrariorum potentia?*

Et hæc ipsa, quibus Spiritus pelli dicuntur suffumenta, non-  
ne olfactus debent esse obiecta? Quomodo igitur à Spiritibus  
percipiuntur, qui nec olfaciendi virtutem habent, nec habere  
possunt?

Eandem ob causam, qua suffumenta atque odores, reiicimus et-  
iam herbis quædam, quas Dæmoniorum Spiritibus quidam censent esse  
intolerabiles. In harum numero sunt artimesia rubea, barba Iouis,

Cc

solle-

folsequium, leuisticus, isopus, salvia, polegium, folia sambuci, &c. Omnis, quæ his inest, virtus corporea est: omnis quæ quippiam potest, in corpora tantum, non in Spiritus potest.

Atque hæc quæ diximus de iis Spiritibus intelligimus, *quibus loca infestant*. Hi nullis herbis & suffumentis efficiuntur, hi nullis herbis aut suffumentis proscribuntur. At de iis, *qui humana corpora obsident*; non eadem ratio. Possunt his quædam herbæ & suffumenta esse contraria; quæ quamuis ipsos sedibus suis non pellant; impediunt tamen, ne quantam vellent, in mortales exercent tyrannidem.

Impediunt verò, non *per se*, & *directè* in Spiritus agenda; sed virtute sibi ingenta, corpora, in quibus latent, efficiende; qua affecta minus instituto Dæmonum seruiunt: tantumque de Dæmonum vexatione discedit, quantum contrariæ virtutis ipsis affertur.

Hæc verò aliena non esse, intelligit; qui attendet, primò, Dæmones sæpe in humanæ vexationis subsidium humores hominum assumere, perque eos citatos, maiores molestias afferre: deinde meminerit herbarum odorumque quorundam eam esse virtutem, ut humores componere, reficere, & renouare valeant, adeoque mortalibus voluptatem atque lætitiã conciliare. Quæ admodum igitur agentia tanto minus in subiecta possunt; quanto plura sunt; quæ iis resistunt; ita tanto minus per humores in homines possunt Dæmones, quanto maior in humores contraria ipsorum instituto, per herbas & odora menta allata virtus est.

Quocirca non malè dictum est à D. Hieronymo (quemadmodum Hieronymum citant Burchardus, Iuo, & Gratianus. 26. q. 7. *Dæmonium sustinentibus licet herbas habere, sine incantatione*. Vide item Albertum Magnum super 9. Lucæ, & Lyram, atque Paulum Burdegalensem in 1. Reg. 16.

Ex dictis intelligimus non statim *superstitionis* damnandos esse Exorcismos, in quibus *herba* etiam assumuntur, quoniam quamuis *per se* ad Dæmonum proscriptionem non faciant: vires tamen eorum in corporibus impediunt. Quando verò ad easdem herbas *Benedictio* accedit, fit, ut ex duplici causa contra Dæmones valeat: virtute, in quam, sibi ingenta; & sanctificatione per verbum Dei facta.

Quod diximus de herbis: de *lapidibus* quoque dictum volumus. Neque enim minor quibusdam virtus inest, quam ipsis herbis. Quocirca & idem Hieronymus, teste Gratiano, non herbas tantum,

tantum, sed petras quoque, sine incantationis crimine permittit Dæmonium sustinentibus. *ibidem* 26. q. 7.

Idem iudicium est de certis quibusdam *animalibus*, seu ipsorum *carnibus*, siue in cibum sumantur, siue corporibus Obsessorum adhibeantur: ut ob id non errare dicendi sint, qui in Energetorum curatione, operam Medicorum docent requirendã.

Idem de *Musico concentu*, & Musicorum instrumentorum melodia cum Boetio in suo, de Musica libro dicimus. Quocirca quamuis aliis atque aliis causis, alij atque alij tribuerint, quod pulcherrime cytharam Dauide, melius habuerit Saul, non iudicamus tamè in errore versari eos, qui concentui magnam partem eiusdem re quies concedant.

Hæc igitur atque his similia, quæ diximus, Dæmonum studia impediunt; atque efficiunt, ne quantam desiderant; Obsessorum corporibus molestiam afferant; sed tamen Dæmones sedibus suis, id est, humanis corporibus non pellunt; propterea quod in Spiritus hæc non agant, sed Spirituum operationes retardent: & retardent eosdem non *in se*, sed suis instrumentis, cum quo consistit, ut & aliis rationibus Spiritus molesti esse possint miseris mortalibus; & si ne hoc detur, possint in corporibus latere, quamuis nulla molestia corpora afficiant. Idem docent Soarez Tom 3. Disput. 15. Sectione 4. Abulensis in caput 16. 2. Regum, & alij plerique.

## CAP. LXIII.

*An Spiritus defunctorum hominum prohibeantur ad viuos redire, si ipsorum cadavera sub foco sepeliantur.*

**R**ecimus duos modos, quibus contra Dæmonum infestationes quidam se muniunt: duo restant examinandi, quibus ab humanorum Spirituum molestia, libertas expectatur. Posterior sequenti, prior est hoc capite discutendus. Is Philapporum est: hi cadaveribus defunctorum sub foco defossis, ipsorum ad viuos reditum, & quas afferre solent molestias, prohiberi credunt, quemadmodum capite primo ex Beucero annotauimus. Verum *bone ne credunt?* Christianis quæ hominibus *licet* hoc modo contra defunctorum Spiritus pugnare? Res sic se habet.

Primum, *hæc ratione nullum emolumentum ad defunctorum Spirituum*

*ius accedit.* Nam si perpetuis supplicis ob peccata sua sunt destituti; quemadmodum ex nulla re alia; ita neque ex hac subsidium aliquod capiunt. Quod si de salute sua sunt certi. ob defectus tamen quosdam expiandi, priusquam aditus ad cælorum regna pateat; & ipsi intelligunt frustra hæc fieri, & idem intelligunt viuentes, qui à sanctissimis Augustino atque Gregorio instituti sunt de subsidiis, quibus defunctorum Spiritus iuuantur.

3. Sic nec detrimentum ex hac sepultura capiunt defunctorum Spiritus. Neque enim eos, qui piè in Christo defuncti sunt, retardat, cur minus à pœnis, quibus expiantur, eripiantur. Neque grauioribus supplicis illos implicat, quibus omnis spes salutis est adempta. Nullis defunctorum Spiritibus incommodare possunt viuentes: aliquibus possunt prodesse.

4. Rursus sepultura hæc compedes non inicit defunctis, ne ad viuos redire valeant. Defossa continentur sub foco cadauera ne erumpant, & viuentes terreant: Spiritus à corporibus liberi, nisi aliunde ipsis ne redeant, necessitas afferatur, cur redire nequeunt?

5. Quid quod iniuria quadam defunctis hic inferri videatur? Omnibus quidem, quod honesta & Christiana ipsis sepultura negetur, quam meritò vniuersi possunt postulare: Certis verò aliquibus, piè inquam in Christo defunctis, quod ne viuentium petant suffragia, prohibeantur.

6. Nec sine superstitionis crimine hic sunt viuentes, qui defunctorum corpora sub foco recondunt. Quid quæso ne ad viuos aliquando Spiritus redeant, faciunt eorum sub foco defossa corpora? An forsitan vim hanc focus habet, vt si defunctorum corpora possideat, mox Spiritibus lex posita sit, ne loco se mouere valeant? Annon hoc focus habet, sed Spirituum illa est conditio; vt postquam è corporibus egressi, si ipsorum sub foco concludantur corpora, ipsi certo loco debeant esse affixi? An fortè si nec hoc est, nec illud, ita Deus constituit; vt quamprimum sub foco continentur corpora; omnis ad viuos redeundi Spiritibus sit sublata libertas?

7. Non vim hanc habet focus, vt facultatem Spiritibus redeundi adimat. Neque enim per se hoc ipse locus efficit; neque ignis, qui loco fouetur & continetur; neque quicquam, quod cum foco coniunctum est. Possunt hæc longissimo interuallo à Spiritibus distare, vt ob id in Spiritus valeant nihil. & quamuis distarent nihil; Spiritum tamen ipsa, quia corpora sunt, non possunt afficere.

8. Nec Spirituum est illa conditio, vt loca reuifere atq; molestare nolint, quorum cadauera focus continet. Si enim redire nolunt, id vel ratio

tionem detrimenti fieri. quod timent incurrere, si redeant. atquæ nullum ipsis potest afferri; vel emolumentum, quod suo reditu metuunt amittere. Sed nullum est, quo priuari vlla ratione possunt.

9. *Dei fortè lege prohibentur?* At quæ illa? quibus reuolata? quo tempore? vbi locorum? Et quas ob causas hac ratione Deus Spiritibus reditum voluit esse interdictum? Hæc nisi proferantur; dici potest lege Dei Spiritibus reditum prohibitum; probari non potest, nec debet credi.

10. Experientia dicet aliquis edocti sunt Philappi hanc sepulturam focalem prohibere Spirituum molestias. Quid si negetur illam exceptione carere? Sed neque si exceptionem nullam admittat, christiano homini probari debet. Multa quotidiana experiètia fieri obseruamus, quæ damnant docti & pij: quæ non Deum, sed Dæmonem habent authorem: quid si ex horum genere sit hæc defunctorum sepultura?

11. Et est profectò quod vehementer hanc rem de superstitione suspectam facere debeat Christiano homini. Cum enim naturæ viribus reditus hic Spiritibus non prohibeatur: de Dei quoq; voluntate nullum argumentum extet; neque Ecclesiæ autoritate probetur: vix alio, quam superstitionis loco cum aliis multis habenda est.

12. *Dæmonum igitur ope fieri dixerim,* aut plurimum quod hi defunctorum Spiritus non redeant. Placet ipsis illud mortalibus vanis opinionibus, vt quæ has foueant, ne Spiritus redeant, efficiunt; aut quod verisimilius est, ipsi hominibus in Spirituum humanorum persona molesti esse volunt. Quid mirum? Luculenta est D. Augustini sententia lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 22. & 23. *Dæmones seducere homines vanitati deditos, rebus vanis.* Affectant versipelles Dei similitudinem etiam in hoc, quod quemadmodum Deus operatur effectus gratiæ mediantibus Sacramentis sensibilibus, non tanquam causis, suapte natura sufficientibus, sed tanquam signis effectuum: ita ipsi quædam efficiunt adhibentibus hominibus media, quæ reuera ad ipsos effectus nihil conferunt, quibus proinde vtuntur tanquam effectuum quibusdam signis.

13. Hinc iam manifestum est & Philappos in graui errore versari, quando hac ratione Spirituum infestationibus obuiant: & Christi fidelibus hoc pugnæ & armorum genere contra Spirituum molestias pugnandum non esse. *Nolo vos socios fieri Dæmoniorum,* inquit Apostolus 1. Corinth. 10. *quæ enim participatio iustitiæ*



cum iniquitate? aut quæ si cietas luci ad tenebras? quæ conuentio Christi ad Belial? quis consensus templo Dei cum idolis? 2. Corinth. 6.

## CAP. LXIII.

*An iactus fabarum nigrarum, contra molestias Spirituum defunctorum olim profuerit, iam-  
quæ Christiano populo permitti  
possit.*

**A**liis modis, quo contra defunctorum spiritus se munierunt quidam, olim apud Romanos maximè, in vsu fuit, & Lemuralium sacrorum nomine est celebratus. De quo breuiter Alexander ab Alexandro libro 3. Genialium dierum, cap. 12. In Lemuralibus fabam noctu iace. eversatum est; Lemures se ex domo eijcere clamantes: quam nigrum esse conuenit, ipsamq; lotis manibus & pede nudo, per ora versare, & post terga reijcere, crisq; tunitum facere, utq; Lemures fabis redempti domo abire. t. mulieres orare, idq; Maiomense, tribus vicibus fieri, donec solutis religione animis Manes expiatis ducerent. Ita Alexander. sed eadem Ouidius longè ante ipsum his versibus s. Fastorum:

Ritus erat veteris nocturna Lemuria sacri,  
Inferias tacitis Manibus illa dabunt.  
Annus erat breuior, nec adhuc pia Fœdera narrant,  
Nec tu dux mensum tanc b formis eras.  
Iam tamen extincto cineri sua dona ferebant,  
Compositiq; nepos busta piabat aui.  
Mensis erat de auius maiorum nomine dictus,  
Qui partem prisca, nunc quoq; mori habet.  
Nox ubi iam media est, somnoq; letitia prabet,  
Et canis, & varia conticuissis aues.  
Ille memor veteris ritus, timidusq; Deum  
Surgit, habent gemini vincula nulla pedas.  
Signaq; dat digitis medio cum pollice iunctis,  
Occurrat tatio ne leuis Umbra sibi.  
Cumq; manus pura fontana perluit vnda,  
Vertitur, & nigras accipit ore fabas.  
Auersusq; iacit sed dum iacit: Hac ego mitto,  
His, inquit, redimo meq; meosq; fabis.  
Hac nouies dicit nec respicit: Umbra putatur,  
Colligere, & nullo terga vidente sequi.

Rufin

Rufinus: *quam tangit, Temesaq; concrepat ara,*

*Et rogat, vi tebis exeat Umbra suis.*

*Cum dixit nouies; Manes exite paterni,*

*Respicit, & purè sacra peracta putat.*

Fabarum vsus varius fuit apud prisca; sed qui cum superstitione coniunctus fuit, aut nullus prorsus; aut cum maiore nullus, quàm qui in spiritus proscribendis obseruatus fuit.

Et vnum quidem, quem damnare nemo potest, habuerunt à Deo Opt. Max. cuius sacræ literæ secundo meminerunt (2. Reg. 17 & Ezech. 4.) Hoc in hominum cibum cedunt: de quo sic Plinius Naturalis historiarum lib. 18. cap. 12. *Faba, inquit, multiplex est vsus omnium quadrupedum generi præcipuè homini, frumento etiam miscetur apud plerasq; gentes, & maxime panico solida & delicatius fracta. Et quia bebere sensus existimatur atq; in somnia facere, Pythagorica sententia damnatur: vnde illud, A fabis abstinet. Quamuis alij aliam huius velint causam.*

Alium habuerunt ex hominum instituto. Nam loco calculorum feruiebant in suffragiis. Quemadmodum enim olim Germani concilio coacto, si quid, quod minus placeret & propositum fuisset, murmurare & fremitu dissentire & sententiam aspernari: si verò quid conplacitum fuisset, frameas & tela concutere, sonoque armorum & tripudiis se approbare significabant, teste Alexandro ab Alexandris lib. 4. Genialium dierum cap. 11. ita Græcis & quibusdam Gentibus suffragia fabis dabatur. Vfus hic ex se sine crimine est, & reprehensione vacat.

Tertius illarum vsus fuit ex hominum quidem instituto, sed tamen suggestione Diaboli, & cum graui superstitione coniunctus. Atque hic varius est. Nunc enim ad sacrificium referri solent domum à segete. & dicebantur, teste Festo, *resima*, atque ex ipsis facta puls, quæ Diis offerebatur, dicta à veteribus *fabacca*. Nunc in Auctionibus adhibebatur, & per ipsas concipiebatur spes maioris lucri. Græcis quoq; earum vsus feruiebat ad iudicium. Nam alba apud ipsos in sortibus auspiciata fuit & boni euentus: nigra mali, eodem Alexandro teste, lib. 3. cap. 5.

Ad hunc tertium supersticiosum ipsarum vsum referendus ille, quo ad spiritus domibus proscribendos adhibebantur: sed tamensuperstitionum magnitudine & multitudine reliquos hic superare videtur, & ad rem nihil pertinere. Quid enim ad fugandos spiritus proiecta post tergum faba? & faba nigra? & in ore aliquoties prius versata? & ab eo proiecta, cuius lotæ manus, & pedes nudi? & cum æris tinnitu

rinnitu proiecta? & cum nouies, vt Spiritus domum deserant, repetita precatione?

7. Quia verò modus hic superstitionis plenissimus est, idcirco Christianis hominibus, quibus omnis cum Dæmonibus communicatio prohibetur, est interdictus, nec potest aut honestatis illo colore, aut necessitate aliqua vrgente permitti, vel vsu pari. Interdictus quoque est infidelibus, vt nec iam sine crimine sint, si fabarum iactu domibus Spiritus pellant; nec olim peccato caruerint; quando pepulerunt. Si à crimine aliqui, soli potuerint illi esse, quos ignorantia excusauit.

8. Cæterum, quia post *fabarum iactum* Spiritus defunctorum uiuentibus, vt plurimum, molesti esse desierunt apud superstitionosas gentes; non immeritò quæritur. Vtrum hæc re vel Spiritibus seruiturum sit, vt ob id molesti esse noluerint: vel ipsis imposta necessitas, vt non potuerint esse molesti. Et si horum neutrum, quas ob causas, post *fabarum iactum* Spirituum cessauit molestia. Quid igitur dicendum?

9. Non seruiturum est defunctorum Spiritus *fabarum iactu*. Quicumque apud Gentes ex hac vita discesserunt, ad illam alterius vitæ conditionem peruenerunt, in qua nec fabarum vsus, nec quicquam aliud simile vllum ipsis sublidium, potuit afferre. Desperata omnium fuit salus.

10. Visne igitur illis allata, & discedere coacti. Nec vis allata, nec coacti discedere. Qua enim re vis allata? Iphisne fabis? An uiuentium oratione discessum imperantium? An cæremoniis cum fabarum iactu coniunctis? An his omnibus? Fabæ Spiritus generant Pythagoricis, non Spiritus dellunt. Viuentes nullum habent in dictos Spiritus imperium Cæremoniæ erant argumenta superstitionis. Simul omnia grauis idololatria.

11. Cur igitur cessarunt Spectra? Non semper cessarunt. Spectra quæ Pausaniam Spartanorum Regem vexabant: & quæ Neronem atq; Ottonem Romanorum Imperatores sequebantur (de quibus cap. primo) etiam sexcentis fabis & albis & nigris; etiam centies, & non tantum nouies repetita oratione, proscribi non potuissent. Quos Deus ob commissa flagitia per Spectra & defunctorum hominum Vmbas terrere & punire decreuit; illi vtantur quot qualibuscumque velint fabis, diuinam vindictam non effugient.

12. Molestare interim Spiritus desisse post *fabarum iactum* sacra profana persepe negari non debet. Neque enim frustra hic labor à Gentibus susceptus fuisse. Veruntamen molestare desierunt; quia molestare

vestare desierunt; quia molestare noluerunt, qui molesti esse poterunt: & non quidem defunctorum hominum Spiritus (nisi forsitan rariis) quamuis defunctorum hominum Spiritus haberentur; sed Spiritus Dæmoniorum, qui voluptatem quandam ex hoc fabarum iactu venabantur; idque duas potissimum ob causas.

Prima est, quòd Dei creaturis mortales abuterentur: & quas homini ad utilitatem, & Deo ad gloriam seruire oportebat, illæ in profanos & impios Dæmonum vsus conuerterentur; dum hæc Dæmonibus quedam sacra fiunt, max imò cum Creatoris omnium contemptu.

Altera est, quòd hac ratione etiam impiæ & falsæ in hominum animis velerentur, vel insererentur opiniones. Neque enim clam est, persuasum Gentilibus fuisse defunctorum Spiritus in *fabas* transire, ob quam causam à fabis etiam abstinendum quidam censuerunt; teste Alexandro ab Alexandro, quem superius citauimus. Quæ opinio non potuit non plurimum confirmari, quando miseris persuasum fuit, post nouies repetitam orationem Spectra, quæ molestare uiuentes solent, proiectas fabas colligere, quemadmodum Ouidius testatur.

## NOTATIO IN SEQUENTIA

Capita.

**R**esutatis falsis modis, quibus loca à Spirituum infestatione liberari posse videbantur: nunc assignandi & examinandi sunt veri: Et primum illi, quibus loca per se infesta purgantur, tum quibus purgantur ea, quæ propter homines leguntur infesta. Priores duplicis sunt generis, vel enim scitur conditio Spirituum: vel ignoratur. In priori illo tres sunt discutiendi. primus est, quo Dæmoniorum Spiritus profligantur. Alter, quo ablegantur, & immanantur boni, seu purgandi. Tertius is, quo contra damnatorum hominum Spiritus pugnatur, de primo primum.

Dd

CAP.

Varios esse modos, quibus loca à Dæmonum infestatione liberantur: & modorum esse varias differentias.



**M**odi, quibus contra Dæmones belligeratur, varij sunt; sed tamen ad quinque præcipuos redigi possunt omnes: quorum vnus in oratione consistit: alter sanctissimæ Crucis vsu nititur: tertius Rebus consecratis: quartus Reliquiis quintus Exorcismo; cum quo coniungimus Inuocationem nominis Christi. Quod si quidam sunt alij; vel ad hos reuocatur, vel rarius sunt in vsu. vt ille, cuius in vita Simeonis Abbatis, qui salus dictus est, fit mentio, quo ex vico quodam infesto pulsus est Diabolus cantu tibie, teste Leontio Episcopo Neapoleos, insulæ Cypri. Ille quoque, quo ad præsentiam sanctorum hominum iidem quandoque in fugam conuersi. quemadmodum Thest. 9. cap. 27. dictum est.

Magna est inter hos modos, & multiplex differentia. Prima est, quòd quidam ex his sine sermone non perficiantur; quidam sine eo consistant; quidam solius mentis sint exercitia. Primi generis est Exorcismus; secundi, Res consecratæ, Crux, atque Reliquiæ: tertij, Oratio; quamuis hæc aliquando vocalis sit.

Hinc altera differentia accipitur: Quidam enim cooperationem hominis requirunt, quinimò, sine hominis cooperatione non consistunt; ne dicam, quod hominis sint actio. vt Oratio, Crux, atque Exorcismus. Quidam, quamuis aliquando cum cooperatione hominis coniuncti sint, non tamen illam requirunt, vt Res consecratæ atq; Reliquiæ; quas vel suspensas esse locis certis, satis est ad Spiritus abigendos.

Rursus quidam immediatè valent ad profligandos Spiritus; alij minimè. Oratio non directè ipsos Spiritus petit; sed ad Deum contendit, cuius opera à Spirituum infestatione petimus liberari. At Exorcismus, Crux, Reliquiæ, Res sacræ; ipsos per se impetunt: Spiritus.

Quarta differentia est, quòd quidam per se efficaces videantur: alij omnem, quam habent, efficacitatem aliunde accipiant. Huius generis sunt Res consecratæ: quæ, si consecrationem demperis, à rebus naturalibus nihil differunt: reliqui omnes ex se ad Spiritus abigendos valent.

Hæc

Huic quinta differentia proxima est. Quidam impetratorij tantum sunt purgationis locorum; non autem per se loca purgant; alij sunt operatorij, vt ita dicam, & per se efficaces. prioris generis Oratio est, qua à Deo & Sanctis petitur, vt vel hi à Deo obtineant, vel ille præstet libertatem. Posterioris generis sunt reliqui, qui directè ipsos aggrediuntur Spiritus.

Præterea, Quidam vnum tantum usum habent; alij plures. Exorcismus solum locis purgandis feruit, & Spiritibus proscribendis. cæteri præter hoc alios habent fines, quemadmodum aliàs demonstratum est.

Item quosdam modorum necesse est adhiberi *ipsis locis*, quæ Spiritibus infesta sunt, si Spiritus profligari debeant: quidam aliis quibuscunq; possunt; & tamen ad proscribendos Spiritus valent. Oratio vt in infestis locis fiat, necesse non est. At si Crux aliis fiat; aliis adhibeantur Exorcismi; aliis suspendantur vel ponantur Reliquiæ & Res consecratæ, quam infestis; parum promoueris.

Sic quosdam expedit *ijs ipsis temporibus* adhiberi, quando iam Spiritus molesti sunt: alij possunt adhiberi aliis. illis vtilissimus est Exorcismus, in quo cum Spiritibus in certamen descenditur. Crux item præsentissimum aduersus eosdem telum: his oratio, Reliquiæ, sacræ Res.

Plures inter dictos modos possunt assignari differentiæ; sed pluribus opus non est. Forsitan etiam assignatæ nimis sunt. Modos igitur singulos discutiamus & probemus.

## CAP. LXVI.

De Oratione, qua Dæmoniorum Spiritus fugantur, deque eius, præ reliquis bonorum operum generibus, in hoc negotio efficacitate.



**R**ationem ad Spiritus Dæmoniorum profligandos, & loca ab ipsis molestia & infestatione liberanda plurimū valere, e multis plurimis clarum est. Superius, ca. 7. nos horum duo assignauimus. Primum est presbyteri, cuius B. Augustinus meminit; qui oratione atque sacrificio Missæ domum Hesperij purgauit. Alterum Sacerdotum, qui à Moguntino Præule, cum authoritate missi, aqua lustrali atque comprecationibus profligauerunt pestilentem in agro Bingenli Spiritum. His addimus tertium, ex vita Beati Gregorij, cuius hortatu,

*Litanis*, formidabile quoddam Dæmonis, quasi cornuti, Spectrū, quod certo cuidam loco ita infestum erat, vrin: eo commorari nullus posset, abactum tandem est, & expulsū. Ita in vita Gregorij refert Ioannes Diaconus libro 4. cap. 93: Addamus & quartum ex eiusdem vita, vbi (lib. 4. cap. 93.) refertur oratione in fugam conuersum Nequam Spiritum, qui in forma cati Religioso viro haud parum fuit molestus. Pluribus opus non est. Quoties unq; ferè vel Cruce, vel Exorcismis Dæmones profligati sunt, suas etiā partes egit Oratio: qua sine nec Crux, nec Exorcismus à fidelibus adhibita videntur.]

2. His alia quædam adiungimus, quæ eiusdem orationis, aduersus Dæmones vim egregiè declarant: Fortunati inquam Tudertinae Ecclesiae Episcopi; quem oratione Dæmones ex hominum corporibus eicere solitum lib. 1. Dialog. cap. 10. scribit B. Gregorius. & D. Bernardi; qui continua vnus noctis oratione Cremonæ Dæmonem profligauit, vt in eius vita habet Bernardus Bonquallensis. Et B. Hilarionis; qui in Cypro Insula, à misera Dæmonum vexatione, oratione ad Deum facta, ducentos propemodum, partim viros, partim mulieres, eripuit; teste B. Hieronymo in eius vita.

3. Verum nec si hæc atque his similia exempla desiderarentur, de assertione dubium animum licebit habere; propter tria, quæ Sacra literæ insignia suppeditant argumenta. Primum petitur ex promissione orationi facta: alterum ex vi orationis, ipsiusque effectibus, quos ad modum habet excellentes: tertium ex Domini sermone, qui orationem plurimum in Dæmonibus profligandis docet valere.

4. Primum tanto firmiter est, quod promissio orationi ab illo sit facta, qui quod promissit, & potest præstare; quia omnipotens est: & debet præstare, quia fidelis est: & volet præstare, quia benignus est, atque misericors, ab illo, inquam, in cuius scemore scriptū, *Rex Regum, & Dominus dominantium*, Apoc. 19. *Cui data omnis potestas in caelo, & in terra*; Mar. 16. *qui (q; ad propositum nostrum facit) habet clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, vt loquitur sanctissimus Ioan: & apprehendere potest Draconem, serpentem antiquum, eumq; ligat, & mittit in abyssum, & claudere atque signare*, Apoc. 20.

5. Sed quæ promissio? quæ? Primum ipse docet voti compotes futuros, qui se ad Deum per orationem conuertunt. *Petite*, inquit, & *dabitur vobis*. Matth. 7. Deinde dictis suis in eadem re iuramenti contestatione fidem facit: *Amen*, inquiens, *dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis*. Ioannis 16. Nec hoc contentus multis

multis rationibus ad certam nobis spem faciendam vtitur. *Quis*, inquit, *ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? aut si piscem petierit, nunquid serpentem dabit ei? Si ergo vos, eum filii mali non is bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester, qui in Cælis est, dabit bona petentibus se* Luce 11.

Alterum argumentum ab Orationibus effectibus petitur. Tales orationi tribuuntur, vt omnino ex ipsis concludi possit, Oratione, loca, à quacunque, quorumcunq; spirituum, infestatione purgari. Qualia enim sunt corporis languores sanare? fluxam & caducam hanc vitam prorogare? pacem & tranquillitatem conciliare? ab hostibus & inimicis liberare? victoriam impetrare? soli vbertatem, & pluuiam obtinere? Atqui hæc omnia Oratione perfecta sunt. *Infirmatur quis in vobis*, inquit S. Iacobus, capite 5. *inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum, & oratio fidei saluabit infirmum*. En corporis sanitas. Orat Dominum Ezechias (Isaia 38.) *Obsecro*, inquit, *Domine*, & sequitur: *Audiui Orationem tuam: ecce adiciam super dies tuos, quindecim annos*. En prorogatio vite. *Obsecro*, ait Apostolus 1. Timoth. 2. *primum omnium orationes fieri, pro omnibus, vt quietam & tranquillam vitam habeamus*. En pax. *Audiui Orationem tuam*, loquitur Deus Ezechiae (Isaia 38.) *& de manu Regis Assyriorum eruam te, & ciuitatem istam*. En ab hostibus libertas. *Cum Moyses leuaret manus*, dicitur Exod. 17. *vin: ebat Israel*. En victoria. *Multum valet oratio iusti assidua*. *Elias homo erat, similis nobis, passibilis*. & Oratione orauit, inquit S. Iacobus (capite 5.) *vt non plueret super terram; et non pluit, annos tres, & menses sex*. *Et rursus orauit, & calum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum*. En vbertas soli, & pluuiæ. Quid multis? Oratio parit sapientiam & intellectum. Iacobi 1. *sterili utero fecunditatem impertit*: Genesis 15. *eruit à probro, & morte*; Daniel 13. *placat iratum Deum*: Exod. 32. *Cœlum & Paradisum aperit*: Luce 23. *Denique nihil ita arduum, nihil tam difficile; quod per Orationem, aut factum non sit, aut certè fieri non possit*. Hæc fieri oratione poterunt: non poterunt profligari Spiritus Dæmoniorum?

7. Quod verò plurimum valeat ad Dæmones abigendos, & exigendos, hæc Domini docet oratio: *Hoc genus Dæmoniorum non eijcitur nisi Oratione & ieiunio*, Matthæi 17. Quid hac apertius? quid disertius dici potest? quid accommodatius ad rem præsentem afferre?

8. De vero enim Dæmonio erat Domini sermo. Illud Apostoli eijcere nequibant. eiecerat Dominus, ad preces parentes filij, qui

torquebatur. Apostolis sciscitantibus, cur non potuerint eicere, qui & facultatem eiciendi acceperant; & Dæmonia, iam multa eiecissent, responderetur: *Hoc genus Dæmoniorum non eicitur, nisi in ieiunio & Oratione.*

9. Sic de vera Oratione Dominus loqui intelligendus est. Hoc primò ipsa vox, *oratio*, insinuat, quæ per se sumpta, non nisi mentis in Deum eleuationem significat, tum inde manifestum est, quod multus in *Oratione* fuerit Dominus (Lucæ 6.) & idcirco Dæmonium eicere potuerit: Apostoli, qui minus in *oratione* fuerunt frequentes (quemadmodum de ipsis, Domino obiiciebant Pharisæi, Lucæ 5.) eicere nequibant.

10. Verum enim uerò in quo nos maximum præsidium ponimus, leue fortè quidam, in nostra causa, existimant: propterea quod non de Dæmonibus *ex locis* exigendis, sed *ex corporibus humanis* expellendis, Dominus loquatur. Deinde quod *certum* quoddam Dæmoniorum genus nominet, quod *Oratione* pellatur: ut ob id *Oratio communis quadam machina*, contra omnes Spiritus dici non debeat. Accedit tertium, quod non minus præsidij in *Ieiunio* ponat, quàm *oratione* (vtrunque enim coniungit) ut idcirco vel dici debeat æquè, *orationem & Ieiunium* valere ad Dæmones locis profligandos; vel non valere *orationem*.

11. *Tria* his tribus argumentis quærentur; ad quæ, ubi breuiter responsum fuerit, Caput concludemus. Primum est, An Domini sententia demonstrari possit, Dæmones *non ex hominibus tantum, verum etiam locis infestis* *oratione* proferri. Secundam, An *oratio* ad *omnes spiritus* profligandos valeat; an ad aliquos tantum. Tertium, cur *potius orationi* tribuamus exilium atque proserptionem Spirituum Dæmoniorum, quàm *Ieiunio*; cum *orationi* Dominus *Ieiunium* coniunxerit, & vtriusq; pares esse vires insinuet.

12. Potestne igitur Domini sententia doceri, etiam locis, & non tantum hominibus per *Orationem* proseribi Dæmones? *Potest omnino*, quamuis enim de solo hominem inhabitante Dæmonio sermo sit; alia tamen, quæ loca infestant, non excludit. Hoc primùm inde clarum est, quod *Oratione* docuerit, *omnia* obtineri passetum deinde ex illo, quod non ita locis, quæ infesta reddunt; sicut hominibus, quos obfidet, videantur coniuncta atq; vnita, ut idcirco difficilius multò homines, quàm loca relinquunt. deniq; propterea, quod etiam in hominibus sint, veluti in quibusdam locis; ut ob id, si doceatur, *oratione ex hominibus* eicere, hoc ipso demonstratum sit, *oratione locis* pelli posse.

Sic

Sic ad *omnes Dæmoniorum Spiritus* profligandos valet *oratio*. *Est* vnus generis Dæmonius meminerit: sed illud tale fuit, ut cætera omnia *oratione* in fugam conuerterent, certum sit, si demonstratum sit hoc *oratione* pelli. Quomodo verò? quia quod *oratione* docetur profligari, cæteris omnibus onerosius est, & difficilius. Eiciebant passim Discipuli Christi Spiritus verbo, & nomine Domini inuocato: verum ad hoc Dæmonium nomen Domini inuocatum nõ sufficiebat: aliæ pro hoc expugnando erant necessariae machine, *Oratio atq; Ieiunium*. Nunc hinc argumētatur. Si quod difficillimè pellitur Dæmonium, *oratione* pelli potest; poterit pelli quodcunq; cuius vires sunt inferiores. At pellitur *oratione*, quod difficillimè pellitur. Poterit igitur quodcunq; aliud Dæmoniorum genus.

Cur verò *orationi*, non *Ieiunio* Spirituum profligationem tribuimus (Ad hoc plurima essent dicenda. Nos pro instituti, & loci ratione, multa paucis. Primum est. Ieiunij hinc etiam vires magnas esse. Alterum non Ieiunium tantum; sed & Eleemosynas, & alia pietatis Christianæ exercitia posse permultum. Tertium, hæc per se ad Dæmones profligandos non valere. Quartum per se valere *orationem*. Quintum, *orationi* potissimum tribuisse Dæmonum eiectionem Dominum. Sextum adiunxisse Ieiunium, quod hoc, ut mens ad Deum per *orationem* veniat, efficiat.

*Primum infinita declarant*, quæ pro Ieiunij commendatione, partim à sacris literis, partim in sanctis Patribus, reperiuntur. docent enim peccata ne committantur, impedire: commissa expiare: ad paradysum, unde propter violatum Ieiunium, expulsi fueramus, reditum præstare: mentem ad Deum eleuare: promerita supplicia redimere: impendentem cladem arcere: magna Dei beneficia impetrare: sanitati demum vtriusque hominis plurimum conferre. Omnia hæc breui *oratione* complexus B. Hieronymus, Epist. ad Eustochium; *Medicinale Ieiunium*, inquit, *omnem auferit languorem & omnem tribuit virtutem & gratiam*. Cæterum vim eius aduersus Dæmones disertè exprimit Athanasius lib. de Virginitate *Quisquis*, inquit, *immundo Spiritu vexatur, certum habere debet, Spiritus malos Ieiunio afflicto abscedere, vim Ieiunij metuentes*.

Sic de Eleemosyna præstantia dubium nullum est. Et hanc agnoscit, qui in sacris literis mediocriter est versatus. Docet Tobias (cap. 4.) *Eleemosynam à monte liberare: peccata purgare; & nõ pati animam iræ in tenebris*. idem Regius Propheta, Psal. 40. *Beatus*, inquit, *vir, qui intelligit super egenum & pauperem; indie mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruabit illum, & viuificabit eum, & non tradet eum in animam inimicorũ eius*. Docet Saluator ad cælestis gloriæ præmi-

162

um; per Eleemosynam perueniri: *Facite*, inquit, (Lucæ 16.) *uobis amicos, de mammona iniquitatis; ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Docet Salomon, præter hæc, etiam promouere bona externa, & fortunæ casibus obiecta. Notum est illud Proverb. 28. *Quid dat pauperi, non indigebit.*

17. *Nec parua sunt vires quorumcumq; pietatis Christianæ exercitiorum.* Pietas, inquit Apostolus (1. Timoth. 4.) *ad omnia utilis est.* Et Salomon (Sapient. 3.) *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Non ignorarunt has Ezechias Rex, atque item sanctissimus Paulus: unde ille in extremo vitæ periculo constitutus, ausus est dicere: *Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te, in veritate, & corde perfecto,* (4. Reg. 20.) Hic verò: *Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus, in illa die, iustus Iudex: non solum autem mihi, sed & ijs, qui diligunt aduentum eius.* 2. Timoth. 4.

18. *Quod verò tertio loco dicebamus, opera hæc ad Dæmones profligandos instituta non esse, nec per se ed tendere, dubium non est.* Ieiunium corporis afflictioni seruit; & ut Spiritui caro subiciatur, institutum est: Eleemosyna ad proximi miseriam subleuandam facit. Reliqua pietatis exercitia ad futuræ vitæ gaudia obtinenda conferunt. At *Oratio per se valet ad profligandos Dæmones.* Ipsam generale quoddam mortalium voluit esse præsidium Deus Opt. Max. ad omnia omnino bona obtinenda: ad omnia omnino mala propulsanda, etiam immundorum Spirituum molestias: quemadmodum, quam Dominus orandi formam reliquit, quæque ab ipso, quod *Dominica* dicatur, nomen obtinuit, egregiè demonstrat & explicat.

19. *Quod Orationi potissimum Dominus Dæmonum electionem tribuat, multis hoc loco ostendit doctissimus Tostatus Abulensis.* Nec de hoc dubitat, qui & *Orationis vires* agnoscit: & quid ieiunium orationi coniunctum efficiat, attendit.

20. *Denique Orationem Ieiunio iuuari cui dubium?* Nonne duæ eius alæ altera, qua cælum conscendit, & ad Dei conspectum peruenit; altera, qua à Deo, quod postulat, obtinet? Et ad illud iuuat ieiunium: ad hoc Eleemosyna. Ut optimè dixisse credendum sit B. Chrysostomum, quando hom. 71. ad Populum, *orantem leuem vocat & alatum.*

21. *Sed tamen Eleemosynæ Dominus non meminit; nec aliorum pietatis operum:* propterea; quod non ita cum *Oratione* coniuncta sint, nec tantum ipsorum ad bene orandum necessitas; quanta Ieiunij, omnino.

mo necesse est, ut per *orationem* mens in Deum eleuetur; ad quod iuuat Ieiunium: ut verò, quod petit, obtineat (ad quod profunt pietatis opera) necesse non est.

## CAP. LXVII.

*De reliquiarum usu in profligandis Dæmonibus, quas quæ ob causas Dæmones Reliquias non sustineant.*

**N**æna omnium propemodum tam Catholicorum, quam Hæreticorum sententia est, *Dæmones Reliquias Sanctorum fugere.* Ex Hæreticis, post alios, hoc admittunt Magdeburgenses. centuria 4. cap. 13. col. 1446. Pro Catholicis sunt Hieronymus & Chrysostomus: Hieronymus lib. contra Vigilantium: Tu, inquit, (Dæmonem alloquitur, qui per os Vigilantij Reliquias Sanctorum vilissimum puluerem appellauerat) *sape vilissimo hoc tortus es puluere.* Chrysostomus docet eos fugere, quemadmodum fures, qui fugam capessunt, si quando in supellectilem incidunt regiam. Verba eius hæc sunt, homilia septima, de septem Machab. *Vt audaces latronum duces, siue impij sepulchrorum effossiores, si forte, dum prædas agunt, aut spolia capienda conquirunt, in arma vel ornamenta Imperatoris incurrerint, quamlibet cupidi prædarum, tamen agnitis Regis insignibus deterruerur, ut fugiant, nec comminus accedere, vel attingere audeant: ita profecto & Dæmones, qui verè & latronum principes sunt, & Magistri; vbi coronatorum Martyrum viderint corpora posita, longè illic à conspectu eorum pauidi fugiunt, & absiliunt.*

Nec temerè tam hi, quam illi, in hanc opinionem venerunt. 2. *Exempla pro hac re tot sunt, & tam clara; ut omnino in luce meridiana cæcutire dicendus sit, qui hæc velit negare: neque primis tantum illa sunt temporibus data; sed nostris quoq;: & non ab ijs conscripta, quorum fides suspecta sit; sed iis, de quorum fide dubitare parum honestum.*

3. *Ex multis aliquot produximus Disputatione de Dæmoniacis. hic contenti simus semicinctijs & sudarijs D. Pauli; de quibus S. Lucas cap. 19. historix Apostolorum, in hunc modum: Virtutes non quamlibet faciebat Deus per manum Pauli, ita ut etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria, & semicinctijs; & recedebant ab ijs languores, & spiritus Nequam egrediebantur.* Addimus sequens ex Theodoretò, ipsius Theodreti verbis: quod quemadmodum argumentum nostrum confirmat, ita pluribus locis, in hac Disputatione potest seruire. *Execrandus, inquit, Marcio, multas*

ffinas impietatis seminavit in Regione Vrbis Cyri. Eas cum conarer euellere radicitus, noctu venit quidam Damon exitialis, clamans, & lingua utens Cyriaca: Cur, inquires, tu bellum geris cum Marcione? Cur hanc pugnam aduersus eum suscipis? Quanam is te vnquam affecit molestia? Desine beligerare: desine à m. leuolentia: aut discas experientia, quantum bonum sit quietes. Scias, quod te iam pridem confodissem, nisi chorum Martyrum te custodientem vidissem, cum Iacobo. Hæc ego audiui, & dixi cuidam ex familiaribus, qui prope me dormiebat: Audis, inquam, quæ dicuntur? Ille vero: Omnia, inquit, audiui. & cum vellem surgere, & respicere, & scire quis loqueretur, tua causa quieui; quia te putarem quiescere. Ambo itaque surgentes, respeximus, neque vllum, qui moueretur, vidimus; nec quiloqueretur, audiimus. Illa verba alij quoque, qui nobiscum habitabant, audierunt. Intellexi igitur, quod Martyrum quidem chorum dicebat lecythum olei Martyrum, qui cum à multis Martyribus collectam haberet benedictionem, pendebat in meo lecto. Sub meo autem capite erat magni Iacobi vetus amictus, qui quouis claustris adamantino fuit mihi validior. Ita Theodoretus hist. Sanct. Patrum, cap. 21. & ex ipso Cæsar Baronius Tomo 5. hist. Ecclesi. circa annum Domini 424. Sed illustrius exemplum refert Beda lib. 3. Hist. Anglorum, cap. 21. quod quia etiam pluribus locis huic Disputationi potest feruire, etiam ipsius verbis ascribimus: *Monasterium nobile fuit in provincia Lindissi, nomine Beardanum. Huc quodam tempore hospes venit, qui solebat nocturnis sapius horis repente ab immundo Spiritu grauissimè vexari. Cum igitur benignè susceptus post cœnam in lecto membra posuisset, subitò à Diabolo arreptus, inclamare, dentibus frendere, spumare, & diuersis motibus cepit membra torquere. Cumq; à nullo vel teneri, vel ligari potuisset; eucurrit Minister; & pulsans ad ostium nuntiauit Abbatissæ. At illa aperiens ianuam, exiit cum vna Sanctimonialium sceminarum ad locum virorum: & euocans Presbyterum, rogauit secum venire ad patientem. Vbi cum venientes, viderent multos affuisse, qui vexatum tenere, & motus eius insanos comprimere conati; nequaquam valebant; dicebat Presbyter Exorcismum; & quacunque poterat, pro sedando miseri furore agebat. Sed nec ipse, quamuis multum laborans, proficere aliquid valebat. Cum ù nihil salutis furenti superesse videretur, repente venit in mentem Abbatissæ puluis ille presertim (intellige cineres S. Osnualdi Martyris) statimque iussit iram ministram, & capsellam, in qua erat, adducere. Et cum illa afferens intrasset atrium domus, in cuius interioribus Demoniosus torquebatur, conticuit ille subitò, in mentemque ora tenebant reliqui, quem res exitum haberet sollicitè expectantes. Et post aliquantum hora spacium resedit qui vexabatur, & grauiter suspirans: Modò, inquit, sanum sapio. recepi enim sensum*

*sensum animi mei. At illi sedulo sciscitabantur; Quomodo hoc contigisset, quibus ille: Mox vt virgo hæc cum capsella, quam portabat, appropinquauit atrio domus huius, discesserunt omnes, qui me premebant, Spiritus maligni & me relicto nusquam comparuerunt Hætenus Beda. Habet quoque hic locum quod de peste inguinaria à ciuitate Treuirensi depulsa scribit Gregorius Turonensis in libello vitæ S. Nicetij. verba eius hæc sunt. Cum lues inguinaria Treuericum populum in circuitu ciuitatis valde vastaret, & sacerdos Dei (Nicetius) pro ouibus commissis Dei misericordiam imploraret assidue: factus est sonus de nocte magnus, tanquam tonitruum validum super pontem amnis, ita vt putaretur, vrbs ipsa absorberi. Cumq; omnis populus exterritus in lectulis resedisset, latiferum sibi interitum operiens, audita est in medio vox vna ceteris clarior dicens: Et quid hic obsecj faciemus. Ad vnã enim portam Eucharis sacerdos obseruat; ad alteram Maximinus excubat: in medio versatur Nicetius: Nil hic vltra præualere possumus, nisi sinamus hanc vrbe eorum iurioni. Hæc audita voce statim morbus quieuit, nullusq; ab eo vltra defunctus est. Quæ autem & quanta hæc pestis inguinaria fuerit, docet Paulus Diaconus. Vide Baronij Tom. 7. fol. 502.*

Verum quamuis in hoc aduersarij nobiscum consentiant; negant tamen Reliquias ad Dæmones profligandos adhiberi posse; quod constantissimè admittunt, agnoscunt, & confitentur Catholici. Hinc illi Reliquias proseribunt, abiiciunt, Vulcano tradunt, in cineres redigunt, & vt omnino extra omnem mortalium sint conspectum, procurant. Hi easdem studiosè conquirunt, diligenter conseruant, religiose venerantur, & magno habent in honore.

Si ab illis causam suæ opinionis & facti scisciteris, respondet vsum Reliquiarum, qui in Dæmonibus profligandis positus est, superstitiosum esse, & cum summa Creatoris contumelia coniunctum. Quocirca docent non idcirco Dæmones Reliquias non sustinere; quod illas oderint, detestentur & fugere cogantur, sed vt fugam homines ad Reliquiarum cultum, & impiam superstitionem inuitent. Fingunt, inquit, fugam; non coguntur fugere, nec fugiunt inuiti.

Contraria Catholici ratione ad contrariam opinionem, & factum inducuntur. Credunt Dæmones non fugam fingere, sed fugere coactos: Reliquiarum eam vim esse & potestatem, vt in ipsarum præsentia nequeant consiliter versipelles spiritus.

Et profectò, quamdiu in ea cogitatione atque sententia hærent Aduersarij; vt credant superstitiosum esse Reliquiarum vsum,

Reliquijs ad Dæmones profligandos vti nec possunt, nec debent: quamuis etiam certum esset, vsu Reliquiarum ipsos à maximis Dæmonum posse liberari molestiis; & aliter liberari non posse: propterea, quod *Omne quod ex fide non est, peccatū sit; & Omne, quod contra conscientiam est, adificet ad gehennam;* peccatum autem ob nullius, vel boni consecutionem, vel mali depulsionem permissum sit.

3. Sed vt hunc errorem deponant cæci: intelligant etiam, quam procul à superstitionis crimine absint Catholici, duo demonstranda sunt. Primum, Reliquias reuera molestas esse Dæmonibus, eisdemq; torquere, vt ob id ipsos non fugam fingere, sed coactos fugere credendum sit. Deinde dici non posse, Dæmones, fuga sua, ad Reliquiarum cultum homines allicere; quamuis etiam reuera (quod tamen falsum est) non torquerent. Vbi hæc duo in gratiam Aduersariorum demonstrata fuerint, nostra prosequemur.

2. Torqueri ad Reliquiarum præsentiam Dæmones, primò diferta Patrum sanctissimorum hominum sententia est. Vnius nobis sufficit auctoritas Chrysofomi, Reliquia Sanctorū, inquit ille (homil. 66. ad Populum Antiochenum) Dæmones sistunt & torquent: & vinclos ab illis soluant sauisimīs vinculis. Et libro contra Gentiles, de vita S. Babilæ, Antiocheni Episcopi & martyris; Ea, inquit, est Sāctorū potestas, vt illorum superstitum Dæmones, ne Vmbra quidem, aut Vestes; vita autem defunctorū, & Loculos quoq; reformidēt. Rursus, Sermone in adorationem catenarum S. Petri: Has Catenas, inquit, potentiarum, quæ ab ipso defecerunt, Princeps exhorruit, & nunc etiam exhorret & multo cum timore illas subterfugiens, comprimitur. Has aërea Spirituum multitudo metuens ac tremens, iaculisq; inde emissis percussa, longius profugatur, &c.

10. Deinde, idem, vt cætera omittam, docent Reliquiæ S. Babilæ Martyris. Nonne ob eius sepulchri viciniam, oraculum Apollinis siluit? Nonne vt loquelam Idolum reciperet, arcam Martyris remoueri iussit Apostata Iulianus? Volunt Centuriatores Diabolum de industria simulasse se impediri à Martyre, vt vsu Reliquiarum scilicet venerationis induceret: sed quam id præter omnem rationem dicant, sequens miraculum clarè ostendit: quod, vix arca Martyris abducta, ignis de cælo descēdens, Idolum, vnde Diabulus oracula reddebat, totum consumpserit. Vide Bellar. tom. 1. Cont. vltima lib. 2. cap. 2. Vetus hoc exemplum est, quod produximus. Recense est illud Thomæ Fazelli libro 10. prioris Decadis Rerum Sicularum, cui tanquam oculato testi fidem meritò adhiberi licet. Est, inquit, Agyra, D. Philippi (Petri Apostolorum principis hic discipulus fuit, Siculis ab eodem ad Christi Euangelium predicantur

prædicandum missus) templum, miraculorum frequentia celeberrimum. hic anno salutis 1541. solemniter, Philippi festo ducentas penè arreptitias offendit. Ha vt Diui Imaginem exhibitam conspexerunt, mox ac si hostis capitalis adesset, illius aspectum formidantes, voce sublata, vestimenta scindere, crines vellere, vinculisq;, quibus strictissimè impediabantur, diffractis, quedam etiam è custodum manibus elabi cœperunt: quorum deinde inusitati clamores, omniq; gemitu maiores, velut rugitus immanes, ita toto templo viciniq; agris personuere, vt è propinquo bellum ingens ac sauum, oruentissimumq; prælium committi videretur. Quomodo eadem ibidem liberatæ. quomodo & aliis rationibus vis Reliquiarum ibidem confirmata, pluribus ostendit. quæ hic referre nolumus. Commodiorem locum habent illa in de Dæmoniacis Disputatione.

17. Si vox mentis indicium est, etiam ex voce, quam Dæmones effingunt, aliquod argumentum, pro ipsorum tortura accipitur. Neque enim maligni Spiritus ad Reliquiarum præsentiam voces excitant, quæ hilaris atq; exultantis animi indicium sint; sed quæ angustias mentis, & summas molestias produunt. De iis sic Sanctus Hieronymus Epistola 27. (loquitur de S. Paula) Cernebat varijs Dæmones rugire cruciatibus; & ante sepulchrū Sanctorum, vllulare homines more luporum; vocibus latrare canum; fremere leonum; sibilare, serpentum: mugire taurorum, alios rotare caput, & post tergum terram vertice tangere, suspensiq; pede fæminæ vestes defluere in faciem. Ita Hieronymus.

12. Dubium non est, quin Dæmonibus molesti fuerint Sancti Dei homines dum viuerent, quorum iam mortuorum Reliquias fugiunt. At cur viui molesti fuerunt, mortui non item? Neque enim tantum, quod in ipsis viuebat, Dæmonibus molestiam afferebat: afferebat molestiam, atque aded torquebat, quod cum viuis erat coniunctum: semicinctia, verbi gratia, atque sudaria S. Pauli. Si verò hoc viuorum poterant semicinctia atque sudaria; in quibus tamen viuorum animus nunquam resedit; non torquebunt, inuisaque erūt ossa; in quibus Spiritus aliquando sedes suas habuerunt?

13. Naturale omnibus est, vt quos inuidia atque odio prosequuntur; eorum nec aspectum ferant, nec præsentiam: detestentur etiam imagines, mores, amicos: Ipsorum quicquid est; graue est, molestum est, tortura est. An odio S. homines non prosequuntur dæmones? non iis inuident? si verò prosequuntur & inuident; possunt quis oculis intueri cadauera sustinere Reliquias? vestes? imagines?

14. Difficile est mortalibus, & non nisi perfectorum hominum opus, vt eos mortuos ament, & non persequantur atq; detestentur; à



quibus *viuis* graues iniurias sustinuerunt. Plerique omnes in mortuis ulciscuntur, quorum viuorum sustinuerunt potentiam. At quanta quidam Dæmonum à sanctis uiuentibus passi? Et quod vix optimus aliquis, harum iniuriarum ipsi nequissimi nequam oblici, mortuos non detestabuntur? non odio prosequuntur? non cum molestia sustinebunt?

15. Dubium non est tortos esse *Christi* præsentia Diabolos. ipsorum in promptu est confessio. *Venisti*, inquit quidam illorum, *ante tempus torqueret nos*. Matth. 8. Verum cur de tortura conquirentur? quia scilicet, verebantur, ne *sedibus suis* pellerentur. Quam porro debuit Dominus tortos iam eiectionis, quando solus timor, quod eiiciendi essent, tortis? At plurimi sanctorum, Dæmones locis suis, & sedibus eiecerunt. Non igitur non possunt iis graues & molesti esse sancti.

16. Hinc clarum est inoptè dici *Dæmones fugam simulare*: ad fugam nulla vi cogi. Si torquent sanctorum *Reliquia*; si molestæ sunt & inuisæ: quomodo Spiritus fugam ad ipsarum præsentiam simulant? quomodo non fugere coguntur? Nonne ab iis, qui molesti esse solent, si possumus, quam citissimè nos expeditimus? Nonne apud ipsos summa cum difficultate retinemur?

17. Sed ad alterum caput, doceamus dici non posse *Dæmones ad Reliquiarum cultum fuga sua inuitare atque allicere mortales*. Hoc verò ex illo certum est, quod cultus *Reliquiarum* in earum rerum genere sit: quæ per se bonæ sunt: Dæmonum autem hoc ingenium, ut ad bonum inuident neminem. Quid enim hæc dubium? quid non certum?

18. Clarius propositum nostrum ostendunt partim *mala*, quæ *Reliquiarum* intuitu mortales declinant; partim *bona* quæ cum *Reliquiarum* cultu coniuncta sunt. Ab illis enim Spiritus Nequam non possunt auocare mortales. Ad hæc non possunt inuitare. Sed quæ *mala* declinantur?

19. Mala hæc plurima sunt. Nos summa capita referimus. Est *superbia*; quæ hoc nomine mortalibus displicere incipit, quod etiam corpora atque cineres eorum in honore habeantur, qui hostes superbiæ, & humilitatis studiosi sectatores fuerunt. Et *amor congerendi diuitias*; quas intelligunt iis contemnendas, qui arduum atque difficile ad cælum iter ingrediuntur. Est *luxuria*: cuius illecebras tãto magis detestantur, quanto maiori in honore sunt, non apud Deum solùm, verum etiã homines; qui corpora sua mortificauerunt propter

propter Deum. Est *ira*: cuius non possunt nõ frangere impetum, quando in memoriã venit (venit autem ad *Reliquiarum* intuitum) summa sanctorum mansuetudo, qui etiam pro persecutoribus suis Deo supplicarunt. Est *Gula*; quæ sibi cauendum censent ipsorum exemplo, quorum cum pignora vident, has voces audire videntur: *Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus*. Est *Inuidia*; quam detestantur recordatione charitatis, quæ in iis flagrauit, quorum coram intuentur & venerantur *Reliquias*. Est *Acedia*; quam cane peius & angue putant fugiendam, sed cælum peruenire cupiunt, exemplo eorum; quibus vnum hoc præcipuum fuit studium, ut cum Deo essent quam sæpissimè, sedula & ardenti oratione, rerumq; diuinarum contemplatione.

Sed non ad *mala* solùm declinanda *Reliquiarum* cultu vrgentur mortales; etiam inuitantur ad faciendã *bona*. Quæ verò? Ad omnium propemodum virtutum exempla. Quarum quæso? Ad contemptum diuitiarum; quas *Reliquiarum* honori potius, quam sibi seruire volunt. Ad afflictiones corporum; quibus nunc susceptis peregrinationibus, nunc abstinentia & ieiunio, nunc aliis rationibus vis infertur. Ad humilitatem; cuius maxima indicia ad sanctorum sepulchra & *Reliquias* exhibentur. Ad castitatem; quæ sæpe hoc nomine suscipitur, quia illorum *Reliquia* in honore habentur, qui ob castitatem Deo placuerunt. Ad orationis studium; quæ ad sanctorum *Reliquias* propemodum est continua, omitto breuitatis studio reliquias.

Hæc cum *Reliquiarum* cultu coniuncta, An hæc proposita sunt Dæmonibus in *Reliquiarum* fuga, quam dissimulare dicuntur? Quærunt Nequam, ut castra vitiorum deserant, & ad virtutum arces confugiant mortales? id est, sua castra relinquunt, & ad hostium; id est, Dei; properant?

Non quærunt hoc nequissimi. Placet ipsis *Superbia*; omnium vitiorum mater & origo. Placet *Auaritia*; qua plurimos illaqueant. Placet *Luxuria*; quam in omni ætate, cuiuslibet improbitatis, & turpitudinis nouerunt esse escam. Placet *Ira*; ut quæ homines sensibus integris, ut B. Chrysostomus loquitur, (homilia 18. in Matt.) facit insanire. Placet *Gula*; quæ eodem Chrysostomo auctore (homilia 58.) homines efficit sues, imò ipsis suis deteriores. Placet *Inuidia*; quæ fraternæ charitatis apertissimè iura violat.

Et qui miseros mortales cupiunt in vitiis excellere, illis fortè placebunt virtutum exercitia? placebit iis contemptus diuitiarum; qui diuitiarum laqueis omnes cupiunt inuolutos? Afflictio

corpo-

corpore; qui mox conditum hominem ad corporis oblectamenta inuitarunt? Humilitas; qui ob nimiam superbiam de cælo deiecti fuerunt? Castitas; qui locis delectatur humidis, & virtutem habent in vmbilico & renibus? Studium orationis; qui iuratiſſimi illius sunt hostes, ad quem oratio dirigitur?

24. Forſitan negantur virtutum *exercitia* eſſe, quæ diximus; propterea, quod *ex fine*, qui in ipsis propositus eſt malus, vitium contrahant omnia. Ea ſiquidem finis mali conditio eſt, vt cum ad opera accedit, etiam ſi præſtantiffima inueniat, deprauet ipſa atq; corrumpat. Sed hoc examinemus.

25. Primum omnium, quod obiicitur, in omnibus locum non habet. Non hoc propositum eſt in *vitiorum* fuga. finis qui opus deprauet, oportet opus accedat: at fine opere eſt vitiorum fuga. Vel igitur ob hoc Dæmones fugam diſſimulare non debent, quod multa mala, quæ alioquin committerentur, omittuntur.

26. Deinde, dicendum non eſt, opera omnia, quæ fiunt, à fine deprauari. Cum enim ipſa ex ſe bona ſint, ſi deprauantur, non ipsis inſito fine deprauantur; ſed alio aliquo, qui ex agentium voluntate accedit at quis vnquam ex iis, qui *Reliquias* in honore habuerunt, aliud ſibi propositum fuiſſe dicat, quam Dei atq; Sanctorum honorem? Vtrum verò hic malum? Deum Sanctorum? Num vtriusq; ſuus honos debetur?

27. Tribuitur fortassis Dei honor Sanctis. Et hoc quis cogitauit? quis dixit? quis ſcripſit? quis fecit? *Inſinitis partibus* honor, qui Sanctis tribuitur, inferior eſt illo, qui debetur & tribuitur Deo. Deum vt boni omnis authorem & conſummatores honoramus; Sanctos vt Dei amicos, nostrosque apud Deum patronos & interceſſores.

28. Sed nimium excrescit oratio. Nimis multa cum Aduerſariis. Noſtra repetamus. Igitur, cum certum ſit, non ſimulare fugam Dæmones, ſed inuitos fugere, & *Reliquias* non ſuſtinere; *cauſam*, cur fugiant, inquiramus: Quæ igitur illa? An *Deus*; qui ipſos cogit ad præſentiam *Reliquiarum* fugere? An *Sancti*, quorum *Reliquia* habentur, in fugam conuertant? An ipsis *Reliquijs* vis illa inſita eſt, vt locis atque hominibus nequam Spiritus pellant? An *homines* ſunt; qui vt aliis rebus, ita adhibitis Reliquijs, eosdem proſcribunt? An denique horum nihil, ſed ipſi *Dæmones* ſunt, qui quamuis nullam à *Reliquijs* vim patiantur, ipſas tamen ſuſtinere ex odio nequeant.

29. Quinq; hic modos inſinuamus, quibus *Reliquijs* Spiritus pel-  
li, po-

ſi, poteſt intelligi: quem, vel quos probemus, inquirendum eſt, an nequam Caput concludamus.

Deum ad Sanctorum *Reliquias* Dæmonibus exilium, aut fugam impetrare poſſe extra controuerſiam eſt. Quid non poteſt Deus, cuius nomen omnipotens? Exodi 15. Dubium item nullum, frequenter impetrariſſe, quando difficiles Nequam Spiritus eſſe potuerunt: & ipſe hac ratione Sanctorum ſuorum voluit gloriam illuſtrare, & mundo innotefcere. Veruntamen non ſolo hoc nomine, neque ſemper hoc, Dæmones fugam capeſſere credendi ſunt. Poteſt Deus Dæmonibus diſceſſum & fugam non imperare, & tamen ipſos ad fugam cogi certum eſt.

Sanctos, quorum *Reliquia* habentur, proprie Dæmones fugare dici non debet. quoniam, vt ipſi per ſe miracula non perpetrant; ita neque Dæmones in fugam per ſe conuertunt. magna fuit ipſorum in Dæmones poteſtas, quam diu communem nobiſcum in terra vitam egerunt: mortui iam, & cum Chriſto in Cælo regnantes in Dæmones per ſe poſſunt nihil. Si quid poſſunt, poſſunt oratiõe, quemadmodum reliqua, ita Dæmonum fugam impetrare.

*Reliquijs* poteſtas aliqua, qua in Dæmones agat, eosq; ſedibus pellat, non ineſt. Si ineſt, qualis quæſo illa eſt? Spiritualis, an corporea? Spiritualis in re corporea, vt *Reliquia* ſunt, ineſſe non poteſt. Corporea ad Spiritus proſtigandos, quales ſunt Dæmones, nihil facit.

Suntne igitur *homines*, qui quemadmodum rebus alijs, ita adhibitis *Reliquijs* Dæmones proſcribunt? Sunt vtique. quoniam penes homines hanc poteſtatem futuram, diſertè Chriſti probat oratio. Marci vltimo &c. vt ergo illi Dæmones in fugam conuertunt vſu nominis Ieſu; ita vſu *Reliquiarum*, vſu Rerum aliarum.


Sed præter hanc, alia ratio eſt, quam quinto loco inſinuamus, quod *Reliquias* etiam per ſe ferre nequeunt Spiritus; ita, vt quamuis homines aduerſus Dæmones Reliquijs ſe non arment, & his armis inſtructi eos non impugnent: ſi tamen ipſas alibi Nequam Spiritus deprehendant vel obſeruent, mox fugam capeſſant. hoc pulchrè B. Chryſoſtomus ſimilitudine oſtendit, quam initio huius Capituli attulimus.

Duobus igitur modis ad proſtigandos Dæmones *Reliquia* faciunt. primò per ſe. ſecundò ex vſu eas Dæmonibus adhibentium. In priori modo ſimplex eſt ratio, cur fugiant; in poſteriori duplex ſiue bipartita. Ibi per ſe fugere dici poſſunt, ob odium, quo

erga *Reliquias* flagrant, maximum: hic præterea compelli exorcizantium autoritate. Ibi *Reliquia* veluti obiecta quædam Dæmones mouent, vt fugam ineant: hic sunt quædam quasi instrumentales causæ, quibus Exorcistæ ( quibus diuinitus in Spiritus hos collata potestas ( vtuntur.

## CAP. LXVIII.

*De Crucis aduersus Dæmones efficaci vsu. Et quod hic nullam sapiat superstitionem.*

1.  **Q**uemadmodum de Reliquiis communis est, tam Catholicorum, quàm Hæreticorum, sententia, quod ad profligandos Dæmones valeant; sic communis consensus de *Cruce*. Ex Hæreticis inter alios ita sentit Brentius, teste Alano, Dialogorum lib. 4. cap. 3. Ex Catholicis omnes omnino: vt non sine causa in Prouerbiu abierit, *Dæmones fugere Crucem*.
2. Iisdem etiam rationibus vtrique inducti sunt; multitudine scilicet exemplorum, quæ omnis ætas suppeditat. Nos aliàs duplicis generis protulimus, quorum quædam ostendunt *Crucem* ex hominibus Dæmones esse exactos, quædam aliis locis profligatos. Vide Disput. de Dæmoniacis.
3. Prioris generis sunt, quod Gregorius Lingonicus Episcopus ex Energumenis ad se adductis, signo crucis iusserit. *Dæmonia* discedere; vt loquitur Gregorius Turonensis in vita Patrum. quod eodem signo, eadem à muliere exegerit Albinus Andegauensis Episcopus, quemadmodum testatur Vincentius lib. 23. cap. 141. quod idem præstiterit Iosephus quidam nondum Christianus; vt habet Epiphanius Hæresi 30.
4. Pro posterioribus seruit Gregorius Neocæsariensis; quam sæpe contra Dæmones his armis depugnasse testatur Gregorius Nyssenus, in vita eius B. Antonius; qui hoc armorum genere omnibus Dæmonibus fuit terribilis. S. Margareta; quæ *Crucem* Dæmonem in forma Draconis sibi appropinquantem profligauit, teste Metaphraste in eius vita. Iulianus Apostata; qui dum se *Crucem* signat, Dæmones, quos euocarat, fugat; quemadmodum Oratione in eundem scribit Nazianzenus. His addimus, quod vtrisque plus ad propositam disputationem facit, vt in Anastasio Imperatore refert Glycas, parte 4. Erat, inquit, his temporibus Rex Persarum Codes, qui cum in castello quodam gemmas magni pretij didicisset, ac quominus potiretur, ab incolis loci genijs, impediretur, omni genere præstigia-

rum

rum vsus est. Nam & Iudeos, & quosuis alios accersitos adhibebat: neque tamen illorum quisquam aliquid efficere potuit. Tandem Antistes eius loci, solo *Crucis* signo expulsi. Hæc Glycas. Quocirca optimè Paulius Natali octauo S. Felicis.

Nos *Crucis* inuidia signum, & confessio munit.  
 Armatisq; Deo mentem, non quarimus arma  
 Corporis: & quamquam membris videamur inermes,  
 Arma tamen gerimus, quibus & sub pace serena  
 Contra Incorporeos animi decernimus Hostes.

Eodem quoq; modo de Dæmonum ingenio loquuntur Aduersarij, & Catholici. Volunt illi Dæmones hic nequiter agere, & fuga ad superstitionis honorem *Crucis* mortales inuitare. Asserunt hi ex *Crucis* odio & detestatione fugere. Nos quamuis de hoc aliàs aliqua; hic tamen pro Catholicorum opinione pauca, ex iam allatis exemplis argumenta addemus, tum nostra presquemur.

Et principio quidem eos, qui exempla literis consignata posteritati tradiderunt, in illa sententia non fuisse, vt putarent Dæmones fuga ad *Crucis* cultum superstitionis allicere, certum est. Res gestas ita narrant, vt significant, & tortos esse Dæmones, & *Crucem* fugisse coactos.

Deinde, qui *Crucem* contra Dæmones sunt vsi, id de ingenio Dæmonum nec suspicati sunt, nec suspicari potuerunt. An patarunt hostem pelli rebus hosti gratissimis? aut ad Dæmones pellendos, animo non pellendi accesserunt? Omnino, quia prodigiosos effectus *Crucis*, priorum, & suorum temporum exemplis deprehenderunt; eandem ad Dæmones vi pellendos valere, credere & poterunt, & debuerunt.

An in eadem cum Aduersariis sententia fuerunt, qui nos præcesserunt, & vel hæc ad *Crucis* signationem fieri viderunt, vel facta audierunt? Vix de vilo hoc legimus; de pluribus verò, quod ad Dæmones profligandos *Crucem* valere crediderint.

Quid quod omnium hæc fuerit sententia? omnes hanc *Crucis* virtutem agnouerint? Possit hoc aliunde doceri, sed vnus Apostata Iuliani suffecerit exemplum. Ille ex vsu atque consuetudine, quæ apud Christianos vigeat receptissima; *Crucem* se aduersus Dæmones muniens, conseruatus est.

Hæc cum ita sint, cum pro se Catholici habeant tot, & iam varia exempla: cum sequantur eorum, qui *Crucem* Dæmones

Ff 2

profli-

profligantur; eorum, qui profligatos viderunt & audierunt; eorum, qui hæc posteritati tradiderunt sententiã; cum sequantur totam antiquitatem, damnari iuste possunt argui superstitiõis? Idolatriæ? præsertim, quando diuinis literis edocti sunt, vt *Maiores suos audiant & sequantur?* Deut. 4.

11. Sed hæc ex hominum opinione argumenta desumpta sunt. Ita est. Nulla igitur sunt? Non ita est. Ex rebus ipsis deprompta hæc non desiderantur. Primum, tam variorum hominum opinio plurimum valet. Quod enim vniuersa tenet Ecclesia, & vt B. Augustinus loquitur (lib. 4. contra Donatistas, cap. 24.) omnibus retro seruatum est temporibus, non pro hominum tantum opinione bonum est minimeq; detestandum; sed reuera quod bonum est, & nullo modo damnandum.
12. Præterea, quando ad Crucem, à Iuliano factam, euanuit Dæmon, annon Crucis vim sensit? Aut rursus ad honorandam Crucem voluit inuitare perditum Apostatam; quem à Crucis honore semel auocauit? Voluit persuadere, vt Christianus fieret; quem antea ad deserenda Christianorum castra, cum spe maximi lucri, induxerat? quid potest fingi ineptius, dici absurdius? Si vnquam fugam dissimulauerunt Dæmones, ad effictam Crucem: profectò, cum se signo Crucis Apostata signauit, fugam dissimulare non debuerunt.
13. Iosephus, Iudæus adhuc, Crucis vim obseruauit, in Dæmonum eiectione; quando mox ad Crucem ab ipso productam obsessos relinquebant impostores; hacq; re commotus ille animum ad Christianam religionem adiecit. An fortè, vt Christianus fieret Iosephus, ad laborarunt Dæmones?
14. Cùm Coades, Persarum Rex, cuius iam meminimus, Spe gemmarum consequendarum, omnis generis superstitiones, aduersus infestos Dæmones admisisset; qui sit, vt ad solam Crucem factam omnis Dæmonum vis abacta sit? An superstitiones non fuerunt, quibus frustra Dæmones tentarunt Gentiles, atque Iudæi? & sola fuit superstitiosa Crux ab Antistite facta? Cui hoc, vel per somnium venit in mentem? Aut superstitiosi non fuerunt Iudæi, atque Gentiles; aut omni superstitionis suspitione caret Antistes cum Cruce.
15. Si in sola Dæmonum fuga Crux vires suas demonstrasset; forsità vis Crucis posset esse suspecta: iam verò tam sunt multa, tam sunt varia, tam sunt magna, per Crucem perpetrata; vt vel ex iis virtutem eius in Dæmonum eiectione omnino oporteat astruere.
16. Sed ex Cruce, Crucis vim contra Dæmones cognoscamus. Crux signum

signum est rerum Dæmonibus maximè exosarum. Quas igitur res exosas Spiritus Nequam habent. & detestantur; earum signis gaudent? afficiuntur? recreantur? Et rebus, & rerum signis cruciantur Dæmones.

Dubium non est, quin odio persequantur Nequam illa, quæ magno in honore habet Deus. Contrariorum enim sunt ingeniorum; contrariorum studiorum. Quanti verò Crucem facit Dominus? In summo illo & supremo die; in summo suo triumpho; quado venturus est cum potestate magna & maiestate, Crucem vult esse præcipuum, & illustriusimum insigne. Matth. 24. Num igitur non possunt detestari Crucem Diaboli?

Dubium non est, implacabili odio Dæmones detestari Deum Opt. Max. Dubium nullum, quin quæ Dei honorem promouent, abominentur, quantum verò promouet Crux? Crux, in qua Christianis gloriamur censet Apostolus? Galat. 6.

Omitto mortales ex Cruce occasionem sumere bonorum multorum; quæ ipsi faciunt; & detestantur verò Dæmones: sumere occasionem multorum malorum, quæ ipsi fugiunt, & desiderant verò Dæmones an hoc ipso, quo ad Crucem fuga sua alliciunt Dæmones suadent bona? dissuadent mala?

Denique, ipsam in se Crucem inspiciamus, quidnam in ea superstitiosum esse possit, inuestigemus. Duo in ipsa sunt, motus quidam manu in aère factus, & expectatio fugæ Dæmonum. Vtrum horum superstitiosum? Prius illud, an posterius? Prius res naturalis est: alterum officium pietatis aut charitatis.

Fortè nec hoc, nec illud damnatur; sed quod fuga Dæmonum ex tali manus motu expectetur. Cur hoc? an quia effectus Spiritualis, & quasi diuinus, à re speratur corporea; quæ cum illa affinitatem habet nullam? Verum simile quid in sacramentorum vsu obseruamus, quæ tamen ad superstitionem reuocare extremæ esset dementiæ.

Dicitur forsitan Sacramenta diuinam habere institutionem. Quid si eadem niti dicamus Crucem? quomodo quod asseretur, refutabitur? Si Scripturæ postulantur; postulabuntur eadem pro sacramentis; quæ cum hæc in quibusdam desiderentur; vel illorum autoritas eleuabitur, vel Crux non idcirco reiicietur, quod pro se diserta non habeat Scripturarum testimonia.

Sed nec necesse est omnia diuinam habeant institutionem, quæ ad Spirituales effectus producendos vsurpantur, & corporea sunt. Ab Apostolis Apostolicisque viris quædam probata & vsur-

pata esse potuerunt; quædam à primitiua Ecclesia recepta; quæ vel hoc nomine non damnari, sed probari; non contemni, sed in honore haberi debent. *Quid si ex horum genere sit ipsa Crux?*

14. Omnino verò rem ita se habere, sequentibus docemus; & eò breuius, quo magis ad finem properat oratio.

25. Primum hîc pro nobis est antiquissimus Scriptor Tertullianus; qui, libro de Corona militis, Traditiones Apostolicas enumerans: Ad omnem, inquit, progressum atque promotum: ad omnem aditum & exitum: ad vestitum & calceatum: ad lauacra: ad mensas: ad lumina: ad cubicula: ad sedilia; quacumq; nos conuersatio exercet, frontè Crucis signaculo terimus.

26. Secundo, seruit hîc Regula Beatissimi Augustini, qua libro 4. contra Donatistas capite 24. id censet Apostolicam habere traditionem, & institutionem, quod in vniuersa Ecclesia, & omnibus retrò temporibus seruatum est. quamuis ipsum etiam tale sit, vt ab Ecclesia patuerit institui. Quid verò? Annon in vniuersa Christi Ecclesia omnibus retro temporibus fuit vsus Crucis?

27. Tertia, valet hîc Regula, qua vsi sunt Irenæus, atque Tertullianus. ille libro 3. capite 3. hic libro de Præscriptionibus Hæreticorum. Vbi docent ex Apostolica descendere Traditione, quod pro tali habetur in ijs Ecclesijs, vbi est integra & cõtinuata successio ab Apostolis. An in nostris Ecclesijs illa non est? an pro Apostolica traditione à nobis non habetur Crucis vsus?

28. Addimus, pro his, quartum pro nostra causa argumentum, quod communi Ecclesiæ Doctorum consensu, vsus Crucis pro Apostolica Traditione habeatur. An hic errare potest aut fallere? Si potest, nonne necesse est totam Ecclesiam errare? vt quæ Doctores suos atq; Magistros, non possit non sequi?

29. Constitutum igitur sit Crucem ad Dæmones profligandos & proscribendos valere. Sed quæ Crux? & quomodo? Hoc definiamus, & capiti finem imponamus.

30. Primum verò, ex iis, quæ hætenus dicta sunt, haud obscure cognoscitur, illam Crucem intelligimus, quam manu in aère formamus: illam, quam Transseuntem vocauimus. Alia veruntamen est, quæ in Imaginũ constituitur genere, & Permanens, siue Constans dicitur: & vel in plano pingitur, vel in solida aliqua materia affingitur; quæ ad Dæmones pellendos valere, quamuis exemplis probari nõ possit; ratione tamen non minus certum est, quàm illa Dæmones pel-  
li, quæ manu formatur.

Cùm enim

Cùm enim Crucem detestentur Dæmones; quidni hanc Constantem detestarentur, quæ & Crucis nomen habet, & non minores, quàm Transiens illa, & in aère formata, vires habet?

32. Quid, quòd hæc plus contra Dæmones seruire posse videatur? Etenim cùm ad Crucis conspectum Dæmones fugam capiant; illa Crux hîc melius seruit, quæ perseuerat; quàm quæ mox, postquam manu facta est, euanescit; propterea, quod hac pulsæ, mox possint redire; illa ita pelli videatur, vt reditus omnino sit prohibitus.

33. Hoc attendisse videntur Maiores nostri; cùm olim profanis Idolorum delubris, quæ Dæmonum erant domicilia, destructis, mox Crucis vexillum erexerunt. Hoc, qui Maiores hodie in Indijs æmulantur. Neque enim Cruce Christi erecta, tantùm voluerunt reuocari ad memoriam Christi, quos pertulit, cruciatus & passionem; aut significare loca illa, quibus Crux erecta, Christo seruire; verùm etiam hoc signo ad ipsa, Dæmonibus omnem accedendi aditum prohibere.

34. Fortè etiam hinc profecta Catholicorum consuetudo, vt in ædibus, Crucis Christi, atque Crucifixi habeant Imagines. Cùm enim ædes à Dæmonum infestatione cuperent esse liberæ: Crucis autem atq; Crucifixi Imagines scirent ipsis esse exosas; hoc ipso existimauerunt dæmonibus ædes suas interdictas, quo Crucis, Crucifixi; essent instructæ & ornata Imaginibus.

35. Optandum esset, vt quæ Maiorum nostrorum in hacrefuit pietas; eadem nostris vigeret temporibus. Nunc proscriptis ex domibus Christi, Sanctorumque Imaginibus & insignibus; cùm Veneris atque Priapi; aliisque fœdis & profanis splendeant omnia, nonne Dæmonibus aditum ad ædes atque domicilia nostra patefacimus?

36. Patefacere ostendit exemplum puellæ; quæ cùm in balneis Veneris imaginem fuisset impudentius intuita, & ad eandem se composuisset; mox à Dæmone obsessa est. vt habet grauissimus Author prosper Aquitanicus, lib. 6. de Promissionibus.

37. Quemadmodum non decet in familia audire sermonem lasciuũ: ita nec tabulas haberi conuenit impudicas. Loquax res est pietura tacita, & sensim irrepit in animos hominũ. Lingua loquitur auribus,

auribus, pictura oculis; multoque loquacior est pictura, quam oratio, &

*Segnius irritant animos demissa per aures,*

*Quam que sunt oculis subiecta fidelibus; & qua*

*Ipse sibi tradit Spectator.*

Aristoteles adeo putat picturas, statuasque lasciuas ad morum corruptelam facere, ut velit per Magistratum publicis legibus cauere, ne quid Imaginum sit in ciuitate, quod admoneat turpitudinis.

38. Quocirca bene Canon 100. sextæ in Trullo. *Oculi tui recta afficiant, & omni custodia serua cor tuum, iubet Sapientia. Corporis enim sensus sua facile in animum effundunt. Picturas ergo, qua oculis perstringunt, & mentem corrumpunt, & ad turpium voluptatum mouent incendia, nullo modo deinceps imprimi iubemus. Si quis autem hoc facere aggressus fuerit, deponatur.* Bene quoque Clemens Alexandrinus, postquam Paganos reprehendit, quod in cubili decumbentes Venere nudas respiciant in tabellis depictis: habeant quoque Paniscos & nudas puellas, & ebrios Satyros, &c. tandem concludit: *Horum non solum usus, sed etiam aspectus & auditus deponendam esse memoriam, vobis annunciamus.*

39. Intellexerunt hæc Græci: de quibus scribit VVilhelmus Durantus, Mimarensis Episcopus, lib. 1. cap. 3. Rationalis diuinorum Officiorum, quod Imagines solum ab vmbelico supra, & non inferius pingant; ut omnis stultæ cogitationis occasio esset sublata.

40. Sed quomodo Crux Dæmones fugat? Respondemus breuiter. Aliter fugat illa *Transiens*, aliter *Permanentis*. Illa, ut obiectum, atque efficiens; hæc, ut obiectum tantum. breuiter hoc, sed obscure. Explicandum igitur.

41. Constanti atque *Permanenti Cruci* non aliqua vis inest; ut in præsentibus Dæmones agat; quemadmodum suus inest calor igni, quo calefacit circumstantem aërem. Hoc ipso fugare dicitur, quod illam ferre Dæmones nequeant, illam detestentur, odio prosequantur.

42. Idem odium efficit, ut fugiant *Transientem*. Nam & ipsa *Crux* est. Veruntamen hoc maior illis vis inferitur: quod ad odium, quo per se *Crucem* fugiunt Spiritus, accedat imperium, in virtute, & cum virtute *Crucis*, discessum imperantium, atque ipsos cedere cogentium: ut hic cum *Cruce* etiam homines agant in Dæmones; ibi ipsa per se in eosdem agat *Crux*.

CAP.

*De Rebus consecratis: quibus sine ullo superstitionis crimine, docetur Catholicos vi, ad loca à Dæmonum infestatione & molestia purganda: docetur item, quæ res hic præcipuum locum obtineant: & quomodo hæc præstent aperitur.*

**D**E Rebus consecratis multa satis in illa, de Dæmoniis, Disputatione. Omnia nobis in præsentis negotio seruiūt. alia directè; alia indirectè. Indirectè illa, quibus demonstratum est res illas valuisse ad morbos pellendos; catenas dissoluedas: abigendas locustas: intumescens maris fluctus frangendos: aliaque his similia: directè verò, quæ docuerunt iisdem vim Dæmonibus esse allatam.

Et hoc quidem egregiè præstant, quæ pro Dæmonum ex humanis corporibus eiectione dicta sunt; sed maximè exempla, quibus eosdem locis pulsos, & in fugam conuersos docuimus: exempla, inquam. Sicæonum Archimandritæ Theodori; qui benedictæ aquæ aspersione, domum à Dæmonum infestatione liberauit: & Sacerdotum, qui ex Moguntinensi agro Dæmonium, quod iam tribus annis magnas attulerat molestias, eadem lustrali aqua profligarunt.

Poterant hæc satis esse pro præsentis argumento. quia tamén hic etiam quædam difficultatem habent; illa non prætereunda; sed discutienda existimamus. In his primum est; An hic Dæmones fugam simulent; an potius cogantur *Rebus consecratis*, ut inuiti, discedant. Alterum est; Quænam *Res consecrata*, maximè ad Dæmones locis proscribendos valeant. Tertium, Quomodo illæ Spiritus in fugam conuertant; an vno atque eodem omnes; & rursus eodem, quo *Crux* atque Reliquiæ, de quibus præcedentibus Capitibus.

De primo illo sic statuimus: *Dæmones non hinc fugam simulare, & ad superstitionem fugam inuitare; sed Rebus sacris, inuitos pelli, & in fugam conuerti.* Docemus duabus rationibus. Prima fumitur ex rebus, quæ vsu Rerum consecratarum sunt perfectæ: altera ex modo, quo res consecrantur.

*Primum sic formamus.* Non minus est verisimile, *Rebus consecratis*, verè, & non tantum, pro Dæmonum voluntate, Dæmones locis

Gg

proscribi

proscribi, & in fugam conuerti; quàm iisdem, & non pro Dæmonum voluntate, res aliquas præclaras, & vires naturæ superantes, esse perfectas: Sed aliæ multæ præclaræ res, *Rebus consecratis* perfectæ sunt, quæ pro Dæmonum voluntate fieri non potuerunt; Non igitur, pro sua voluntate, Res sacras fugiunt; sed inuicti in fugam conuertuntur Dæmones.

6. Tria hæc, tanquam certa, constituimus. quartum ex his, pro nostra sententia inferimus. Ponimus res magnas vsu *rerum consecratarum* esse perfectas. Ponimus illas nec Dæmonum opera, nec pro Dæmonum voluntate esse perfectas. Ponimus non aliam esse rationem fugæ Dæmonum, & operum, quæ Rerum consecratarum vsu sunt perfecta. Ex omnibus concludimus, Dæmonibus vim Rebus consecratis afferri, dum fugiunt; & à locorum infestatione desistunt. Docemus singula.
7. *Primus probant innumera propemodum*, aliàs à nobis allata. qualia sunt, quod *oleo consecrato* plurimis infirmis sanitatem restituerit Sanctissimus Hilarion, vt in eius vita refert B. Hieronymus; quod *consecrato sale* idem præstiterit S. Monegundis, teste Gregorio Turonensi, in eius vita; quod *lustrali aqua* Aphrates quidam, cuius Theodoretus vitam, resque gestas describit, innumerabilium locustarum multitudinem abegerit; fregerit *eadem* intumescentes maris fluctus S. Germanus, quemadmodum Venerabilis Beda testatur, lib. 1. cap. 17. historię Angelicę; & catenas, quibus quidam constricti tenebantur, dissoluerit Euernoldus, Ratenburgenſis Episcopus, vt scribit Krantius lib. 5. Vandalicę: & tantum non mortuum pristinæ sanitati restituerit B. Chrysostomus, teste Metaphraste 13. Nouembris, &c.
8. *Quod verò hac pro voluntate Dæmonum, eorumque, opera facta sint*, quis dixerit? Ea est ratio miraculorum, vt viribus Dæmonum nulla ratione fieri possint. Vel Dæmonum igitur opera hæc non sunt; vel miracula non sunt.
9. Miracula forsitan Dæmonum opera fieri possunt? Non possunt. Hic Theologorum omnium sensus est, & consensus. Naturæ vires illa superant. naturali igitur virtute, qua sola instructi sunt Dæmones, fieri nequeunt.
10. Miracula fortè non sunt, quæ recensuimus? Quidni essent? Totius antiquitatis opinione; totius Ecclesię sententia, pro miraculis habita sunt. Et non nisi diuina virtute illorum pleraque (ne omnia dicam) fieri potuerunt; illa igitur, si non omnia, miraculū loco habenda.

Posſi

Possint Dæmones locustas abigere: possint intumescentes maris fluctus frangere: possint catenas dissoluere: An possunt cæcis restituere visum? ad vitam reuocare mortuos? mox pristinæ fanitati restituere ægros? Non sit in terris potestas, quæ cum ipsorum conferri queat; tanta tamen non est, vt omnia, quæ vsu *Rerum consecratarum* perfecta sunt, possint.

Cum igitur hæc Rebus consecratis perfecta sint; similiaque fiant quotidie, cur negatur *earundem Rerum* virtute fugari Dæmones? An non in eodem prodigiorum genere (quod tertio loco probandum est) sunt omnia? an maius opus, Dæmonum proscriptio; quam aut vinculorum disruptio, aut mirabilium morborum curatio? aut mortuorum ad vitam reuocatio?

Maius opus non est Dæmonum profligatio. multo illa sunt maiora. Et siue maius sit, siue minus; in eodem certè cum illis genere est. Quemadmodum illa naturalibus rerum viribus non perficiuntur; ita nec Dæmonum proscriptio.

Perfectò, quemadmodum amens necesse est sit, qui dum prodigia hæc vsu *Rerum consecratarum* fieri videt, non agnoscit *Rerum consecratarum* virtutem; ita potest non esse amens, qui cum illa virtuti *Rerum consecratarum* tribuit, solam Dæmonum proscriptionem excipit, & ad hanc nihil credit valere *Res consecratis*; quæ tamen, vt ad hunc finem valeant, singulari studio benedicuntur & consecrantur.

Hæc pro primo argumento. *Secundum sic constituimus*. Nullus potest, aut debet superstitiosum existimare, si quod à Deo petitur, obtineatur, & effectum suum consequatur: At à Deo petitur, vt *Res consecratis* valere velit ad Dæmones profligandos; Non igitur superstitiosum existimare Dæmones *Rebus consecratis* proscribi.

Hic dubium non est, peti à Deo, vt Res, quas in vsu generis humani condidit, *veluti valere ad profligandos Dæmones*. Quid habet aliud orationis forma, qua benedicuntur? *Oramus*, inquit Sacerdos. (in consecratione salis & aquæ) *vt creatura tua mysterijs tuis seruiens; ad abigendos Dæmones, morbosque pellendos, diuina gratia sumat effectum*. Et, in consecratione Agnorum Dei, *Vt à te benedicti, virtutem accipiant, contra omnia diabolica tentamenta, &c.*

Dubium item non est, effectus, quos ad *Res sacras* fieri oratione à Deo contendimus, ad *Rerum ipsarum vsum plerumque consequi*. Adhibetur aqua non consecrata infirmis; & nõ sequitur sanitas: adhibetur

CG 2

Dæmo-

Dæmonibus; mouentur nihil. Adhibetur eadem, oratione Sacerdotis, *benedicta* iisdem infirmis; & sequitur sanitas. adhibetur Dæmonibus; & rugiunt, magnisque clamoribus editis, in fugam conuertuntur.

18. An verò potest superstitiosum esse, vel credere Rebus *consecratis* hæc fieri? vel ad hos effectus producendos *res consecratas* adhibere? Cui vel per somnium hoc in mentem venire potest? Quoniam cum rogatus est Deus, vt *Res consecratas* velit valere ad Dæmones profligandos, quando iam consecratis Dæmones proscribuntur; omnino credendum est, & Deum velle ipsas ad hoc valere, & nullum peccatum esse, credere valere.

19. Nec vlla hic superstitionis suspicio potuit in mentem venire Catholicis, dum in hunc finem *Res consecrant*, quoniam *Res sensibiles*, etiam ad effectus spirituales, atque supernaturales valere posse, sacrarum literarum autoritate instituti nouerunt. Sciebant in veteri lege *aquam à sacerdotibus maledictam* prodere, miris modis, crimen adulterii. Hoc à Deo Iudæorum gens instituta obseruabat. Numer. 5. Sciebant in noua reperiri *piscinam*, quæ ab Angelo mota, sanitatem pristinam, primum ipsam ingredienti restituebat. Ioan. 5. Sciebant *radicem à Salomone monstratam* valuisse ad expellendos ab obsessis corporibus, Dæmones. Sciebant ad id valuisse *sumum à piscis iecore* excitatum: quod ab Angelo didicerat Tobias. Tob. 6.

20. Promisit Deus discipulis suis; quod, *si quid in nomine eius perseverent, voti fierent compotes*. Ioan. 16. Ponamus nullam promissionem factam discipulis; rogauerint ipsi Dominum; vt si quid in Christi nomine peterent, consequerentur. An si postea in Christi nomine quid petuissent, & obtinuissent; fuissent superstitiosi? Fuissent superstitiosa, si credidissent preces, in nomine Christi factas, esse efficaces? postquam etiam earum efficaciam rebus ipsis essent experti? Annon simile est, quod de *Rebus consecratis* credimus?

21. Similius est, quod de Gedeone legimus; Iudicum 6. Huic occupato in excutiendo frumenta, apparuit Angelus, libertatem populo Iudaico promittens, *se duce futuram*. Ille de promissione fieri certior petiit sacrificio, Angelo offerendo queritur, An postquæ quod oratione optabat fieri, consecutus est, peccauit, vel quando credidit per se victoriam obtinendam; vel quando victoriam obtinuit? Quis peccasse dicet?

22. Magis ad rem facit, quod addimus. *Piscina fuit Hierosolymis, quæ sanitatem primum ipsam ingredientibus præstabat, eo*  
quo

quo ipsam Angelus mouisset, tempore. Ponamus ita esse, vt hanc virtutem aliorum oratione obtinuerit (neq; enim hoc impossibile) querimus nunc, vtum criminis rei fuissent, qui vel credidissent sanitatem hoc se baptismo consecuturos, vel ad sanitatem obtinendam aquas fuissent ingressi? Quod peccatum? Et in *Rebus consecratis* peccatum.

Addimus quartum, quod proximè accedit ad *Res consecratas*. Salomon monstrasse dicitur radicem, quæ naribus obsessorum admota, quoduis Dæmonium pellebat. Ponamus Regem hoc à Deo obtinuisse. Neque enim virtus illa radici inesse potuit. Quid inde? Omnesne, qui vel radice postea vsi sunt, vel vsus radicis crediderunt esse licitum, fuerunt superstitiosi? Quis credit? Et superstitiosi sumus Catholici, dum *Rebus consecratis* vtimur, & vtendum censemus?

Non potest non omne peccatum in Deum redundare, si quod à Catholicis hic committitur: siue credant *Rebus consecratis* Dæmones pellere; siue iisdem Dæmones pellant. Ipsi omnino extra omnem sunt culpam. Omnis, quæ hic est, Dei est. Quid ita? quia antequam *Res consecratae* essent, iis vti noluerunt, quod non ignorarent talem vim rebus naturalibus non inesse: postquam consecratae fuerant, & vt ad Dæmones profligandos valerent, à Deo petiuerunt, vsi sunt: quid potuerunt aliud concludere, quàm orationem suam apud Deum locum habuisse? placere Deo, vt contra Dæmones *consecratis Rebus* vtantur? placere, quod hanc de *Rebus consecratis* habeant opinionem?

Fortè dicitur, orationem ipsorum apud Deum locum habere, Deumque esse, qui per se ad ipsorum preces Dæmonibus discessum imperat, nihil ad hos conferentibus *Rebus consecratis*. At dici hoc non debet, Omnino enim, si sine crimine, de *rebus consecratis*, quod sentiunt, sentire nequeunt; omnino si *rebus consecratis* quod faciunt, facere nequeunt; omnino, inquam, oportet Deum ipsorum desiderio non satisfacere. Quare? quia cum per *res consecratas* illa sibi tribui postulauerint; aliter, quam per ipsas fieri, non possunt non sibi persuadere.

Fortè dicitur, hic, vt alias, aliquando, malorum desiderio Deum facere satis; & mala permittere petentibus mala. At quis vnquam, quod vniuersa Ecclesia postulat, peccatum dixerit? Quando etiam Deus prauo alicuius communitatis desiderio satisfacit? Sed & quando prauis quorundam desideriis satisfacit; non ita satisfacit; vt ipsos ad peccandum inducat, in peccato confirmet, ad



peccatum promoueat; quæ tamen hic necesse est confiteamur, si malo nostro voto, in profligatione Dæmonum, ad *Rerum consecratarum* usum satisfecit *Hactenus de primo*. Nunc, quæ res ad Dæmones profligandos faciant, videamus.

27. *Rerum consecratarum genera sunt varia, sed ad tria prima reuocari posse videntur. Quædam ad cultum diuinum pertinent, & ad hunc finem consecrantur; quædam usum habent in Sacramentorum administratione: quædam vsibus hominum extra Sacramentorum administrationem deseruiunt.*

28. *Postiores hæ duplcis generis sunt. Aliæ pro hominum incolumitate, & ad pellendos morbos consecrantur: aliæ, vt aduersus Nequam spiritus sint arma, atque præsidia. Hæ rursus, vel arcent spiritus, ne accedant & molesti sint; vel ipsos inde, vbi sunt & molestiam pariunt, abigunt.*

29. *Hæc Rerum consecratarum genera, sed quæ ad Dæmones proscribendos faciunt? Respondeo, Omnes Dæmonibus exosas esse: alias tamen alijs magis: quam ob rem alijs, præ alijs, contra Dæmones configendum.*

30. *Exosæ sunt, quæ ad diuinum pertinent cultum. Primùm hoc nomine, quod consecratæ sunt. Rerum sacrarum hostes sunt Dæmones. Deinde quod harum vsus ipsis seruire non possit; qui ante consecrationem ipsis liber esse potuit. Tertio quod diuinus honor ipsis perficitur; cuius non minores, quàm ipsius Dei sunt aduersarij.*

31. *Exosæ sunt, quarum vsus est in Sacramentis, ob easdem causas; veruntamen non solas. Hoc etiam nomine displicent, quod instrumenta quædam sint, & pharmaca; quibus celestis Samaritanus vulneribus mortalium medetur, a hinc salutem (quam impedire semper desiderant Dæmones) promouet.*

32. *Exosæ sunt illæ tertij generis, quas petimus à Deo prodesse nobis, ad incolumitatem & morbos pellendos. Quia præterquam, quod consecratæ sint, & dæmonibus subtractæ, etiam suos effectus sæpissimè consequuntur; quos quia ægrè conspiciunt Dæmones; meritò causas detestantur, & execrantur, à quibus illi proficiscuntur.*

33. *Postrema denique non possunt non exosæ esse. Cùm enim in hunc finem consecratæ sint, vt aduersus Dæmones arma sint, possunt Dæmonibus esse gratæ.*

34. *Quin verò, quia hoc sine consecrantur, his maximè in lucta, contra Dæmones, vtendum censemus; non similiter reliquis. Hæ proprium suum hinc videntur habere usum: reliquæ non item.*

vt ob

vt ob id non tantum in his, quàm illis, præsidij penendum sit.

Et inter has præferendas existimamus, in præsentē negotio, 35. illas; quibus, vt Dæmones iis, quibus locis degunt, discedant, rogatus est Deus. Ex quarum genere sunt *Aqua benedicta*, atque *Cereus*, qui Purificatæ virginis Matris festo consecrati solet. Has maximè in hac, contra Nequam Spiritus pugna, seruire docent formæ, quibus consecrantur. Cùm consecratur Aqua, rogatur Deus, vt *Elemento huic, virtutem suæ benedictionis velit infundere; vt creatura mysterijs eius seruiens, ad abigendos Dæmones, diuina gratia sumat effectum; vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium, hæc vnda resperferit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: Non illic resideat Spiritus pestilens, non aur a corrupens; discedant omnes insidia latentis inimici: & si quid est quod aut incolumitati inhabitantium inuidet, aut quieti; aspersione huius Aqua effugiat: vt salubritas per sui nominis inuocationem expedita, ab omnibus impugnationibus sui defensa. In benedictione autem Cerei petitur; vt per Cereæ sanctificationem, Dominus conterat Diabolum, & disperdat de cunctis habitationibus colentium Deum: de basilicis de domibus; de an; uis, de refectorijs, de lectulis, de vniuersis locis, in quibuscunque Deo famulantes habitant, & requiescunt; dormiunt, vigiliant, ambulat & consistunt. Nec audeat ille malignus Spiritus inquietare amplius, vel pauorem immittere, super eos quos Sancti Chrismatis sui vnctione fecit esse munios. Ita libri Rituales.*

Hinc fuit, vt harum Rerum frequentissimus vsus sit apud Catholicos, iis locis atq; temporibus, quibus plerunque Dæmones molesti esse solent. apud morti vicinos; vbi tempestates excitantur: vbi Spectra locis sunt infesta. &c. 36.

Sed ad modum veniamus, quo Res consecratæ contra Dæmones valere existimantur. Hic primum quæritur, Eodemne valeant, quo Crux atque Reliquiæ, de quibus præcedentibus Capitibus? an alio aliquo? Deinde, Vtrum ipsæ inter se, vna atque eadem ratione? 37.

Ad prius dicimus, has directè, atque per se aduersus Dæmones valere; illas non item. Non hic Reliquiarum vsus est, vt Dæmones profligant: non Crucis. sunt illæ pignora Sanctorum, quos Deus honorat. Est hæc index beneficij, nobis in ipsa comparati. At per se ad Dæmones profligandos Res consecratæ institutæ sunt, consecratæ sunt. 38.

Alterius ex Rerum consecratarum distinctione pendet solutio. Sed & inter has, illæ, quas maximè seruire hic diximus (*aquam benedictam cum Cereis intelligo*) non eodè modo cõtra Dæmones valent. seruit aduersus 39.

aduersus ipsos *Aqua* tanquam instrumentum virtutis diuinæ feruiunt *Cerei*, vt instrumenta, atq; signa; quemadmodum alio loco docebitur.

Et quia vtraque, vt instrumenta feruiunt; hinc si effectus suos consequi debent, vsus ipsarum necessarius est: atque ipsa *per se* propriè non sufficiunt. Quia verò *Cerei* etiam signa sunt, oportet vt ardeant, si perfectè id, cuius signa sunt, debent significare. Sed & de hoc aliàs.

## CAP. LXX.

*De Exorcismis, & Consecratione, atque Benedictione locorum aduersus malignantium Spirituum infestationes atque molestias.*



**D**E Exorcismo, qui ad profligandos *Dæmones* adhibetur, duo potissimum examinari possunt. Primum, An reuera ad *Dæmones*, locis suis pellendos valeat. Alterum, An quæ in ipso à Catholicis assumuntur, superstiosa sunt & pernitiōsa. De vtroque plurima dicta sunt in illa, de *Dæmoniis*, Disputatione, quæ quia hoc loco seruire possunt omnia, nihil hinc de *Exorcismo*. Verum, quoniam præter *Exorcismum*, alia ratio est, *Dæmones* partim à locis arcendi: partim ex locis proscibendi: quæ ad *Exorcismum* proximè accedit, opere precium fecerimus, si vires eius inquiramus, atque ipsam ab *Aduersariorum* calumniis vindicemus.

Illam quidam *Rituales* libri continent, & quinq; partibus concludunt. hæ sunt, diuini auxilii Imploratio, *Psalmorum*, vt vocant, *Gradualium* recitatio: lectio *Euangelij*; *Thurificatio*, siue incensum; & conclusio.

*BENEDICTIO DOMVS NOVAE,*  
*aut Dæmonibus infesta.*

Adiutorium nostrum in nomine Domini.  
Qui fecit caelum & terram.

*Oremus.*



**D**ni potens sempiternæ Deus, qui *Sacerdotibus* tuis, præ cæteris, tantam gratiam contulisti, vt quicquid in tuo nomine dignè perfectèque ab iis aga-

is agatur, à te fieri credatur: quæ sumus immensam clementiam tuam; vt quòd modo visitaturi sumus, tu visites; & quicquid benedicturi, benediccas, & ad ea, quæ acturi sumus, dexteram tuæ potentiae extendas: sitque ad nostræ humilitatis ingressum & introitum *Sanctorum* tuorum meritis, fuga *Dæmonum*; & *Angeli* pacis ingressus, Amen.

Hic quod damnetur nihil est. Dubium non est *Sacerdotibus*, præ cæteris hominibus, gratiam esse collatam. Docet *B. Chryostomus* lib. de *Sacerdotio*, *Sacerdotes Principibus atq; Regibus magis esse reuerendos*. Nihil esse purpuram, nihil diadema, nihil vestes aureas; omnia hæc umbras esse, & vernis flosculis leuiora, si cum *Sacerdotij* dignitate conferantur.

Dubium non est credi posse, à Deo agi, quidquid in *Dei* nomine à *Sacerdotibus* digne perfectèq; agitur. Diuina id probant hæc eloquia. Non vos estis, qui loquimini; sed *Spiritus Patris vestri*, qui loquitur in vobis. *Matth. 10. Qui vos spernit, me spernit; qui vos audit, me audit. Lucæ 10. Saule, quid me persequeris? Act. 9. An experimentum queritis eius, qui in me loquitur Christus. 2 Cor. 13. &c.*

An malum forte, quod Deum rogamus, vt visitare atque benedicere dignetur, quod nos visitamus atq; benedicimus? Si hoc facit; quod malum est, si vt faciat, rogamus? Facere verò iam dicta docent.

An malum, quod fugam poscimus *Dæmonum*? At dedit potestatem fugandi; docuitque fugandi modum. Aut igitur hic nullum crimen, aut non sine crimine Deus.

An malum, quod *Angelorum* petimus ingressum? At hunc petimus, vt *Dæmonum* conatibus illi obstant. Aut igitur fuga *Dæmonum* petenda non est; aut, vt nobiscum sint *Angeli* pacis, licet petere. Si, quemadmodum *Psal. 33*. dicitur, Deus immittit *Angelos* in circuitu timentium eum; & eripit eos, quod malum, si *Angelorum* auxilium poscimus? Si *Angelis* suis (*Psal. 90.*) mandauit de nobis, vt custodiant nos in omnibus vijs nostris, vt custodiât in certis locis petere non possumus? Perpetuum bellum contra malos *Spiritus* gerunt *Angeli* boni, teste *Origene*, super illud *Christi*, An putas, quia non possum, &c. vt nostri causa hoc suscipiant rogamus. Denique quantum & hic & in aliis rebus *Angeli* possint, nemo ignorat. Nota est *Beati Augustini* sententia. Vnaquæque, inquit ille (lib. 33. qq. quæst. 79. res visibilis in hoc mundo habet *Angelicam* potestatem

tem sibi prepositā. Et (8. super Genesim ad literā cap. 24.) Angelis, inquit, Deo subditē fruētib; & Deo beatē fruētib; subdita est omnis corpore a creatura; omnis irrationalis vita; omnis voluntas vel infirma, vel praua, vt hoc de subditis vel cum subditis agant, quod natura ordo poscit in omnibus, iubente illo, cui subiecta sunt omnia.

8. Displicet fortē, quod Sanctorum meritis hæc petuntur. Verūm displicere hoc non debet. Quanta, & quot beneficia genti Iudæorum Deus contulit, propter merita Patriarcharum Abraham, Isaac, & Iacob? An Sanctorum noui Testamenti merita cum horum non conferenda?

6. Displicet quod benedictione diuina postulando Crucem formemus? At Crucis vsus in omnibus benedictionibus iam olim fuit receptus. Hoc signo Crucis, inquit Beatus Augustinus Serm. 119. de Tempore, consecratur corpus dominicum. sanctificatur fons Baptismatis; iniunguntur etiam Presbyteri & cateri gradus. Idem Tract. 118. ad finem cap. 10. Ioannis: Signum Crucis, inquit, nisi adhibeatur siue frontibus credentium, siue ipsi aqua, qua regenerantur; siue oleo, qua Chrismate unguuntur, siue sacrificio, quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Sed de Crucis signo aliās plura.

10. Versus verō, qui Orationi præponitur, & qua Adiutorium Dei, qui fecit cælum & terram petitur; nullo modo potest displicere. Tanto iustior est, quanto certius nobis constat, & sine Dei auxilio nihil nos posse; & opem Dei non defuturam omnibus eandem, in quacunque necessitate, implorantibus. Quid, quod in hunc optime conueniat; quod de simili (Deus in adiutorium meum intende) habet Cassianus? Coll. 10. cap. 10. Ad omnem statum, inquit, ad vniuersos incursum proprie satis & competenter aptatur. Habet siquidem aduersus discrimina inuocationē Dei, habet humilitatem piæ confessionis habet sollicitudinē ac timoris perpetuā vigilantiam. habet considerationem fragilitatis suæ, exauditionis fiduciam, confidentiam presentis semperq; adstantis præsidij. Hæc Cassianus. Apud quem plura, quæ ad eius commendationem faciunt, licebit legere.

11. Quod autem Versus hic dicitur, & priorē eius partem Sacerdos dicat, posteriorem circumstantans populus, nihil ipse detrahit. Nec in nobis id debet deprehendi. Exemplū Seraphim Angelorū, in hoc sequimur, de quibus Ilias Propheta cap. 6. quod clamabant alter ad alterū, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: probamus institutum S. Ignatij à quo Orientalis primū, deinde Occidentalis Ecclesia habet, quod & Psalmi & Dei laudes per Antiphonas alternatim, dicantur, teste Nicephoro, lib. 13. cap. 8. atq; hæcenus de prima parte.

SECUN-

Hæc tres, vt ita dicam, habet processus: quorum singuli quatuor potissimum absoluantur actibus. recitatione quinque; Psalmorum Gradualium; oratione Dominica: Postulatione; & aquæ benedictæ, per domum, vel locū Asperzione. De quibus sic liber Ritualis. Deinde Sacerdos incipiat Psalmos Graduales, & prosequatur quinque primos; aqua benedicta aspergendo per loca domus, quibus finis dicatur:

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.  
Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos.

Oremus.

Domum tuam, Domine, clementer ingredi, & in tuorum tibi corda fidelium perpetuam constructionem: & præsta vt in hac domo nulla malignorum Spirituū dominetur nequitia. Per Dominum, &c. Deinde incipiat Psalmum. Qui cōfidunt &c. cum reliquis quatuor, & vt prius spargat domum aqua benedicta, quibus finis dicat.

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.  
Pater noster, Et ne nos. Sed libera nos.

Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in omni loco dominationis tuæ totus assistis, totus operaris: adesto supplicationibus nostris, vt huius domus sis protector, & nulla hic nequitia cōtrariæ potestatis obsistat; sed virtute Spiritus sancti, & operatione fiat tibi hic primū seruitium, & deuota libertas existat. Per Dominum nostrum, &c.

Postremum incipiat Psalmum. De profundis; & prosequatur ipsum cum aliis Gradualibus Psalmis; interimq; aspergat domum aqua benedicta, quibus completis dicat.

Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson.  
Pater noster. Et ne nos. Sed libera.  
Domine exaudi. Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus, qui in omni loco dominationis tuæ dedicator assistis, exaudi nos, quæsumus; vt inuiolabilis huius

Hh 2

huius domus permaneat benedictio: & beneficia tuū muneris vniuersitas, quæ supplicat, mereatur. Per Christum, &c.

10. An hicaliquid superstitiosum, & Christiano homine indignum? *Psalmorum* vis magna est. *Psalmus*, ait Basilus in *Psal. animarum est tranquillitas, arbiter ineunda pacis; cuius annuū exundantes ac tumultuaria cogitationes se contrahunt, & conquiescunt*. Et post. *Psalmus est amicitia conciliator, vniō dissidentium, pacis inter hostes stabilien- da sequester*. Et rursus. *Psalmus est profigandis Dæmonibus, & depellendis, quoddam amuletum, Angelica tutela conciliator*.

11. Et quamuis ad id solum valere videantur, quod postulant; dubium tamen nullū, etiam ad Dæmonum profligationem valere: vel propterea, quod Spiritu sancto dictante sint conscripti; quem, & cuius orationem non possunt non declinare, & detestari. Nequam Spiritus:

12. Sed cur hi (*Graduales*) sumuntur, & non alij? Quæro ego, cur alij sumerentur; & non hi? Non dubium, quin magnis grauibsq; rationibus permota Ecclesia, hos præ reliquis, in hoc negotio elegerit: cur *quindécim* assumpserit: cur in *tres* classes distinxerit: cur *quinq;* in quolibet actu acceperit. Sed tamen si rationes nobis deessent; res hæc iuste damnari non posset; quoniam, vt Origenes; homilia 5. in *Numeros: In Ecclesiasticis*, inquit, *observationibus sunt nonnulla huiusmodi, quæ omnibus quidem facere est necesse, nec tamen ratio eorum omnibus patet*. *Psalmos* sequitur repetitum *Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson*. Sed cur hac precandi vtimur formula? cur eadem repetitur? cur repetitur *tertiō*? cur *græco* idiomate? cur in hoc negotio? cur ante orationem *Dominicam*?

13. Vt imur instituti exemplo B. B. Iacobi & Marci: quorum ille Sanctissimus Christi Apostolus; hic eiusdem Euangelista. Eadem enim isti in suis Liturgiis vsi leguntur. Ab his autem per totas Orientis atque Italiæ prouincias *dulcis, & nimis salubris* (vt loquitur Concilium Vafense sub Leo. 1. can. 3.) *consuetudo intrmissa est, vt frequentius Kyrie eleyson cum grandi affectu ac compunctione dicatur*.

14. Repetitio eiusdem ab iisdem. Magni autem affectus & compunctionis argumentum est; quemadmodum Concilium insinuat. Frustra verò non fieri, & Domini in horto docet sæpius repetita oratio: & Cæcus, cuius importunam, & sæpius repetitam orationem præteriens reprehendebaturba. Luca 8.

15. Triam repetitionem. S. Thomas 3. p. q. 83. a. 4. putat pertinere  
readi

ad gloriā Mysterij Trinitatis. aut ad triplex malum deprecandum, ignorantia; culpæ, pœnæ. Amalaricus Fortunatus, lib. 4. cap. 1. hanc eius dat causam. Dum imploramus, inquit, *diuinam misericordiam per Kyrie eleyson, & Christe eleyson, & iterum Kyrie eleyson: tres articulos, aliquo modo, diuinæ Maiestatis & Trinitatis celebramus in Ecclesia*. Primus est ante assumptam humanitatem; quando Trinitas inuocabatur sine copulatione humana natura. Secundus est post assumptum hominem; quando Christus videbatur in terra, & nihil minus à suis credebatur Deus & filius Dei. Tertius articulus est ex eo tempore, quo voluit clarificare illum assumptum hominem plus quàm esset, quamdiu mortalis erat. Ita Fortunatus.

In forma *Græcum* idioma retinemus: quia illo recepimus. Nec malè quoniam vt habet B. Augustinus, epist. 278: contra Pascensium, sic ut *Græca* lingua, quod est *Omouison*, vna creditur vbi dicitur à fidelibus Trinitatis omnino substantia: sic vnarogatur, vt miseretur, à cunctis *Latinis & barbaris* vnius Dei natura. vt à laudibus Dei vnius nec ipsa lingua *barbara* sit; vt à *Latinis*, aliena.

Sed quorsum hoc loco, vbi cum infestantibus Spiritibus nobis est bellum? Quorsum aliis omnibus propemodum, vbi diuina imploratur misericordia? Non malè olim statuit Vafense conciliū; can. 3. vt ad Matutinū, ad Missas, ad Vesperam dicatur sæpius *Kyrie eleyson*. Non malè modò faciunt Christiani, quando idem nunc repetunt in horis Canonice; nunc in defunctorum Officiis; nunc in publicis priuatisq; Litaniis: nunc ante atq; post cibum sumptum. Non male facit Exorcista, cum Spiritus molestantes locis est expulsiurus, *Kyrie*, inquit, *eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson*. Quemadmodum alibi non parua eius vis; ita nec parua speratur hoc loco. Et vim eius cum alia, tum duo exempla egregiè produunt. Notū est Theodosio Iuniore Imperante, Proculo Patriarcha cū clero, & maxima vrbanae multitudinis parte supplicantibus, puerum in aère sublata fuisse: populo vero obstupefacto, & longo tempore vociferante *Kyrie eleyson*, rursus dimissum dixisse, sibi præceptum, ne in cantico ter sancto adderetur clausula: *Qui crucifixus est pro nobis*, ita Zonaras, & Abbas Vrsperg; in Theodosio. Paulus Diaconus lib. 14. Histo. Idem Paulus libro 16. auctor est Iustiniano imperante, terræ motū concussa Antiochia, ciues qui remanserant, discalceatos omnes, Litantias fecisse clamentes *Kyrie eleyson*: tumq; apparuisse in visu homini Dei cultori, qui diceret, omnibus residuis significandum: superscriberent in liminaribus suis: *Christus nobis* *est in* *statu*, & hoc facto iram Dei stetitisse. Hæc Diaconus.

18. Optimè verò dominicæ orationi, (vt aliàs propemodum semper) in Exorcismo præponitur. Oratione enim dominica summa rerum petendarum à Deo, continetur. humilium autem deo placuit semper deprecatio. a humilis animi confessio est *Kyrie eleyson*. Eo ipso igitur Dei animam nobis deuincimus, & de rebus speratis piè præsumimus, quo sæpius hanc vocem ingeminamus. Quo circa & iustissimè *Kyrie eleyson* vsurpamus.

19. Ridetur fortassis, quòd oratio dominica dicatur: petatur, fiat voluntas Dei, regnum eius adueniat, detur panis quotidianus &c. cum omnis cogitatio nostra est de Dæmonio expellendo. At voluit Dominus vt precaturi, dominicam orationem dicamus: *Cum oratis*, inquit, *dicite Pater noster*. Deinde oratione Dominica non hæc tantum petuntur: petitur etiam, vt liberemur à malis: vt non inducamur in tentationes. Deinde quamuis solum Dæmonum petatur proscriptio; tota tamen Oratio Dominica rectè recitatur: primò, quia reuerentia, qua Deum prosequimur efficit, vt in oratione eius nihil mutatum velimus esse, nihil omissum, nihil additum. Tum deinde, quia omnes orationis partes etiam quòdam modo ad depulsionem Spirituum faciunt. *Sanctificatur* melius Dei nomen; quo pauciores sunt, qui nos à bono impediunt, hostes. Facilius Dei regnum aduenit; si regnum eius apud nos non habeant Dæmones. Facimus promptius Dei voluntatem: si nullis molestemur Dei hostium insidiis. Panis verò quotidiani nomine, nonne bonum omne continetur? aut bonum non est immunitas à Dæmonum molestiis? Reliqua per se clara sunt. Iustissimè verò, quemadmodum in aliis necessitatibus; ita in hac orationem Dominicam dicimus, quòd hanc plurimum apud Deum posse credamus *Cognoscit Pater Filij verba*, inquit Chrysostomus Hom. 14. in Matth. Et B. Augustinus lib. 50. Homil. hom. 42. *Spem*, inquit, *habemus obtinende cause nostre; quando talis Iuris peritus nobis preces dictauit, qui sedet ad dexteram Patris*.

20. An displicet Numerus: quòd tertiò oratio repetatur? At Pro distinctione Psalmorum in tres classes, ter dicitur oratio Dominica. Deinde si oratio semel dicta bona, cur repetita mala? Christus, nonne tertiò in horto ad orationem conuersus? Quid si honor sanctissimæ Trinitatis hic sit propositus? sed & Chrysostomus Euthymius, atque Theophilactus in 26. Matthæi docent hunc numerum rei veritatem perfectionem atque constantiam solere declarare, quòd sequentibus sacrarum literarum exemplis verum esse probat Maldonatus in 26. Matthæi. *Vos*, inquit, *illud plenum omnis generis animalium, quòd Petrus vidit, ter de calo demissum est. Act. 10.*

D. Paulus

D. Paulus ter Dominum se rogasse dicit, vt Spiritum Satana à se tolleret, 2 Corinth. 14. Petrus Christum ter negauit: Matth. 26. Christus Petrum ter interrogauit, *Diligis me plus his?* Ioan. 20.

Deinde pro distinctione Psalmorum triplex subiungitur postulatio. Prima, tria petuntur à Deo. velit clementer ingredi domum: velit in cordibus fidelium constituere perpetuam mansionem: velit in domo nullam dominari Spirituum nequitiam. *Omnia digna Deo, nobis vtilia pulchro ordine. Digna Deo: quia delicia eius esse cum filiis hominum* Pro. 8. seruantibus sermones suos promisit fore, vt cum Patre apud ipsos mansionem faciat. Ioan. 14. Et hostem idcirco vicit, ne pro libidine nobis dominetur. Quàm verò omnia hæc nobis vtilia? Quàm etiam pulchro ordine? Non potest mansionem in nobis facere, nisi prius ad nos sit ingressus. An verò postquam iam ingressus, & habitationem fecit; potest nobis dominari malignorum Spirituum nequitia?

Secunda petuntur propemodum eadem: sed præterea, vt in locis, quæ benedicuntur, ipsi fiat sacrificium, & existat deuota libertas. libertas hæc mentem reuocare debet ad Deum, à quo locus ipsam obtinuit: vnde deuota dicitur seruitium, vt exhibeatur, dignissimum est, etiam locis profanis, cum vbique Dei, erga humanum genus, existant beneficia. Intelligebat hoc, qui dicebat: *In omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino.* Psal. 102.

Eadem complectitur ferè tertia oratio. Nec malè sæpius eadem petuntur: quia efficaciter, & pluribus petendum: quòd seriò expetitur. Addit hoc, quòd rogatur Deus, vt inuolabili permaneat benedictio domus & vt mereatur vniuersitas bona, quæ postulat. Hoc petitur bonorum operum exercitiū: illo perseverantia: quia verò vtrumque bonum; vtrumque petere non malum; sed bonum.

Vna quæ in hac parte adhibetur, displicet *Aqua lustralis*. hæc omnia, quæ hæctenus commendauimus, corrumpit & deprauat. ita Aduersarij: sed pro hac Aqua aliàs in illa de Dæmoniacis Disputatione tam à nobis dicta sunt multa; vt pluribus opus non sit. Tertiam igitur partem accedatous.

Euangelium Lucæ continet Tertia pars, non quòdcunque, sed quo historia Zachæi describitur. de quo sic liber Riualis. *Postea in Principali loco domus legatur sequens Euangelium.*

Dominus vobiscum. Et cum Spiritu tuo.  
Sequentia Sancti Euangelij Secundum Lucam,  
Gloria &c.

In illo

In illo tempore. Ingressus Iesus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachæus: & hic Princeps erat Publicanorum, & ipse diues. & quærebat videre Iesum, quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem ficomorum, ut videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit eum, & dixit ad illum: Zachæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum; Ecce dimidium bonorum meorum Domine, do pauperibus: & si quid aliud quæ defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eò quod & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat.

25. *Euangelium hoc, præter alios, hinc duos usus habet. Primò, hoc confirmantur Christiani, non malas esse suas, quas ad Deum, pro immunitate domus aut loci, dirigunt orationes: tunc deinde, ad Dæmonum valet profligationem. Docemus vtrumq;*

26. *Septem in vniuersum, quasi, à Deo iam dictis orationibus petita sunt. Hæc inquam, velit domum clementer ingredi: velit perpetuam in nobis constituere mansionem: pelle nequitias malignorum spirituum: concedere hinc sibi seruitium: deum tam hinc existere libertatem; per manere suam in ea benedictionem: hæc, contingere, etiam nostris interuenientibus meritis. Omnia hæc fieri posse, & bene fieri docet dictum de Zachæo Euangelium. ingressu videlicet Christi in domum Zachæi, quod; significet se in ea oportere manere: attulisse sua præsentia salutem: in alium virum commutatam Zachæum: & ad hæc, hisque similia valuisse Zachæi pietatem.*

27. *Ad Dæmonum verò profligationem valet, tribus de causis. Primò, quia ipsius lectione in audientium animis excitantur ætus virtutum quarundam, quarum iurati hostes & aduersarij sunt Dæmones. Deinde, quia studia & pietatem orantium accendit; quando per Christi in Zachæi domum aduentum, intelligunt non Dæmonia solum pellic, sed mirabiles quoq; fieri animorum, cum ingenti mortalium lucro, mutationes. Tertio, quia, quæ in Euangelio dicuntur,*

dicuntur, partim filij Dei sunt verba, partim spiritus sancti oracula. Possunt enim Dæmones æquo animo audire eius verba; qui verbo ipsos, dum communem nobiscum vitam ageret, eiiciebat? qui in mundum venit, ut opera Dæmonum dissoluat: ad cuius conspectum olim se torqueri, magnis clamoribus testabantur?

28. *Valere ad Dæmonum eiectionem Euangelij verba, etiam inde insinuat, quod nedom sacra verba, sed & codices, & chartæ miracula ediderunt. Narrat Gregorius Turonensis, de vita Patrum, cap. 6. quod cum Auerna ciuitas incendio conflagraret, S. Gallus Ecclesiam ingressus, diutissime ante sanctum altare Deum exorauit, surgensque apprehenso Euangeliorum codice, eoque aperto, obuiam se igni obtulerit, subitoq; incendium extinctum sit; ut ne fauillæ quidem remanerent. Sic S. Martianus, cum iam flamma serpens Ecclesiæ Sanctæ Anastasiæ appropinquaret, accepto in manus sacro Euangelio, per regulas in tectum conscendit, precibusque & lachrymis illam ab incendio seruauit. Ita Nicephorus lib. 5. cap. 22. Rursus Zonaras in Basilio Macedone scriptum reliquit, Rhodos libro Euangeliorum ab igne erepto illa, fidem Christi amplexos esse. Quid pluribus opus?*

29. *Hinc non male in Constantinopolitano 8. Can. 3. Patres, Sacram, inquit, imaginem Domini nostri Iesu Christi, & omnium Saluatoris æquo honore, cum Libro Euangeliorum Sanctorum, adorari decreuimus. Sicut enim per syllabarum eloquia, qua in libro feruntur, salutem consequuntur omnes; ita per colorum imaginariam operationem, & sapientes & idiotæ cuncti ex eo, quod in promptu est, perfruuntur vtilitate. Quæ enim in syllabis sermo; hæc & scriptura, qua in coloribus prædicat, & cõmẽdat.*

30. *Quarta pars Thurificatione, siue incenso perficitur, de quo sic liber Ritualis. Deinde benedicatur incensum isto modo.*

Per intercessionem Michaelis Archangeli, stantis à dextris altaris incensi, & omnium Sanctorum Angelorum incensum istud digneris Domine benedicere & in odorem suauitatis accipere. Per Dominum, &c. Postea Sacerdos ponat incensum super ignem in thuribulo, & incenset domum dicendo.

V. Incensum istud à te benedictum ascendat ad te Domine.

R. Et descendat super nos misericordia tua.

V. Domine exaudi. R. Et clamor meus, &c.

Oremus.

li

Te De.

**T**ec Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus, pro hac domo, & pro habitatoribus eius, vt eam benedicere & sanctificare digneris: vt sint promtuarum eorum plena, eructantia ex hoc in illud: tribue etiam iis de rore cæli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ subsidium; & desideria eorum ad effectum tuæ miserationis perducas; & ad introitum nostrum hanc domum benedicere & sanctificare digneris; sicut benedicere dignatus es Abraham, Isaac, & Iacob; vt inter parietes eius, & angulos eius inhabites. Per Christum, &c.

*Oremus.*

**V**isita quæsumus Domine habitationem istam; & omnes insidias inimici ab ea longè repelle: & Angeli tui sancti habitent in ea; qui nos in pace custodiant, & benedictio tua sit super nos semper: In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. R. Amen.

31. Iustitiam *benedictionis incensi* hoc loco non probamus. Res sensibiles sine superstitione posse benedici copiosissimè probat Disputatio de Dæmoniis. An peccatum, quod ad intercessionem B. Michaelis, & sanctorum Angelorum benedici petimus? At si malum non est nobis intercedentibus benedici, cur malum benedici intercedentibus Angelis? si verò neutrum malum est, quomodo malum est, quod vel nostra, vel Angelorum intercessione benedici postulamus? Malumne est bonum petere?

32. sed non solum crimine vacat Incensi vsus: verum etiam ad Dæmonum valet profligationem, & quidem *quintuplici* nomine. Primò, quia rogatus est Deus (an frustra?) vt velit illud ad hoc valere. Secundò, quia incensum est in genere rerum consecratarum, quæ ex se exosa sunt Spiritibus. Tertio, quia per intercessionem S. Michaelis, atque Angelorum est consecratum; quorum ob id, huius rationem habere, & cum ipso ad Dæmonum expulsionem concurrere credendum est. Quarto, quia fumus, qui inde excitatur; in vase tali, quod ad Dæmonum profligationem valet, excitatur; vt probat oratio, qua thuribulum consecratur. Hæc ita habet: Do-

*mine*

*mine Deus, qui dū filios Israel, in deserto murmurantes, ob rebellem suam adiciam durum vastar at incendiū; Aaron tunc orantem arrepto de igne altaris thuribulo tibi incensum ponentem exaudire, eosq; de incendio liberare dignatus es, benedic quasumus hæc thuribulum: & presta, vt quoties thus in eo adolebitur, votum populi tui tibi boni odoris efficias, sitq; Fuga Dæmonum repulsio Phantasmatum, & immundarum abscessio cogitationum. Per Christum, &c.* Quintò denique, quia vtrumque signum est rerum Dæmonibus inuisarum. Thus quidem orationis sanctorum, quæ, velut thus, ad conspectum Dei, conscendunt (Psalmo 140.) Thuribulum verò corporis Christi. Pulchrè enim B. Aug. hom. 6. in Apocal. Thuribulum aureum corpus Christi sanctum interpretatur. Ipse enim Dominus, inquit, factus est thuribulum, ex quo Deus odorem suavitatis accepit, & propitius factus est mundo; quia obtulit se ipsum in odorem suavitatis. Vide Innocentium III. libro 2. Mysteriorum Missæ capite 16.

Oratio, quæ post benedictum incensum adhibetur, duplex est: 33. vtraque tam iusta, quàm quæ vtraque petuntur, iusta. Nisi forte displiceat, quod in tali loco, & non in consecrato habeatur. sed aures Dei ad preces supplicum attentæ, quocumque etiam loco illæ fundantur.

34. *Conclusio* breui benedictione constat: de hac ita liber Ritualis. Postea domum & omnes in ea habitantes benedicat dicens.

Et benedictio Dei omnipotentis Patris & Filij & Spiritus Sancti, descendat super hanc domum, & omnes habitantes in ea, & maneat semper. R. Amen.

35. Hic damnari potest nihil. Christum hinc imitatur, & sanctum veteris legis Patriarcham Iacob. Ille, quando ferebatur in cælum, *elevatis manibus discipulis suis benedicebat*, Marci ultimo. Hic *benedictionis danda gratia* extendens manum, dextram posuit super caput Ephraim; sinistram super caput Manasses, Genes. 49. Adde quod Dominus populo suo benedici aliquando, sub Sacramento trine Inuocationis iubeat. Num. enim 6. sic habetur. *Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis illis: Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem tuam tibi, & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem.* Et hætenus de benedictione. Hæc vel certè simili forma vsus videtur Theodorus Archimandrita

li 2

mandrita

mandrita. qui rogatus à Theodoro, regio duce, vt domum à molestibus Spiritibus liberaret; illam dicitur ingressus, & totam noctem psallendo, & Deum obsecrando traduxisse: atque aqua, cui benedixerat aspersisse: at sic à Spirituum molestia liberasse. Vide Metaphrastem in vita Theodori, apud Surium, Tom. 2.

**MODI QVIBVS LICITVM EST CONTRA impugnationes & molestias Spirituum purgandorum agere.**

**CAP. LXXI.**

*Esse aliquam rationem atque modum, quo viuentes possint se liberare à molestia, quam ipsis purgandi Spiritus asserunt.*

**E**Xpositis rationibus, quibus à Dæmonum infestatione loca liberantur; proximum est, vt modos explicemus, quibus ne molesti sint hominum purgandi Spiritus, efficitur. Et breuissimè dici potest *vnun esse*: & quidem eundem cum illo, quo à molestia liberamur mendicorum, atq; pauperum, qui stipem atque elemosynam importuniùs petunt. Quis ille? *Satisfaciat spirituum desiderio*. Quod verò desiderium? Nostra vt opera iuuentur à miseria. Qua opera? Quæ misericordiam spireret, non quæ pietatis habeat atq; benevolentiam nihil.

Breuibus hic multa complector; & quia multa breuibus, explicanda, & comprobanda. Omnia verò vel ad conditionem pertinent Spirituum, qui molesti sunt: vel ad nostrum officium: vel ad opera, quibus ipforum inopiæ subuenimus.

Conditio Spirituum illorum insinuat esse misera; quæ aliorum auxilio indigeat, & possit subleuari. officij nostri ratio, vt ipsis subueniamus, opera; media sunt, quibus subleuantur. Primum hoc Capite persequemur, reliqua sequentibus.

Et quidem esse quosdam Spiritus, qui hoc solùm nomine molesti sunt, vt in miseriis, quas sustinent, aliquod leuamen accipiant, extra controuersiam est; nec hoc loco probandum. quòd verò aliorum opera iuari possint, quis dubitabit?

Si iuari non possunt; cur, vt iuuentur, molesti sunt? An fortè temeritatis arguendi, atque imprudentiæ? quasi, qui tentent, quod, consequi est impossibile? At procul à purgandis Spiritibus omnis temeritas: procul imprudentia. Et vt temerè possint agere ipsi; vt ta-

men

men temerè quicquam agant, Deus non permittit, cuius prudentia sit, quod ad nos redeant; nostris rebus interfint; nos molestare possint.

Si subsidium ipsis nullum potest afferri; ex iporum ne hoc est conditione, quæ postulet, vt errent solùm; & viuentibus molesti sint? an ex viuentium in potentia, quibus facultas, vt subsidium præstare valeant, negata est? Prius illorum conditio non postulat: sed potius vt certis, definitis quæ locis, quas meruerunt, pœnas luant, id quæ in assumptis corporibus, quibus illæ nequaquam debentur; sed in se ipsis, quæ causa peccatorum fuerunt. Si verò facultas illa viuentibus diuinitus concessa est, vt ab immundorum Spirituum molestia se vindicare valeant; negata erit, qua se ab humanorum Spirituum molestia liberent?

Vnum quoddam corpus est Ecclesia, cuius caput est Christus. vnio igitur erit, & membrorum inter se, & cum suo capite Christo. quoniam, vt pulchrè Apostolus loquitur 1. Corinth. 12. *pro inuicem gloriata sunt membra, & si quid vnum membrum patitur, compatiuntur omnia*. At defuncti iusti, qui nobis molesti sunt, huius corporis membra quædam sunt, atque nexibus fidei, Spei atque charitatis nobiscum colligati: (neque enim inquit B. Augustinus lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 9. *priorum anima defunctorum ab Ecclesia, quæ regnum est Christi, separantur*) possumus igitur ipsis compati: possumus auxiliari: possumus miseriam iporum subleuare.

Sanctus Ephem Syrus, cum iam moriturus esset, & viuentium pro se postulari suffragia, pulchrè ostendit defunctos viuentium suffragiis iuari, duplici similitudine. *Videris, inquit, exemplum ex particulis Dei creaturis: veluti in fœtu vitæ. Vna acerba in agro, & vinum quod in dolis positum est. quando igitur: acenus in vite viget, tunc de se in suo mouebitur, quod est immobile in domo. Vinum (subiungit) mei simile intelligitur. Cæpa etiam, quæ posita est in agro, cum tempore suo virescere inciperit; arida quæ in domo est germinat. Si igitur rerum fœtus sic inter se consentiunt, quando magis mortui in memorijs vestrarum oblationum oblectantur?*

Cum mortui possint prodesse mortuis, vt suo exemplo docent Elishæus atq; Abraham; quorum hic Lazarum sinu suo excepit; Lucæ 16. ille mortuum excitauit, 4. Reg. 13. Cum viui viuis, quemadmodum Apostolus insinuat, dum vult alterum alterius onera portare, Gal. 6. Cum mortui viuis; vt defuncti Onias atque Hieremias probant, dum pro Israelitarum orant populo, 2. Mach. 15. quidni viui poterunt prodesse mortuis?

li 3

Ad



10.

Ad Ephes. 5. cap. vult nos Apostolus ambulare in dilectione, sicut Christus dilexit nos, qui tradidit semetipsum pro nobis. At Christus multis modis dilectionem suam demonstravit. *Viuens in terris profuit viuentibus.* Nam præterquam quod corporis sanitatem pluribus restituit, etiam à peccatis absoluit Magdalenam, Lucæ 7. Paralyticum, Matth. 9. Zachæum, Lucæ 19. Petram, Lucæ 22. Latronem, Lucæ 23. Idem *mortuus profuit mortuis;* descensu suo ad inferos, quo plurimos soluit ab inferni doloribus, Actu. 2. ut illos præteream, quos ad vitam reuocauit, & quorum aperuit sepulchra, Matth. ultimo. Idem *mortuus profuit viuus.* morte siquidem vitam nobis præmeruit sempiternam; & iam noster pro nobis apud cælestem Patrem in cælis non desinit esse aduocatus atque patronus. Denique & *viuens profuit mortuis:* quando nunc puellam in domo, Matth. 9. nunc adolescentem in via, Lucæ 7. nunc Lazarum in sepulchro ad vitam reuocauit. Et nos igitur viuui, ad Christi exemplum, quod Apostolus postulat, non tantum viuui, sed & mortuis, possumus, si non debemus, dilectionis argumenta exhibere, atque ipsorum necessitatibus, quas patiuntur, subuenire.

EL

*Auisci nostri sunt dicti Spiritus.* Nihil mali cupiunt viuentibus: quin potius cupiunt bona omnia. Tantum igitur abest, ut frustra molesti esse veliat, ut potius de molestiis nobis inferendis nihil cogitarent, nisi spes subsidij certa ipsis esset proposita.

EL

Pluribus ad hanc rem confirmandam opus non est. ipsa, quæ hic supponunt exempla magnam fidem faciunt; *exempla,* inquam, illorum, qui ad viuos redierunt, sua desideria verbis atque rebus aperuerunt, & se viuentium opera adiutos fuisse, magna grati animi significatione, testati sunt. Gregorius Magnus, verbis & orbis sanctissimus Pontifex, refert (4. Dialog. cap. 40.) animam Paschassij, quæ in Thermis Puteolanis apparuit S. Germano; ipsius Germani precibus esse liberatam. Alter Gregorius Turonensis, lib. de Gloria Confessorum, cap. 5. docet, sanctam quandam Virgineam, nomine Vitalianam, iam defunctam, significasse S. Martino, se ob leue quoddam peccatum purgatorio igne expiari, à quo eiusdem precibus sit erepta. De S. Seuerino testatur Petrus Damianus, in Epist. ad Desiderium, quod post mortem cuidam presbytero, eiusdem cum Seuerino Ecclesiæ, apparuerit; significaritque se ob horas Canonicas non satis tem. oribus recitatas, sustinuisse poenas purgatorias, & tandem beatorum collegio associatum. In vita S. Malachie scribit Sanctissimus Bernardus fororem precibus sancti, à poenis purgatoriis liberatam, à quibus, ut eius precibus

inter.

interuenientibus liberaretur, aliquoties ante, per visum admoneri sanctus vir videbatur. De Bernardo verò scribit VVilhelmus Abbas, cap. 10. lib. de vita Bernardi, eiusdem precibus adiutum quendam, & societate sanctorum in cælo adiunctum, qui iam annum integrum poenas easdem purgatorias sustinuerat. Et Arnulphus presbyter quidam S. Remberto, archiepiscopo Bremensi apparuit; seque ieiunio quadraginta dierum, quod ille pro ipso, atque ab ipso rogatus, persoluerat, poenis se solutum, & felicitate sanctorum donatum testatus est. Surius Tomo 1. sanctorum. Ommitto alios plures, quorum mentio fit capitibus 75. 76. 78. &c.

## CAP. LXXII.

*Multis, magnisque de causis conuenire, ut purgandis Spiritibus viui succurrant, quando excitatis molestiis ipsorum auxilia postulant.*

**C**onditionem purgandorum Spirituum exposuimus, quidque molestia sua quærant: nunc quamuis libertas à molestiis, quam expetimus, nos per se vrgere possit, ut iis subueniamus, & libertate fruamur; non tamen sola illa mouere debet. plurimæ causæ sunt, & grauissimæ; quæ, ut his Spiritibus, quibuscunque possumus modis, subueniamus, nos impellunt.

Et aliæ quidem ab ipsis Spiritibus sumuntur: aliæ ex nostra viuentium persona: aliæ ex malis, quæ Spiritus illi patiuntur: aliæ ex diuina prouidentia: aliæ ab exemplo Maiorū: aliæ ex ratione honestatis: aliæ ex fructibus, qui cū hoc pietatis studio sunt cōiuncti. *Spirituum illa conditio est,* ut omnino misericordia digni sint, & omnibus modis opera nostra debeant iuari. Neque enim aut Dei, aut illorum viuentium sunt hostes: quinimò Deum diligunt super omnia: nihilque eius honore prius habent: hominum verò & diligunt, & expetunt, & quibus modis possunt, promouent salutem atque incolumitatem. Qui igitur digni sunt beueficio; indigne illo priuabuntur.

*Summa eorum est necessitas.* Nam & grauissimè plectuntur, & decretas poenas, nisi aliunde subleuentur, vsque ad nouissimum quadrantem dependere compelluntur. Vnde & dici solet huiusmodi, extrema necessitate premi. Nec malè. Pauper est enim, qui parū habet. Pauperior, qui nihil habet. Adhuc miserior, qui nihil habet, nec questum vllum, vlla omnino ex re, facere potest. At omnium est miserimus, qui nihil in bonis habet; & nihil quicquā amplius

lucrarè

lucrari potest: & multa præterea debet; & eius feueritatis creditorem sustinet, qui dilationem nullam, nullas concedit inducias; sed feuerissimè illud vsurpat: *si non habet in aere, iuat impelle*. At hæc conditio est Spirituum horum, qui ad nos redeunt.

5. Quid, quod vel hoc nomine nostra suffragia opemque merentur, quod in pœnis constituti, *pro nostra salute sint solliciti, illamque Deo suis orationibus commendent?* dignique sint nostra oratione, qui nos dignos censent sua oratione? Scio esse, qui hoc inficientur; verum vtrum bene, vehementer dubito. Quid quæso, cur minus pro nobis orent impedit? An quia Deum nondum vident? At orabant olim pro Iudæorum gente, Onias atque Ieremias, 2. Machab. cap. vltimo; qui nec ipsi Deum videbant. An quia longè inferioris conditionis sunt viuentibus? Verum hoc nihil impedit, quia etiam minimus quisque sine crimine, imò cum laude orat pro summis Ecclesiæ capitibus. An quia grauitas suppliciorum, quæ patiuntur, sic mentem occupat, vt omnem de aliis rebus cogitandi occasionem adimat? At epulo in inferno maiora tormenta sustinebat; qui tamen pro fratribus orabat. Lucæ 16. Et in maximis tormentis constituti Martyres, pro aliorum salute fuerunt solliciti; quemadmodum suo exemplo docet B. Stephanus, Actuum 7. Non est illa suppliciorum pœnarumque, quas defuncti patiuntur, acerbitas; vt vel rationis vsum impediunt, vel pium voluntatis affectum perturbet, quemadmodum vel ipsa, quam proficiunt, oratio demonstrat.

6. Nos ipsos penitus introspeciamus. *ex nobis quid illis debeamus, intelligemus.* Membra quædam sumus illius corporis, cuius caput Christus est. an soli? Nequaquam. Et illi sunt eiusdem corporis membra, qui in cœlo cum Christo regnant, & qui alicubi purgatorii pœnis, ob defectus, quos commiserunt, expiantur. Quod igitur membrorum in nostro corpore officium erga se mutuo, natura docente, discimus, id iis præstemus, qui eiusdem corporis, sub Christo Capite, sunt membra. Quid illud? *Compatiuntur sibi mutuo*, inquit Apostolus, *membra*: vicissim aliorum, qua possunt, ratione, miseriam subleuant. Quidni igitur purgandis Spiritibus subueniamus?

7. *Mala, quæ patiuntur hi Spiritus*, etiam nos impellere debent ad hoc officium ipsis præstandum. Tanta enim ab iis, qui partim viderunt, partim experti sunt, ea quorundam esse prædicantur, vt humana oratio illorum magnitudinem assequi nequeat. *Illum transitorium ignem*, inquit B. Gregorius in Psal. 3. Pœnitentialem,

omni

omni tribulatione presenti existimo intolerabiliorem. Et B. Augustinus in Psal. 37 *Quamuis*, inquit, *Salui fiant per ignem; grauior tamen ille ignis erit, quam quidquid potest homo pati in hac vita*. Et Beda in eodem Psal. nulla putat esse supplicia Martyrum, vel Latronum cum purgatorijs pœnis conferenda. Similia docent Anselmus in 1. Corin. 3. & D. Bernardus, sermone de obitu Humberti. Igitur si in hac vita mortali naturaliter cõdonamus reis, alioquin nobis infestis, in quos publica iustitia feuerius animaduertit; vel cani quoque vel alteri bestia indignius tractata; magna nos ratio vrget, vt Spiritibus illis magno spiritus affectu compatiamur, operamque, quam à nobis efflagitant, fideliter impertiamur.

His accedit, quod hoc officij genere diuina voluntati satisfieri credi debeat. Cum enim non nisi singulari diuinæ prouidentia cõsilio Spiritus ad viuos redeant, & hoc fine, vt viuentium subsidia impetrent, atque à pœnis, quas sustinent grauiissimas, eripiatur, redeant an non, qui ipsorum miseretur, diuinæ voluntati sati facere credi potest?

Maiores studium hic multis & magnis argumentis se prodit. & nos vrget. Res luce meridiana clarior est. tantoque plus ponderis, apud nos, habere debet; quanto iam pauciores sunt, qui Maiorum exemplis insistant. Nam etsi sectæ admodum inter se sint dissectæ; ad vnum tamen omnes in defunctorum perniciem conspirasse deprehenduntur; nec quæquam prædij defunctis impertiuntur; nec alios pacatè impartiri sinunt.

Virtutum etiam officia (in quibus honestatis ratio consistit) hic plura concurrunt. *fidei*, quod contra nostrorum temporum Hæreticos, purgatorias pœnas, rebus ipsis, testemur. *Spei*, quam de diuina clementia hic concepimus, & nostra opera aliis pro futura confidimus. *charitatis*, quam hoc officij genere proximis, maximè indigentibus, impendimus. denique; aliarum *quarumcunque* virtutum; quarum opera defunctorum causa suspicimus.

Quantus verò, ex his, ad nos fructus? sed præter illum, insignis quoque; retributionis spes excitari potest. Omnino nobis polliceri possumus, quod quam vicem viuus mortuis; eandem nobis mortuis viuus præstituri, secundum illud: *Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*. Lucæ 6. Vt interim taceam, quod hac re etiam eos nobis mirè deuinciamus, pro quibus suffragia facimus; & sperari possumus, quod nos cõmendatissimos habituri sint in cælis, quibus vt à supplicijs eriperentur, authores fuimus in terris.

KK

Possent

12. *Pessim pro hoc argumento Sanctorum Patrum plures proferre sententias. Sed pro omnibus vna suffecerit D. Augustini; quæ in lib. de Cura pro Mortuis, cap. 4. sic loquitur: Non sunt pretermittenda supplicationes pro Spiritibus mortuorum; quas faciendas pro omnibus in Christiana & Catholica societate defunctis. etiam tantis nominibus quorumque, sub generali commemoratione suscepit Ecclesia: ut quibus ad ista desunt parentes, aut filij, aut quicunque cognati, vel amici; ab una ipsi exhibeatur pia matre communi. Ita Augustinus.*

13. *Forſitan negatur fieri poſſe, ut vnus alterius in ſe onus ſuſcipiat, & quas alius pro meritis eſt, liberè pœnas ſuſtineat. At negare hoc non debet Chriſtianus homo. Quemadmodum in naturalibus pes non ſua tantùm; ſed oculorum quoque cauſa, munere ſuo fungitur: nec ruruſum, quod oculi vident, id ad illorum propriam, ſed ad communem membrorum omnium vtilitatem referendum eſt, nec denique quod in familia ritè inſtituta vnusquique inſtituta ſua conficit; iſtud velut peculium in proprium commodum ſeorſum ſepone; ſed in communem omnium vſum, in medium adducit; ita in Eccleſia quoque myſtica membra ſibi inuicem deſeruiunt, mutuasque ſibi inuicem operas præſtant.*

14. *Agnouit hoc optimè Sanctiſſimus Paulus. Vnde ad Rom. 15. bona à Iudæis conuerſis facta docet profuiſſe Gentibus, Si, inquit Spiritu alium eorum Participes facta ſunt gentes; debent & in carnalibus miniſtrare iſis. Et ipſe, veluti communis omnium fidelium præceptor, & Doctor Gentium, perpeſſus ſuas docet aliis prodeſſe. Gaudeo, inquit ad Coloff. 1. in paſſionibus pro vobis, & adimpleo ea, qua deſunt paſſionibus Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt Eccleſia. Denique ad ſimilia ſtudia hortatur Ephēſios, & in Ephēſijs Chriſtianos omnes. Eſtote, inquit cap. 5. imitatores Dei ſicut filij chariſſimi. & ambulate in dilectione, ſicut Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis. Vult dicere: Quemadmodum myſtici corporis caput, Chriſtus Ieſus, ardenti charitate motus, pro membris ſuis ſemet ipſum tradidit; ita vnumquodque eiſdem membrum, pro altero ſeſe tradat, oportet.*

15. *Pronior eſt Deus ad miſerandum, & pro merita pœnam condonandum; quàm ad condemmandum, vel puniendum. Miſericordia eius ſuper omnia opera eius. Pſal. 144. Magnificat eſt, inquit idem Propheta, Pſal. 56 vſq; ad calos miſericordia tua & vſq; ad nubes (quæ infra cælum ſunt) veritas (& iuſtitia) tua. Sed exploratum eſt eundem non ob propria tantùm, ſed etiam ob aliena flagitia, multos ſæpe calamitatibus inuoluſſe, & inuoluere quotidie. Ob pecca-*

*tuum*

*tum Dauid, ſeptuaginta Iudæorum milia peſtilentia extinxit; 2. Reg. 24. Ob vnus Acham ſacrilegium tria eiſdem populi milia in ſœdam fugam conuertit; Iofue 7. Ob vnus Ione fugam nauas cū cæteris vectoribus multum diuque tempeſtate iactauit; Ionæ 1. Ob Phariſæorum in Chriſtum peccatum, totam Iudæorum gentem innumeris cladibus oppreſſit, &c. Si ergo Deus Opt. Max. hæc atque ſimilia mala irrogat inſonti propter alterius ſcelera; cur pœnam temporariam iuſto, vel etiam iniuſto propter vltionem alterius ſatisfactionem non condonat?*

*Ob inſignem Abrahæ pietatem pepercit Deus Loth & Abimelech; Genef. 19. & 20. paratumque ſe declarat ob decem tantùm iuſtos, omnibus Sodomitis & Gomorrhæis, eorumque vicinis parcere: Genef. 18. Ob inſignem Dauidiſ religionem pepercit Salomoni; 3. Reg. 11. Propter Apoſtoli Pauli charitatem ducentis naufragis animabus; Actuum 28. Propter Moyſi interceſſionem toti Iſraeli; Exodi 32. Propter offerentium fidem Paralytico vtriuſque hominis ſanitatem præſtitit; Matth. 9. Denique, ipſe inquit, Ezech. 22. quaſi virum, qui interponeret ſepem, & ſtaret oppoſitus contra me, pro terra, ne diſſiparem eam. Cùm hæc igitur Dei beneficia admittantur; cur negatur eius beneuolentia, in temporalium pœnarum, quas alij pro aliis in ſe ſuſcipiunt, condonatione? Cur negatur piè defunctorum viuentes poſſe in ſe onera ſuſcipere? pro iuſdemque ſatisfacere? Quantum poſſint proborum, ſanctorumque hominum merita, pulchrè oſtendit B. Chryſoſtomus homilia 2. in Pſal. 50. Sanctus Dauid, inquit, non ſolum cùm in corpore eſſet, placuit Deo; ſed & poſt mortem ſuam viuus inuenitur præſtiſſe ſolatiū. Contigit namque Ezechia Regi, inimicas in temporibus Iudæorum gentes circumuallaſſe Hieroſolymam. Et cùm eſſet Ezechias iuſtus vir rogauit Deum: & proſtratus lachrymis deprecabatur, vltionem de aduerſarij poſtulans. Venit ad eum Iſaias Propheeta. & dicit: Ne putaret ille, quia iuſtitia ſua exauditus eſt. Et ceriè iam defecerat Dauid, & habebat multos annos requieſcens. Quid ergo dicit ei? Proſega in hanc ciuitatem propter me, & propter Dauid ſeruum meum. Dauid mortuus eſt, & merita eius vigent. Ita Chryſoſtomus. Hinc optimè Sanctiſſimus Pontifex Leo, Sermo. 3. de Ieiunij ſeptimi menſis: Apoſtolorum, inquit, meritis & orationibus confiſimus nobis per omnia miſericordiam Dei noſtri eſſe præſtandum.*

*Quid igitur eſt, quaeret aliquis, quod ab Apoſtolo dicitur, ad Galat. 6. vnusquisque onus ſuum portabit? Quaero ego quid ſit quod idè*

*Kk 2*

*Ap. ſto.*

16.

17.

Apostolus, eodem loco, velit alterum alterius onera portare? Forfitan sibi contrarius Apostolus? aut est apud ipsam. Est & non? *Fidelis Deus* (i. testor Deum) inquit 2. Corinth. 1. *Sermo noster*, qui sit ad nos, non est in ipso. Est, & Non. Sunt igitur, qui dicant, de iis loqui Apostolum; qui sine poenitentia ex hac vita discedunt, quorum onus aliorum nullus in se suscipiet, sed ipsi quas meruerunt poenas aeternas persoluent. *Vnusquisque*, inquit in hunc locum Anselmus grauabitur propria conscientia peccatorum. Sed & illi, qui purgatorii poenis expiantur, onus suum portant; quia nihil recipiunt, quod non gesserunt in corpore. Id enim meruerunt perseuerando in fide & charitate usque ad mortem, ut etiam post mortem aliorum opera possent iuuari. Eodem modo responsum sit illi, ad Rom. 2. *Reddet unicuique iuxta opera sua.* Et illi ad Galat. 6. *Quae semanauerit homo, haec & metet.*

**H**ac D. Augustini sententia est, lib. de Cura pro mortuis gerenda cap. 1. ubi sic loquitur: *Cum haec ita sint* (quae dicitur scilicet mortui per alios iuuentur) *quomodo huic opinioni contrarium non sit, quod dicit Apostolus* (2. Corinth. 5. *omnes enim astabimus ante tribunal Christi, ut ferat unusquisque secundum ea, quae per corpus gessit, siue bonum, siue malum, non te satis videre significat.* *Haec quidem Apostolica sententia ante mortem admonet fieri, quod possit prodesse post mortem: non tunc, quando iam recipiendum est, quod quisque gesserit ante mortem. Verum haec ita soluitur quaestio, quoniam quodam vita genere acquiruntur, dum in hoc corpore viuunt, ut aliquid adiuuent ista defunctos: ac per hoc secundum ea, quae per corpus gesserunt, eis quae post corpus religiose, pro illis facta fuerunt, adiuuantur. Sunt enim quos nihil omnino adiuuant ista; siue pro his fiant, quorum tam mala sunt merita, ut neque talibus digni sint adiuuari: siue pro his fiant, quorum tam bona, ut talibus non indigeant adiuuentis. Genere igitur vita, quod gessit quisque per corpus, efficitur, ut profint, vel non profint, quaecumque pro illis pie fiunt, cum reliquerit corpus. Nam meritum, per quod ista profint, si nullum comparatum est in hac vita, frustra quaeritur post hanc vitam. Ita fit, ut neque inaniter Ecclesia, vel suorum cura pro defunctis, quod potuerit religionis impendat: & tamen ferat unusquisque secundum ea, quae per corpus gessit.*

Haec tamen Augustinus.

CAP

## CAP. LXXIII.

*Modos, quibus à molestia Demonum infesta loca liberantur, non prodesse ad illas molestias tollendas, quae à bonis hominum Spiritibus afferuntur.*

**D**emonstratum est esse Spiritus purgandos, & posse iuuari, & merito esse viuentium opera iuuandos: sequitur doceamus, quo modo iuuentur. Et si generatim loquamur, hic duplex esse videtur, quemadmodum duplex est, quo à pauperum & mendicorum (ad quorum conditionem hos Spiritus accedere diximus) molestia contingit liberari. *Vnus durus est, & inhumanus: alter humanus, & Christiano homine dignus.* Ille apud pauperes accidit, nunc simplici eleemosynae negatione; nunc verbis asperioribus; nunc etiam inflictis & intentatis verbis: hic eleemosynae erogatione, aut condolentis, & iuuare desiderantis animi significatione.

Vtroque horum, contra Purgandorum Spirituum molestias, agi potest: sed priori agere inhumanum; posteriori ut agatur, postulat, ut diximus, officium hominis Christiani. Quis prohet, ut cum amicis agatur durius? amicis, inquam, quibus quod petitur, sine nostro detrimento, imò cum magno emolumento, praestare possumus?

Hinc est, quod ratio, quae nos ab horum Spirituum molestia liberamus hoc primum à priori illa differat; quod cum his Spiritibus amice; non, ut cum illis, hostiliter agendum sit.

Differt deinde, quod quibus praediis contra molestias instantium Daemonum agimus; illis contra molestias, quae ab his Spiritibus afferuntur, depugnandum non sit: hostilia ista, atque aduersaria sunt arma, contra hostes & aduersarios, illorum proprius est usus: at hostes non sunt hi, qui apparent Spiritus, & quamuis molesti sint, non tamen molesti esse cupiunt: Molestia, quae afferri videtur, solum subsidij est humilis postulatio.

Et quo, ex omnibus iam dictis, armorum genere cum iis agendum? Crucene, an Reliquiis? Rebus consecratis, an Exorcismis? an Oratione, quali oppugnantur, & adibus, aliisque locis prescribuntur Demones?

Kk 2

Adhi

6. Adhibentur contra malignos Spiritus *Cruces*, quòd illas ferre nequeant At Cruces hi Spiritus non horrent. in illis gloriantur cum sanctissimo Paulo : per illas se , à peccatis, Dæmonumque potestate sciunt ereptos : per illas habere ingressum in vitam æternam.
7. Adhibentur contra illos *Reliquiæ*. An his terrentur purgandi Spiritus? has fugiunt? pignora sciorum? qui sub iisdem, cum ipsis, vexillis militarunt? quorum mox sperant se posse perfrui consortio?
8. Adhibentur contra eosdem *Res consecratæ*. Nec has reformidant nostri Spiritus. Benedictis rebus recreantur, qui gratissimam illam aliquando vocem; *Venite benedicti Patris* &c. Matth. 25. cum summa sua audituri sunt voluptate?
9. *Exorcismos* fortè, quos ferre nequeunt Dæmones, ipsi reformidant? Non reformidant: propterea, quòd exorcismiis rebus consent, quæ nec his Spiritibus exosæ sunt; nec Spiritus hos molestia afficere possunt.
10. *Oratio denique*, qua *Domus*; siue loca consecrantur, & qua Spiritibus accessus interdicitur, hos Spiritus non attingit. Ipsa hoc docet Orationis forma; vt quæ non bonorum, sed malorum Spirituum meminit. Quòd si alia aliqua ad Deum dirigitur; vel solùm malorum Spirituum petit, vel solùm petere debet exitium.
11. Quæ cum ita sint, probari non debet eorum consuetudo, qui, vbi ad Spiritibus infestas ædes liberandas vocantur, mox ad *Exorcismos* confugiunt: Spiritus adiurant; & in Christi sanctissimæque Trinitatis nomine discessum imperant. Quid si hominum purgandi sint Spiritus, qui molesti sunt? hos contra quid hæc arma, atque machinæ? Quemadmodum imprudenter agunt, qui pro quibusvis Spiritibus præces Deo offerunt; ita, qui quosvis Exorcismis aggrediuntur. Cognoscendi prius Spiritus antequam de modis, quibus ab ipsorum molestia liberemur, cogitemus. Verùm de hoc aliàs.
12. Quòd si quando Spiritus purgandi, post hos adhibitos infestis locis, modos, molestare desinunt: non hoc ipsis modis tribuendum est, sed Spirituum voluntati: qui cum subsidium ex molestia nullum sperent, frustra molesti esse nolunt: quemadmodum nec diuitibus illis molesti sunt pauperes, à quibus spem nullam expectant. Sed *modos*, quibus non tam profligantur, quam iungantur, inquiramus, & discutiamus.

Cap.

## CAP. LXXIIII.

De variis modis, quibus à molestia purgandorum Spirituum contingit liberari: & de multiplici modorum differentia.



Anticissimus Ecclesiæ Doctor Augustinus, Sermone 34. de verbis Apostoli, *trium* meminit, quibus, vt à purgatoriiis pœnis Spiritus, ita à purgandorum Spirituum molestia viuentes liberantur. *Orationibus*, inquit, *Sanctorum Ecclesiæ, salutaris sacrificio & elemosynis, qua pro eorum Spiritibus erogantur. non est dubitandum mortuos adiuuari, vt cum ijs misericordius agatur à Domino, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim à Patribus, id est, Apostolis iraditum vniuersa obseruat Ecclesiæ.*

Tribus his quartum adiungit B. Gregorius, *Ieiunium* scilicet, quemadmodum sacri docent Canones (13 q. 2.) *Anima*, inquit, *defunctorum quatuor modis soluuntur: aut ablationibus Sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum elemosynis, aut ieiunio cognatorum.* Eadem ad verbum repetit Iuo Carnotensis Episcopus, lib. 5. cap. 124. Eorundem quoque mentio fit in vita Remigij Episcopi Rhemenfis per Hincmarum scripta.

Dictis adiungit *alieni Restitutionem* S. Brigida, libro 6. Reuelationum, fortè idcirco, quòd defunctorum quidam ad viuos dicantur rediisse, ipsosque admonuisse; vt quæ habuerunt viui, & non restituerant, veris Dominis restituerent. fortè etiam, quòd ex Sancto Augustino didicisset, *non dimitti peccatum, nisi restituatur ablatum.* Sunt qui etiam *Peregrinationes* postulant, quod hæc à quibusdam Spiritibus ex parte legantur. Et in vita Rhemenfis Episcopi Remigij adduntur *Lachrymæ*. Et à Beato Athanasio *Oleum* atque *Cera*, quemadmodum videre est in oratione de his, qui dormierunt.

Alij alios modos adiungunt. & quidam omnia, in vniuersum, *pietatis officia*. Nec malè forsitan. Cum enim viuorum opera quæcunque viuis prodesse possint, propter coniunctionem, quæ inter ipsos est, tanquam diuersorum sub vno Capite membrorum; quidam viuorum etiam mortuis prodesse; cum & illi, B. August. teste, *eiusdem corporis vniuersa sint membra?*

Sed siue tres modi fiat, siue 4. siue etiam plures; dubium non est à molestia Spirituum liberari viuentes illis ipsis, si leuemen pœnarum Spiritibus in sua miseria, his offerri potest. Quæcunque enim

enim hiſce Spiritibus ad leuamen pœnarum præſciant; eadem moleſtias, quæ à Spiritibus afferuntur, tollunt.

6. Vtrum verò *leuamen* adferant, poſterius diſcutiendum eſt, cum ſingulos perſequemur; id certum eſt egregiarum ipſos virtutum eſſe exercitia. *Oratio* actus religionis eſt, quemadmodum & *Sacrificium Miſſæ*, & vſus *cereorum*. *Eleemoſyna* miſericordiæ *Ieiunium* cum *fletu* temporariæ. *alieni Reſtitutio* iuſtitix, quemadmodum & *Peregrinationum* perſolutio. Omnes, quatenus ob miſeriam Spirituum ſubleuandam ſuſcipiuntur, officia præſtantiffimæ charitatis.

7. Itaque magnum eſt inter ipſos diſcrimen. Quamuis enim ab vna Charitate omnes poſſint imperari; in ſe tamen propriarum virtutum ſunt officia. Sed & præter hanc, aliæ ſunt inter ipſos diſferentiæ, quas vbi breuiter iudicauerimus, caput hoc erit concludendum.

8. Quidam igitur tales ſunt, vt intermitti ſine crimine non poſſint: in quorū genere eſt *alieni Reſtitutio*, & quæ ex voto ſuſcipienda eſt *Peregrinatio*. Alij, quemadmodum cum laude ſuſcipiuntur, ita ſine culpa ferè omittuntur. quocirca hi ad opera *ſupererogationis*, quæ vocantur, referuntur: *alieni Reſtitutio* non item, quemadmodum nec perſolutio *voti Peregrinationis*.

9. Rurſus inter priores illos, alij immoderatè tendunt in Deum: vt *Oratio*, *Cerei atque Sacrificium*. Alij faciunt ad proximi miſeriam ſubleuandam; vt *Eleemoſyna*. Alij ad corpus Spiritui ſubiiendum; vt *Ieiunium*, atque *lachryma*, quæ in carnis afflictione poſita ſunt.

10. Ex hoc quarta diſferentia petitur, quæ ad triplicia hominis bona ordinem dicit. *Eleemoſyna* ſiquidem cum vſu *lumæum*, bonorum externorum eſt. *Ieiunium* cum *fletu* corporis. *Oratio* animæ. *Sacrificium* ferè omnium.

11. Præterea quidam ex dictis modis, ſunt communes pluribus: quidam paucioribus. *Eleemoſynam* ſoli, quibus bona ſunt fortunæ, poſſunt præſtare, quemadmodum & *Cereos* accendere. *Sacrificium Miſſæ* ſoli ſacerdotes. *Ieiunium* eſt diſſi. ille afflictis viribus. *Oratio* cum *lachrymis* communis omnibus.

12. Denique, quidam horum modorum poſtulant operantium probitatem quidam non item. Prius generis ſunt *Eleemoſyna*, atque *Ieiunium*; poſterioris *Sacrificium Miſſæ*, atque *Oratio*; illa maximè, quæ non privato ſtudio, ſed in Eccl. ſiæ perſona ceſſatur, ſed de his ſuis locis plura.

CAP.

*Oratione iuuari præ defunctorum Spiritus, qui uiuentibus quandoque ſunt moleſti: verumtamen aliter uſtorum, aliter improborum oratione.*



*Ratione purgandos Spiritus iuuari*, Catholicorum omnium ſenſus eſt. & conſenſus quem etſi non verbis teſtarentur; rebus ipſis tamen frequentiffimè declarant. Quoties pro defunctis orant? Tremenda myſteria in Eccleſia nunquam celebrantur; niſi defunctorum quoque, qui nos præceſſerunt, & cum ſignis fidei in Domino obierunt, fiat commemoratio. Hæc Canonice ænanquam à perſonis Eccleſiaſticis recitantur, aut decantantur; niſi & fidelium animabus & ſunctum pax à Deo petatur. Nunquam è menſa ſurgitur; niſi & Deus rogetur, vt requiem æternam velit dare deſeſtis. Cemiteria ſi quando tranſire contingit; pia fidelium defunctorum et memoria ſi ſermo de defunctis incidat; diuinam ſimul ipſis conſolationem oramus. ſi quem ex vita migrante audiamus; vt animæ ipſius bene velut Deus, precamur. omitto his ſimilia plurima.

Et hæc quidem Catholicis faciunt quæ tidie. Quid enim Maiores? Idem præſus. Pro omnibus, inquit Cyrillus Hieroſolymitanus, Catecheſi ſ. Myſtag. oramus, qui inter nos vita ſuncti ſunt. Pro cubuit Theodoſius ſuni or ad Reliquias S. Ioannis Chryſoſtomi, & pro animabus parentum ſuorum Archadij & Eudoxie, iam defunctorum ſupplicauit, teſte Theodoro, lib. ſ. hiſtor. cap. 26. Conſtantine Magnus, vt habet Eufebius lib. 4. in vita eius, voluit ſepeliri in celebri templo; vt multarum mortuus Orationum fieret particeps. Iſaſphat, vt Damascenus habet, in eius vita, in hunc modum, pro patre ſuo orauit: Colloca eum in locum refrigerij, in loco quietis, & ne meminerit iniquitatum eius antiquarum. De Macario ſic ſcribit Palladius. Pro conſuetudine ſua; pro defunctis Preces fundebat Macarius. De Theodoro Siceorum Archimandrita refert, in eius vita, Gregorius Presbyter; quod pro defunctæ matris ſalute Deo ſupplicarit. apud Surium, Tomo 2. Seruiunt pro hoc argumento nobis illi, qui viuorum Orationes pro defunctis experire vult, vt ſunt Ephrem Syrus, qui pro ſe mortuo expetiſi fieri preces: quemadmodum ex eius Teſtamento clarum eſt, apud Surium, Tom. 1. Eduardus Rex Anglorum; qui

LI

qui teste Alredo, in eius vita, *eadem sibi mortuo cupiuit impedi* S. Eusebia; quæ *has sibi voluit præstari* à suæ professionis sacris Virgini- bus; vt in eius vita refert Metaphrastus. Euphrasia vxor Antigo- ni, viri diuissimi Constantinopolis, tempore Theodosij; quæ & *se & maritum defunctum voluit esse commendatos* pro *tribus* Euphrasia lu- nioris, filia; sicut clarum est in eius vita, apud Surium Tom. 2. S. Ku- negundis Imperatrix; quæ Congregati. ni in Contugia scripsit, *vt animam mariti defuncti, Henrici Imperatoris Deo commendarent, & Orationis alimoniam vesicerent.* Surius Tom. 2. in eius vita. B. Paulinus Nolanus, Epist. 5. ad Delphinum Episcopum; *cuius Orationibus ani- mam fratris sui commendat.* Eandem commendat Epist. 6. ad Aman- dum, eidem Amando Episcopo.

3. Ethii tempore legis gratiæ vixerunt. Quid illi, qui hanc præ- cefferunt: Et illi idem præstiterunt; & tam Maioribus nostris, quam nobis exemplum, quod sequamur, præbuerunt. Id vel solus egre- giè demonstrat Iudas ille Machabæus, quem hoc nomine comen- dant sacre literæ. cuius post factum, hæc oratio subiungitur: *San- cta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.* 2. Machab. 12.

4. Nec exemplo Maiorum tantum hæc mouentur Catholici; et- iam sequuntur eorundem doctrinam. Clemens Apostolorum discipulus sic habet, Epist. 1. *Oportet diligenter Orare pro mortuis* Si *voluerimus*, inquit B. Chrysostomus, Hom. 21. in Acta, *mortuo leue facere, Preces pro illo faciamus continuas.* Et Hom. 41. in priorem ad Corinth. *Iuuetur mortuus non lachrymis, sed Precibus, supplicationibus, elemosynis.* Et infra: *Ne fatigemur mortuis auxilium ferre, Preces pro illis offerentes.* Ambrosij hæc est sententia, lib. 2. Epist. 8. ad Fausti- num, de obitu sororis: *Non tam deplorandam, quam prosequendam O- rationibus reor; nec mœstificandam lachrymis; sed oblationibus animam eius Domino commendandam.*

5. Sed neque si vel Exemplis essent destituti, vel Maiorum vo- cem non audiissent, dubitare possent, *Oratione* purgandos Spiritus iuuari? Quid non potest *Oratio?* apud Deum præsertim, in cuius potestate sunt, de quibus nostra Disputatio est, Spiritus? pro cuius voluntate expiantur?

6. Dubium igitur non est, *Oratione Spiritus purgandos iuuari posse.* Quid si adiutos doceamus? Seruiunt hic nobis superius recensiti Germanus atque Martinus Episcopi; Malachias atque Bernardus Abbates: quorum primus animam Paschaj teste Greg. lib. 4.

Diall

Dial. cap. 40. alter Vitalianam Virginem; vt habet Greg. Turon. lib. de Gloria Conf. cap. 15. tertius sororem, quemadmodum de eodem scribens refert Bernardus, quartus Monachum, vt in eius vita cap. 10. V Vilhelmus Abbas ex purgatoriis pœnis *Oratione* li- berauit.

7. Adiiimus dictis S. Elisabetham Regis Hungariæ filiam. Huic dormienti (vt in eius vita scribit Iacobus Montanus, apud Surium Tom. 6.) matris umbra visa est obuerfari, lugubriq; vultu, & flo- ris poplitibus orare, sui quamprimum miseretur. ob vitam e- nim negligentius actam igne se pœnas soluere: moxq; hoc viso ex- pergefactæ, ac post effusas ad Deum Preces, lachrymasq; denuò in soporem depressæ, iterum apparere, ac immortales gratias agere, pro matura liberatione: dicereq; tanti apud Deum Preces eius re- putari, vt tam vita sanctis, quam iis, qui adhuc superessent, subue- nire auxilio possit. Ita Montanus. Adiiimus Anglorum Regis so- rorem virginem integerrimam, Tetram: quæ virgini sorori de- functæ, & ob nonnullas peccatorum labeculas, pœnas adhuc luen- ti, veniã oratione obtinuit. Argumento fuit ipsius tumuli terra, quæ subsederat; & rursus affurrexerat, hiatumque inanem replabat. Hæc Rudolphus Rabani discipulus, lib. de S. Charitate.

8. Cæterum, quamuis *Oratio* his Spiritibus proficit, non *omnis* tamen æquales habet vires. Alia alia est præstantior. Vna alia plus iuuat. Quæ enim ab iis, qui in Christi sunt gratia, proficiscitur, longè est præstantissim; propterea, quod non solum vim habeat *impetra- di* verum etiam *satisfaciendi*. Ab hac longè distat illa peccatorum hominum, quæ solum vim *impetrandi* obtinet.

9. Hinc est, vt vno modo tantum *Oratio* peccatorum defunctis di- eatur suffragari: duobus iustorum. Possunt peccatores impetra- re defunctis requiem: iusti possunt & requiẽ iis impetrare, & pro- iisdem satisfacere, quod nequeunt peccatores: Hoc attendisse vi- detur Imperatrix Kunegundis, cum animam defuncti mariti analuit *Religiosorum hominum Orationibus* esse commendatam;

quod *iustorum*, vt dicebat, *Preces plurimum va- leant apud Deum.* Habetur in vita eius, apud surium, Tom. 2.

*Quod, & quomodo Missæ sacrificium iuuet piè defunctorum Spiritus, qui post mortem viventium subsidia postulant.*

1. **A**lium subsidium, quo à purgandorum Spirituum molestia viuentes & ipsi à tormentis liberantur. *sacrosanctum altaris est sacrificium*, de quo sic post alios, concilium Tridentinum, Can. 6. Sess. 22. *Si quis dixerit Missæ sacrificium esse tantum laudis, & gratiarum actionis, aut nondam commemorationem sacrificij in Cruce peracti: n. n. autem propitiatorium; vel soli prode; e sumenti; neq; pro viuis & defunctis; pro peccatis; pœnis satisfactionibus. & alijs necessitatibus offerri debeat, anathema sit.*
2. Huc grauissimos insultus sustinet à veteris religionis hostibus. Sed tantò constantius tenetur & defenditur à Catholicis; quantò maioribus præsidijis munitum est. Nullum hic eorum desideratur, quæ pro se habet Oratio; de qua præcedenti Capite.
3. Primum hic est omnium, qui nunc sunt, Catholicorum consensus; non tam verbis, quàm rebus ipsis confirmatus. Nullum *Missæ sacrificium* peragitur, in quo non *defunctorum fiat commemoratio*. Sunt præterea *Missæ pro defunctis*, ut vocamus; partim *anniuersaria*, partim quæ *primo, septimo, atque trigesimo depositionis die* celebrantur, &c.
4. Consensum hunc confirmant exempla Maiorum. Pro anima fratris Saturi *sacrificium* obtulit B. Ambrosius, quemadmodum ex Oratione fœnebris constat, quam in obitu eiusdem habuit. Pro matre B. Augustini idem *sacrificium* fuisse oblatum, idem testatur Augustinus lib. 9. Confessionum. Sic D. Bernardus, cum Verduini in Gallia ageret, *sacrificium altaris* obtulit pro Episcopo Ostiensi recens defuncto, ut patet cap. 4. libro 4. Vitæ iusq; Gallus Abbas pro Columbano, capite 25. eius vitæ. Pro Gallo Ioannes Episcopus Constantiensis in eiusdem Galli vita, capite 29. S. Seuerus Rauennensis Episcopus pro Geminiano Præsule; in vita ipsius apud Surium Tomo 1. Anselmus pro anima Oheri, qui alieno animo aliquando ab ipso fuerat; in vita ipsius ab Ediuero Anglo conscripta apud Surium, Tomo 2. Præterea Hugo Episcopus Gratianopolitanus diem obitus patris atque matris dicitur celebrare fecisse.

brem fecisse tremendo Sacrificio, quod pro ipsorum salute offerebat, quemadmodum testatur Guigo V. Prior primæ Carthuzæ, dum vitæ ipsius describit cursum. Et Vdalricus Episcopus Augustanus, Acum delbertum in prælio intellexisset occubuisse, primum quidè corpus Augustam defert, & honestæ sepulturæ mandat; mox deinde Spiritum per *sacræ immolationis hostiam* Deo rogat esse commendatum. Ita Bernardus Agienfis in ipsius vita, qui eundem, Romæ aliquando agentem, cum nondum Episcopus esset, testatur Senioris animam Deo inter *sacræ orationum libamina* commendasse. Et Episcopus Herbipolensis Embrichus, quemadmodum in vita dilexit Babonem Bambergensis Episcopus, ita mortuum egregijs Christianæ pietatis officiis prosecutus est. Humeros funeri subiecit: pro anima defuncti publicè *Missæ sacrificium* obtulit: & cathedram conscendens ad præsentem maximo numero auditores, egregiam habuit orationem fœnebrem. Vide vitam Babonis apud Surium Tomo 4. Refert quoque Venerabilis Beda libro 3. Hist. Angl. de gestis Regis Osvaldi, fratres Ecclesiæ Hagulstaldensis singulis annis, pridie quàm R. x. Osvaldus fuit occisus, conuenire solitos, ad locum; ubi Crucè aliquando orationis causa exererat: ibiq; preces pro salute animæ ipsius, & *victimam sacræ Oblationis offerre*. Habent hic locum desideria viuorum, qui pro se defunctis idem *Missæ sacrificium* offerre & flagitarunt: ut sunt apud Syrus in suo Testamento: Venerabilis Beda in præfatione vitæ S. Cuthberti, Episcopi Lindisfarnensis apud Surium Tomo 2. Margareta regina Scotiæ, in eius vita apud Surium, & alij quam plurimi. Et ne pluribus recensendis molesti simus, vnica oratione Beati Augustini concludimus, qui sermone trigelimo quarto de verbis Apostoli, *docet Ecclesiam vniuersam, pro defunctis, in sacrificio Missæ orare solere*. Nec est, quod de sancti Doctoris testimonio dubitemus. Extant Iacobi, & Clementis, aliorumq; Liturgiæ, quæ hanc rem egregiè confirmant. Extant Concilia omnium Prouinciarum, quæ *sacrificij* pro defunctis meminere. Vide caput 82.

In veteri lege, hoc *sacrificio*, defunctorum animæ adiutæ non fuerunt. Nec mirum. Nouæ, non veteris legis est *sacrificium*. Sed tamen *sacrificiorum* virtutæ animæ non fuerunt destitutæ. Illa ipsa *sacrificia* veteris legis ipsis profuerunt, quemadmodum probat *sacrificium*, quod pro interfectis in bello obtulit Dux Iudas Machabæus, 2. Mach. 12. ex quo etiam B. August. libro de Cura pro mortuis, cap. 1. probat nostrum mortuis prodesse.



270 Cum exemplis consentit veteris Ecclesie doctrina. Graui-  
 sima est oratio B. Chrysostomi, hom. 69. ad Pop. non temere, inquit,  
 hac ab apostolis sancita fuerunt; vt in tremendis mysterijs defunctorum a-  
 gatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum,  
 multam vilitatem. In eandem sententiam loquitur B. Augustinus,  
 de Verbis Apostoli, Serm. 32. Hoc, inquit, à Patribus traditum vniuer-  
 sa obseruat Ecclesia vt pro ijs, qui corporis & sanguinis Christi communi-  
 one defuncti sunt, cum ad ipsum Sacrificium suo loco commemorantur, cre-  
 tur ac pro illis quoque id offerri commemoratur.

6. Sed & Sacrificij huius dignitas magnam hic præbet argumen-  
 tum. Neque enim duodecim tantum talenta argenti à Iuda Macha-  
 bæo offeruntur; sed infinitus gratiarum omnium thesaurus; vide-  
 licet vnigenitus Dei filius; idque per Ecclesiam, cuius charitas &  
 deuotio Deo gratissima; vel per ipsum, verius, vnigenitum Dei  
 filium. Idem enim hic offerens & res oblata; & eadem quoque ob-  
 latio. Qui enim semel pro peccatis Deo se obtulit, nunquam se of-  
 ferre desinit, quamuis vnà cum ipso, ipsa quoque Ecclesia per suos  
 ministros ipsum offerat, suasque preces & vota cum hoc Sacrificio  
 coniungat.

7. Hinc quoque est, vt Sacrificium hoc pro defunctis oblatum  
 vires magnas habuerit, quamuis reuera defuncti non essent, pro  
 quibus offerretur. Id insigni exempli ostendit Ioannes Eleemosy-  
 narius, Episcopus Alexandrinus, quem admodum in vita eius do-  
 cet Leontius Neapolitanus Episcopus. A Persis quidam abductus cap-  
 tiuus, aiebat, in custodia, que appellatur Lethe, asseruabatur vinculus. Lex  
 autem erat apud Persas, vt qui coniecti essent in eam, custodiam, nunquam  
 renouarentur. Et ea ratione consentaneum est, eum fuisse vocatam Lethe-  
 m obliuionem). Illinc autem cum quidam affugisset. Et in Cyprum venis-  
 sent; affirmarunt parentibus adolescentis, eum in custodia mortuum esse. Illi  
 igitur tres, quotannis synaxes celebrabant, tanquam eo mortuo. Quatuor  
 anni præterierant: & ecce filius illinc aufugiens, redit domum. Quem cum  
 parentes non tanquam qui fugisset è custodia, sed tanquam qui surrexisset  
 è mortuis cum magno stupore aspexissent; & fuissent inefabili voluptate  
 repleti reuerunt, quem admodum ei mortuo, qui sunt mortuis, fecerunt,  
 iustas indicantes iuque dies sanctorum Epiphaniarum, sautaris Pasche &  
 sanctæ Pentecostes, quibus se se perseuerant. Hac cum ille audisset, et in me-

u. riam

271 moriam reuocasset: parentibus affirmabat, quod his ipsis diebus fuerit relax-  
 atus à vinculis, aduentu cuiusdam, qui gestabat lampadem, & omni securi-  
 tate perfundus: diebus autem sequentibus rursus vinculis, sicut prius,  
 confixus. Hæc Leontius. Simile exemplum apud Gregori-  
 um Magnum homilia 37. in Euangelia est videre. Afferit quo-  
 que pro eodem argumento aliud non minus prodigiosum,  
 Venerabilis Beda libro 4. Hist. Angl. capite 20. quod ipsius  
 verbis referimus. In præfato, inquit, prælio, quo occisus est Rex  
 Eluinus, memorabile quoddam factum esse constat, quod nequa-  
 quam silentio prætereundum arbitror; sed multorum salutem, si refe-  
 ratur, fore proficuum. Occisus est ibi inter alios de militia eius iu-  
 uenis, vocabulo Imma. Qui cum die illo, & nocte sequente, inter ca-  
 dauera occisorum, similis mortuo, iaceret; tandem recepto spiritu re-  
 uixit, acrescens sua vulnera, vt potuit, ipse alligauit. Quod dum face-  
 ret, inuentus est, & captus à viris hostilis exercitus, & ad Dominum ipso-  
 rum, Comitum videlicet Edredi Regis adductus. Ille suscipiens eum,  
 curam vulneribus egit. Et vbi sanari cepit, noctu eum, ne aufugeret,  
 vinciri præcepit. Nec tamen vinciri potuit. Nam mox, vt abiire, quò  
 vincierant; eadem sunt eius vincula soluta. Habebat enim germa-  
 num fratrem, cui nomen erat Tuana, presbyterum & Abbatem: qui  
 cum eum in pugna peremptum audisset, venit querere, si forte corpus eius  
 inueniri posset. Inuentumque alium, illi per omnia similitimum, putauit ipsum  
 esse, quem ad Monasterium suum deferens, honorifice sepeliuit: & pro ab-  
 solutione animæ eius, sæpe Missas facere curauit: quarum celebratione  
 factum est, quod dixi, vt nullus eum vincire posset, quin continuo solueretur.  
 Interea Comes, qui eum tenebat, mirari & interrogare cepit; que-  
 re ligari non posset: an forte literas solutorias, de quibus fabula ferunt,  
 apud se haberet, propter quas ligari non posset. At ille respondit. Nihil  
 secretarium arrium nosse: sed habeo fratrem, inquit, presbyterum in mea  
 Prouincia: & scio, quia ille, me interfectum putans, pro me Missas cre-  
 bras facit: & si nunc in alia vita essem, ibi anima mea per intercessionem  
 eius saluaretur à pœnis. Multi itaque accensæ sunt in fide ac deuotione pietatis  
 ad orandum, vel eleemosynas faciendas; & offerendas Domino vi-  
 ditimas sacre Oblationis, pro ereptione suorum, qui de seculo migra-  
 uerant. Intellexerunt enim; quod Sacrificium salutare ad redem-  
 tionem valeret, & anima & corporis sempiternam. Hactenus  
 Beda

Beda. Tertium refert ex Petro Cluniacensi Thomas Bozius lib. 15. cap. 2. de Notis Ecclesiæ. Et hoc Petri Cluniacensis verbis ascribimus: Est in Gratiopolit. no. Episcopatu locus in venis subterraneis, plurimum ferri habens; quod multo incolarum & rusticorum sudore assiduo eruitur, ac fona ibi coelum & expugatum per circumiacentes terras fabricis ferrarijs, vel quibuslibet, pro lucro venditur. Inde & villa, quam ydem homines iuxta incolunt, Ferraria nuncupatur. Solent autem huiusmodi homines dum terra abtastodendo perquiruntur. spe maioris lucri longius procedere & per subterraneos specus pertransire maiorem ferri materiam perquirant. Huius operi, dum quondam tempore quidam rusticus indefessus instaret, & intima terra fodiendo longius procedere; repente maxima moles terra delapsa, aditum per quem ingressus fuerat, obstruxit. Quia tamen fodiendo longius processerat, ac multum post se spatium exhausta terra manere reliquerat, mortem euasit; & velut in domo clausa, a validis munitionibus videlicet circumseptus, egredi quidem non potuit, in lumine tamen permansit. Sed tenebrarum tenebrarum: ceteris circumseptus, spe omni euadendi sublata, ac velut in amplo sepulchro sepulchrum, mortem ipsam adhuc viuens, iam se cernere existimabat. Huiusmodi per aliquot dies non apparentem vxor sua mortuum credens, ad animam eius spiritalibus beneficijs adiuuandam conuersa est. Vnde per annum integrum omni hebdomada vnâ ei Missam à Sacerdotibus celebrari faciens; & pro eo panem, & Candelam offerens, salutaris auxilium, ut mos est Ecclesiæ, anime defuncti mariti subuenire satagebat. Vna tamen, anni, hebdomada existit, qua saulier, alijs intentis negotijs, Missam, vt proposuerat, mariti prouidende neglexit. Ecce verò totius anni penè euenso spatio, rursus fossores, metalli officio assueti, irreuerenti instantes ad locum, in quo iam dictus rusticus adhuc viuens latebat, paulatim fodendo perueniunt. Quorum dum voces, & malicorum sonitus iam appropinquantium rusticus inclusus audisset; qui tunc potuit nisi vociferari cepit. Cuius illi vocem audientes, & (vixit ut illic periti) hominis subterranei esse cognoscentes; sese inuicem exhortati sunt: & ad eum tandem, post multum fossionis laborem peruenierunt. Quem accensis luminibus curiosè circumspicientes; illum esse, quem anno iam præterito ibidem obrutum esse sciebant, agnouerunt. Admirati, & vt par erat, tantæ rei nouitate stupefacti, quomodo illis viuere potuisset, instantissimè inquirebant. At ille respondit; Iste, quomodo remouisti, terra obice foraminis per quod intraueram, obiecto; cum hoc carcere, quem videtis, retentus fuissim, atque aliquantulis diebus sine cibo & lumine permansissem; subito mihi iam pene deficienti cum pane sanul, & lumine quidam afficit; qui me confortatus, & ad cibum capiendum ammonens, terras tenebras illa Candela, quam ferebat, clarißimè illustrabat. Eo pane, per spatium septem aut octo

dierum

dierum (vt mihi videbatur) refectus, totidem diebus illa Candela illustratus & famis periculum euadebam; & huius fosse tenebras cutabam. Post septem dies verò vel octo, rursus ille, qui prius cum recenti pane, & renouato lumine adueniebat, eaq; mihi dimittens recedebat. Hoc per vnus (vt mihi videbatur) anni excursum, aquo pene temporis intervallo nunquam facere destitit: excepto vnus hebdomadae spatio, quo mihi presentiam suam, munusq; solitum, nescio quare causa subtraxit. Hoc illi ab eo audientes; & quod pro illo vxor eius, per totum illum annum fecerat, in memoriam reuocantes. cuncta ei protinus exposuerunt: deinde hominem de cauernis illis subterraneis educentes vxori propria, vicinis omnibus & populo ad tantum spectaculum concurrente, mirum dictu, post annuam sepulturam, in oculum reddiderunt. Qui simul congregati, & quod pro eo mulier fecerat, & quod ille de se narrabat, examinantes; eisdem diebus Panem, quo reficiebatur, & Candelam, qua illustrabatur, & in illo specu oblata fuisse inuenerunt. quibus mihi pro eius requie, & Missam celebrari faciebat, & sacerdoti missam celebranti panem simul, & Candelam offerebat. Hæc Cluniacensis & ex Clunia cati, Bozius.

Sunt & nunc exempla illorum, qui Missa Sacrificio adiuti fuere. Produximus primo capite hominem quendam, pro quo verisimile est salutarem hostiam esse oblatam, qui, vt B. Gregorij verbis utar (lib. 4. Dialog. cap. 39) reuersus ad balneum eum minime inuenit. Huic addimus, quod in vita B. Anselmi legitur, ipsum integro anno institisse Sacrificijs quotidianis, orationibus, & quæ tandem apparens se Sancti precibus adiutum esse testatus est. Tertium ex B. Gregorij lib. 4. Dialogor. cap. 54. licet adiungere. Iussit ille 30. diebus continuis Sacrificium altaris offerri pro Iusto Monacho, & hic poitea apparens cuidam eiusdem professionis homini, illud sibi profuisse ad libertatem à pœnis, est testatus. Quartum præbet S. Bernardus, qui & ipse pro quodam ex suis, quem cognouerat in alia vita expiari, Sacrificium altaris obtulit, & vt alij offerrent præcepit: eundemque post aliquot dies à pœnis purgatorii intellexit esse absolutum. Ita in vita eius, lib. 1. cap. 10. VVilhelmus Abbas. Quintum suppeditat Malachias, Hybernæ Episcopus, qui cum in somno percipisset per dies quadraginta sororem defunctam nihil gustasse; intellexit cuius esicæ inedia laboraret: & diligenter discusso numero, cognouit illo triginta dierum spatio se pro sorore non obtulisse hostiam altaris incruentam. Repetit igitur Sacrificia, & post visa est eidem soror in pulla veste solum peruenire ad limen Ecclesiæ, nec ulterius posse. Intelligit ergo vir Sanctus, necdum pro defuncta satisfactum. Rursus igitur priori

M m

bus

bus pietatis exercitiis insilit & post illa rursus apparet seror; sed iam in candida veste, & in Ecclesiam introire. Quia tamen altare prohibebatur accedere; necdum sibi iudicabat à *Sacrificio* cessandum. Quid ergo? Reuertitur ad eadem officia iam quarto; & ab omni cognouit pœna sororem tandem liberatam; postquam eandem cœtui Sanctorum vidit associatam. Bernardus hæc in vita Malachiæ. Pluribus opus non est. *Nisi Catholica Ecclesia* inquit Isidorus lib. 1. de Officiis, cap. 18. *crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum Spiritibus vel Eleemosynam faceret, vel Deo Sacrificium offerret.*

10. Ex dictis manifestum est, non frustra hoc *Sacrificium* pro defunctis peragi. Verùm hoc non de illo tantum dictum volumus; quod à Sacerdotibus, integræ & probatæ vitæ perficitur; verùm etiam illis, quorum mores minus probantur. Non officit hic Ministrorum indignitas: propterea, quod principale agens in *Sacrificio* hoc Deus sit, aut Ecclesia; ipsumque *Sacrificium* ex opere operato, ut in scholis loquimur, suum habeat valorem.

11. Sed tamen ut hoc certum: ita certum dignitatem Ministri hic plurimum valere: & efficere, ut quod ex se, & opere operato meritorium est, & satisfactorium; etiam ratione personæ offerentis, & ministrantis fiat meritorium & satisfactorium.

## CAP. LXXVII.

*Qua ratione Eleemosynæ liberant à molestiis,  
quas purgandi Spiritus quandoque  
afferunt.*

10. **Q**uam rationem tenuimus, ut probaremus piè defunctorum Spiritus iuari oratione, & salutari sacrificio; eandem in *Eleemosyna*, pro hac re, virtute demonstranda sequimur.

11. Pro ipsa est primùm Catholicorum consensus. Videmus plerumque, si quando pinguioris fortunæ homines ex hac vita discedunt, mox largas à defunctorum amicis, pro defunctorum salute, fieri *Eleemosynas*; easdemque repeti primò, tertio, septimo, trigesimo, atque anniuersario depositionis die. Sed & ipsi defuncti antequam ex hac vita discedant, illud (Lucæ 16) *facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis &c.* ad se putant pertinere; & ob id pauperum haud postremam in extremis habent curam.

Est se-

Est secundò pro eadem re studium Maiorum; qui nos præcesserunt, eandemque nobiscum Christianam legem sunt profecti. Rem, quamuis certa est, paucis tamen exemplis illustrasse non oberit. Primùm sit Pammachij, cui testimonium dat S. Hieronymus, ad eundem; quod vxoris suæ sanctam fauillam, ossisque veneranda, *Eleemosynarum balsami rigarit*; Cuius scriptum: *Sicut aqua exstinguit ignem, ita Eleemosyna peccatum*, Eccles. 3. Alterum est Iugonis Gratianopolitani Episcopi; qui diem obitus matris atque patris *Eleemosynis*, quo ad vixit, celebrem duxit. In vita eius Guigo V. Prior primæ Carthusiæ. Tertium est coniugis Orthonis 11. quæ Romæ agens; in Apostolorum templo maiiti animam, & orationibus, & *Eleemosynis*, quas faciebat, Deo cupiebat esse commendatam. Ita in vita S. Adalberti Martyris & Episcopi Pragæ, apud Surium Tomo 2. Quartum est Henrici Imperatoris; qui cum in vita malitior fuisset Herberto Archiepiscopo Coloniensi, ipsam defunctum voluit prosequi largis *Eleemosynis*, aliisque Christianæ pietatis exercitiis. Hoc Rupertus Tuitiensis in vita eius apud Surium, Tomo 4. Quintum est Bambergensis populi; qui pro Præsule suo Babone orationes ad Deum fudit, & in pauperes insignes *Eleemosynas* profudit, quemadmodum legere est in actis eius Babonis apud Surium, Tom. 4.

Est tertio pro *Eleemosyna* eorum exemplum, qui in veteri lege claruerunt lubetur Tobias, à patre, *panem & vinum super sepulcrum iusti constituere* cap. 4. Quam quæso ob causam? An forte in defunctorum gratiam, ut habeant, quo se reficiant? cui hoc, vel per somnium, in mentem venit? Voluit pater filium instruere conuiuium, atque pauperes vocare; ut illi post acceptam *Eleemosyna* gratiam, defunctorum animas Deo commendarent, & pro ipsorum salute orarent.

Sunt quoque Sanctissimorum Ecclesiæ Præsulum, pro hac re tabulæ, & codices. Oportet, inquit Clemens Apostolorum discipulus, Epist. 1. ad Iacob. fratrem Domini, *pro mortuis Eleemosynas dare*. Et B. Chrysostomus, Hom. 20. *Si vultis inuis, inquit, mortuo liberari, Eleemosynas demus*. Et Hom. 41. in priorem ad Corinth. *iuuatur, inquit, mortuus non lacrymis sed precibus & eleemosynis* Et Hom. 3 in Epist. ad Paulip. *Pauperibus, inquit, pro iis in desinere Eleemosynas demus*. Et Hom. 21. in Acta. *Non frustra Eleemosynas fiunt pro defunctis*. Et B. Ambrosius lib. 2. de Excessu fratris Satyri, hortatur parentes ut portionem hæreditatis, quæ ad filios mortuos pertinebat, Spiritibus ipsorum, per *Eleemosynas* pauperum transmittant.

Mm 2

Eleemo-

6. Eleemosynę quoque præstantia; & quam in Scripturis habet commédationem, facile ostendit, quod probamus, sed duo maxime. Alterum, quod Dominus docet nos recipim: *terna tabernacula per eos, quibus Eleemosynas conferimus.* Lucę 6. Alterum, quod illa ita peccatum dicatur extinguere, quem dmodum ignem aqua, Eccles 3. Vtroq; enim indigent hi Spiritus; vt scilicet, & in æterna tabernacula recipiantur: & à peccato, id est, pœnis peccatorum, absoluantur. Quocirca optimè Theophilactus in 12. Lucę. *Distributiones, inquit, & oblationes, quę pro defunctis fiunt, non parum conducunt etiam his, qui in grauioribus delictis mortui sunt.*

7. Exempla eorum, qui Eleemosynis adiuti sunt, nulla proferimus, quia res clara est. An frustra panem & vinum super sepulturam iusti posuit Tobias? Frustra Pammachius ossa vxoris Eleemosynarum balsamis rigauit? Frustra ad Eleemosynas pro defunctorum salute faciendas hortati Clemens, Ambrosius, Chrysostomus? Frustra easdem fecerunt Hugo Episcopus Gratianopolitanus? Henricus imperator? Coniux Orthonis II? Ciuitas Bambergensis? Optimè dixisse credendum est Isidorum lib. I. de Officiis capite 18. quando sic loquitur. *Nisi Catholica Ecclesia crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum Spiritibus vel Eleemosynam faceret, vel Deo sacrificium offerret.*

8. Porro, quemadmodum non vna ratio orationum omnium, quę pro defunctis fiunt: ita neque vna Eleemosyna. Alia illius est conditio, quę priuato nomine suscipitur, citra vllam notitiam & voluntatem eius, pro quo offertur: alia illius, quę ex commissio- ne fit defuncti; qui in viuís constitutus, salutis suę causa, pecuniã aliquam assignat, quę pœnam purgatoriam per ministros redimat. Eleemosyna primo modo suscipitur, nisi ab eo fiat, qui in gratia est, parum pro defuncto efficit. Deo enim, quod ex gratia & charitate ortum non est, absolute gratum nõ est, tametsi ex liberalitate merita; opera moraliter tantum bona mirifice interdum remuneret. At quę secundo modo fit, nihil de valore perdit, quamuis etiam in grauissimis peccatis sit, qui ex voluntate defuncti Eleemosynas largitur. Eleemosyna enim hæc non tam est illorum, qui proximè erogant; quàm donorum, qui donant.

CAP.

## CAP. LXXVIII.

*Ieiunium etiam prodesse purgandis Spiritibus: & ab eorum molestia liberare viuentes.*



Vas hæcenus profecuti sumus rationes; eas peruulgata D. Augustini sententia, ad defunctorum Spiritus iuandos & ab eorum molestia se expediendi valere, iam probatum est. Solet his addi Ieiunium atq; alienorum bonorum Restitutio, quę apud defunctorum sunt hæredes. quàm bene sequentibus exponendum est.

De Ieiunio hoc certum, magnas eius in Sacris Litteris esse commendationes. Neque enim consulitur solum; sed etiam præcipitur: & ad mala quęcunque depellenda: bona huius atque futurę vitę promerenda valere, tam sunt multa, quę probant, vt oleum atque operam perdere sit, in his percipiendis occupari.

Atque vt hoc certum, ita dubium non est, per se, ob corporis afflictionem & refrenandum carnis sensum suscipi. Quocirca licet Paulus, Antonius, Hilarion, cæteri que eremi cultores, qui carni bellum indixerant: non negligerent vigilias, asperum vestitum, extremum corporis laborem: Ieiunium tamen, tanquam validissimum, aduersus carnis insultum, præsidium, in prima semper acie collocabant; nihilq; perinde atque Ieiunium, ad Monachi professionem pertinere, prædicabant, viuęque exemplo confirmabant: Imò vero, qui assidue Ieiunio se non macerarent, eos Monachi appellati- one vix dignoscensebant.

Nihilominus, quemadmodum ad alia plurima vires habet magnas; ita ad purgandorum Spirituum pœnas redimendas valere qui negat; ignorat, quę Maiorum de Ieiunio sententia fuerit atque opinio. Certè defunctos ipso iuuari Angeli testimonium confirmat, apud Bedam libro 5. Hist. c. 13. *Multos, inquit, preces viuientium, & eleemosyna, & Ieiunia, & maxima celebratio, vt ante diem iudicij liberentur, iuuant.* Confirmat Sicæorum Archimandrita Theodorus; qui non oratione contentus, vnus hebdomadis Ieiunium pro defuncta matre suscepit; t. de Gregorio presbytero, in eius vita, apud Surium Tomo 2. Confirmat Hinmarus in vita Sancti Remigij, Archiepiscopi Rhememensis; qui defunctos ex purgatoriis pœnis docuit liberari fidelium precibus, eleemosynis, Ieiunijs, fle- tibus, & hostiæ salutaris oblationibus. Omitto alios, quorum potius mentionem faciemus.

M m 3

Hoc

5. Hoc forsitan prisca Iudæorum consuetudo confirmat; quæ non solum pro defunctis orasse, eleemosynas erogasse, sacrificia obtulisse; verum longa quoque *Ieiunia* celebrasse, certum est. Primo Regum ultimo, habitatores lates Galaad, propter meritum Sauli & filiorum eius, septem diebus *Ieiunio* se leguntur macerasse. Secundo Reg. c. 3. *Dauid idem præstitit*, cum manipularibus suis; postquam de morte *Abner* factus est certior.

6. Eodem pertinere videtur *Veterum fletus*, & *placitus*, ad plures sæpè dies productus. Nullum siquidem dubium, quin eiusmodi *luctui* alias quoque, quæ rei præsentis conuenient, afflictiones adiunxerint. Imò verò *Christus Dominus* ipsum formasse *Ieiunium*, *Luctus* nomine, & appellatione designat. Nam cum discipuli *Ioannis* cum eo expostularent atque dicerent: *Quare nos & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* respondit illis *Iesus*, *Matthæi 9. Nunquid possunt filij sponsi lugere* (hoc est ieiunare) *(quamdiu cum illis est sponsus?)*

7. Nec exempla hæc desiderantur eorum, qui *Ieiunijs* viuorum à purgatorijs pœnis sunt liberati. Petierat quadraginta dierum *Ieiunium* presbyter quidam *Arnolphus* à *S. Remberto* *Bremensi Archiepiscopo*, cui post mortem apparuerat, necessitates suas ipsi exponens; & absolutio dierum *ieiunio* grati animi significatione, eidem *Remberto* se omni pœna solutum esse significauit. *Surius Tom. 1. in vita Sancti Remperti*, sic *Ieiunio*, quod *Sancta Lutgardis* *virgo*, pro defuncto *Simone*, nobili quodam viro, suscepit; intellexit eundem quieti *Sanctorum* donatum, & ab omni molestia purgatorijs ignis liberatum. Ita *Thomas Cantipratensis* in vita eius apud *Surius*, *Tom. 3. Sic Lioba*, & ipsa sanctissima *Virgo*, intellexit præfuisse *Ieiunium* triduanum, cum precibus coniunctum, quod pro virgine quadam indixerat, postquam à pœnis intellexit eandem esse absolutam. Hæc in vita eius *Rudolphus*, *Rabani* discipulus, cap. 4.

8. Cæterum quod de *Oratione* priuata diximus, videlicet, non nisi ex mera liberalitate illam, apud Deum satisfacere & valer; si ab eo pro defunctis suscipiatur, qui extra Dei gratiam est; idem de *Ieiunio* censendum est; ex Dei, scilicet, liberalitate solum illud defunctis prodesse.

9. Atque hoc non de illo solum intelligimus, quod sponte à viuentibus suscipitur; verum etiam illo quod ex defunctorum suscipitur commiseratione. Neque enim huius *Ieiunij*, quod ex commiseratione suscipitur;

ione suscipitur; eadem ratio, quæ *Eleemosynæ*; quæ seruus nequam pro Domino facit. Dum seruus de pecunia Domini sui facit *eleemosynam*; opus illud propriè domini est, non serui: quocirca malitia ministri non vitiat opus. At dum subditus *ieiunat*; opus subditi est, non domini.

## CAP. LXXIX.

An, & quomodo, alieni restitutio, piè defunctorum Spiritus iuuat: & viuentes ab ipsorum infestatione liberet.

**I**nter suffragia, quibus defunctorum Spiritus illi, qui purgantur, iuuantur, etiam alieni *Restitutionem* posuit *S. Brigitta* *Virgo*. Sed si rem exactius discutiamus, inueniemus quidem illam omnino ad salutem esse necessariam, verum tamen inter *Suffragiorum* genera, quibus defuncti iuuantur, propriè reponendam non esse.

Prius illud primò *B. Augustini* sententia manifestum est; asserentis *Peccatum, nisi restituatur ablatum, remitti non posse*. Tum etiã inde colligitur, quod aliena restituere, non est pro peccato. quod iniqua oblatione in Deum admissum est, Deo satisfacere; sed à peccandi libidine desistere. quousque enim, quod possum, & iure restituere debeo, non restitue; in Dei & proximi offensa semper persisto. Quocirca quemadmodum ad vitam æternam omnino necessum est, vt à peccato desistamus; ita, vt aliena dominis suis restituamus.

Inter *Suffragia* verò defunctorum illam numerari non debere, vel ex iam dictis manifestum est. Quis idcirco animas defunctorum à pœnis, quas iustissimas sustinent, eripi dixerit, quod à consuetudine peccandi cessent viuentes?

Alia *Suffragiorum* genera hoc nomine mortuos iuuare videmus; quia pietatis quædam sunt opera, quæ ex commiserationis affectu, liberè à viuentibus in defunctorum gratiam suscipiuntur. At *Restitutio* non liberè suscipitur. prorsus est necessaria. Et suscipitur, non commiserationis affectu erga pauperes; sed ne ipsi viuentes, si sibi hæc in parte desint, dispendium salutis irreparabile patiantur.

Et quid est, ob quod defunctis illam prodesse, dici debeat? Vel enim i, si, cum viuissent, aliena restituerent non potuerunt

potuerunt: & omni culpa, atque reprehensione vacant. Vel potuerunt; sed restituere noluerunt; & salutis iacturam fecerunt. Vel hæredibus suis, quantum in ipsis fuit, vt post mortem restitueret, mandauerunt: atque hic si restitutio secuta non est, omnis hæredum, non defunctorum culpa est. Quod si negligentius eandem hæredibus mandauerunt; & negligentia mori f. ra non fuit; ipsa non restitutione alieni, quæ per hæredes fit; sed purgatorio igne expiabitur.

6. Si alieni Restitutio illos, vt dicitur, à purgatoriis pœnis liberaret; nonne omnino tam diu purgatoriis pœnis detineri dicendum est, quam diu Restitutio alieni facta non fuerit? Quid verò, si nunquam fiat? Semper propter aliorum negligentiam infelices erunt, piè in Christo defunctorum Spiritus? Quis credat?

7. Rursus, si alieni Restitutio iuuat; nonne statim, vt illa facta fuerit, à pœnis eripientur? Quid verò, si negligentia maiorem pœnam mereatur? Etenim pro ratione peccatorum atque negligentia; purgatorias pœnas, à defunctis exigi dubium nullum est.

8. Est hæc purgandorum Spirituum conditio, vt quas sustinent, pro suis delictis & erratis, pœnas sustineant iam vero, quod aliena post ipsorum mortem non restituantur; non ipsorum, sed hæredum; & quorum est extremam voluntatem exequi, delictum est, & peccatum.

9. Sed ad viuos dicuntur quidam rediisse, & alieni Restitutionem, quæ ipsorum culpa contracta fuit, persuasisse. Sit hoc ita. veruntamen persuaserunt non tanquam sibi profuturam; sed tanquam viuientium bonum.

10. Neque hoc mirum videri debet. Cum enim boni sint Spiritus, & viuentium salutis amantes, qui redeunt; vt viuentibus bene sit, & vt malum non patiantur, omnino petere credendum est; Quocirca & inter alia alieni possunt Restitutionem virgere; præsertim apud eos, quibus viuentibus peccati occasionem aliquam se dedisse iudicauerint.

11. Interim tamen, nec hæc eorum admonitio, quemadmodum nec ipsa alieni Restitutio, pœnarum aliquod subleuamen est. Nihil eorum, quæ defunctorum Spiritus agunt, ipsos releuat. Bene pati possunt bene agere, quo vel sibi, vel aliis quippiam mereantur, non possunt. Quemadmodum nec pro se, nec pro aliis facere possunt satis.

12. Vnum in alieni Restitutione fortassis est, quod ipsos iuuat: hoc scilicet

scilicet, si ipsa pietatis studio ab hæredibus fiat, atque cum desiderio, vt iis, quorum nomine fit, bene fiat; & à miseria, in qua sunt, eripiantur. Hic pietatis affectus, quædam quasi viuorum pro defunctis Oratio est; cuius magnas ad Spiritus subleuandos esse vires, superius demonstratum est Capite 75.

## CAP. LXXX.

An & quomodo iuuentur purgandi Spiritus peregrinationibus, quas viuentes ipsorum causa persoluant.



Equitur, vt quid de Peregrinationibus, quas defunctorum Spiritus aliquando postulant; & quibus ipsi dum viuerent, se obligauerunt sentiendum sit, definiamus: atque, Vtrum ita illæ necessario à viuis, in defunctorum gratiam suscipiendæ sint, vt nisi persoluantur, optata requie perfrui nequeant, ostendamus.

Primum hic certum est Peregrinationum usum antiquissimum esse. Nam & Apostolorum temporibus ( ne ulterius progrediamur ) viguerunt: & Apostolorum exemplo confirmantur. Sanctissimus Martyr Ignatius, ad B. Ioannem Euangelistam scribens, ipsum plurimum obtestatur, vt sibi liceat petere Hierosolymam, visendorum Sanctorum causa. Clemens Romanus, tertius post B. Petrum Pontifex, & eiusdem egregius discipulus, (lib. 7. Recognit.) testatur se, vnà cum Sanctissimo Petro, Sancto um sepulchra v. sisse. Et iter D. Pauli, quod Hierosolymam suscepit, vt ibidem Pentecosten celebraret, ( Act. 20 ) egregie, si D. Hieronymo fides habenda ( Epist. 7. ad Marcellam ) Peregrinationum usum commendat.

Deinde certum est, & celeberrimum earundem usum existisse. Probat hoc iam dicta; sed in primis Christi exemplum, qui vnà cum parentibus, secundum consuetudinem, Hierosolymam dicitur ascendisse, cum annorum esset duodecim: & eorum, qui omnibus temporibus floruerunt. Neque enim, ulla ætas fuit, quæ Peregrinationum exempla non suppeditat. Nos in singulis, vnum proferimus, aut alterum. Prima suppeditat, quos iam recensuimus, Petrum, Paulum, Clementem, atque Ignatium. Secunda Origenem, qui teste Eusebio, lib. 6. cap. 11. Romam, & D. Alexandrum, qui Hierosolymam est peregrinatus, vt habet Hieronymus de Viris illustribus in Alexandro. Tertia Constantinum, atque eiusdem matrem Helenam, quo-

rum *hæc loca sancta inuisit*, ille Christianos, vt *eadem inuiserent*, templo egregio Hierosolymis in monte Caluarie extructo, inuitauit, teste Nicephoro lib. 8. cap. 30. & lib. 9. cap. 32 *Quarta* Eudoxiam, atque Hieronymum. Et vterque quidem Palestinam *religionis causa perustrauit*: Illa verò hoc non contenta, decies millies sextarios olei ad vsum lucernarum templo sacro contulit, quemadmodum Zonaras testatur, Tom. 3. de Theodosio. *Quinta* vniuersum prope modum Christianum orbem, quem pietas Iustiniani Imperatoris extructis plurimis templis & eisdem sanctorum Reliquiis exornatis attraxit. *Sexta* ætas præter alios offert Christianissimos Gallie Reges, Clodoueam atq; Childericum. hic vnà cum aliis multis *inuisit sepulchrum S. Germani*, postquam paralyticum ibidem intellexit sanitati restitutum; vt scribit Gregorius Turonensis lib. 5. cap. 32. ille pugnaturus contra Gothos, victoriam sperauit certiorum, si *Peregrinatione*, suo nomine, ad Reliquias D. Martini suscepta, eius patrocinium postulasset. Et hoc Gregorius Turonensis, lib. 2. cap. 37.

4. Certum est tertio, non fuisse infructuosas. Nonne Theodosius Imperator *victoriam contra Eugenium obtinuit*, postquam prius *Sanctorum sepulchris aduolutus iacuisset*? Habet hoc Eusebius, lib. 11. cap. 33. Nonne Sidonius Apollinarius Aruernensis Episcopus, ad B. Hieronymum scribens, (lib. 1. Epist. 5.) ingenuè fatetur se ad *liminibus Apostolorum spe sanitate obtinenda profectum & voti compotem esse factum*? Infinita sunt pro hoc argumento exempla apud Augustinum, lib. 22. de Ciuit. Dei, cap. 8. De iis qui Reliquias SS. Geruasij & Prothasij visiterunt, sic scribit B. Ambrosius (Epist. 85.) *Cognouistis*, inquit, *imò vidistis ipsi. multos à Damonibus vexatos purgatos: plurimos etiam, vbi vestes Sanctorum manibus contigerunt, quibus laborabant, debilitatibus absolutos. Domestica & quotidiana exempla omittimus.*

5. Sic dubium non est cum egregijs virtutibus esse coniunctas. Hanc ob causam Maiores nostri illas susceperunt; ad easque suscipiendas alios inuitarunt; & eos, qui religiose suscepissent, commendarunt. Quid quod minus pietatis atq; religionis se habere existimarent, nisi in his locis Christum adorassent. in quibus primum (vt B. Hieronymus loquitur) *Euangelium de paribulo conuulsauit*?

6. Quinto dubium non est, culpa carere eos quinimò rem Deo gratam præstare, qui voto ad has Peregrinationes suscipiendas Deo se obstringunt. An quod per se bonum est præstare, vt id faciamus, voto nos obstringere nequimus? Quodcunque tandem bonum est, si ad id præstandū voto se mortales obstringant; & melius redditur, & Deo fit gratius atque acceptabilius.

Facit

Facit verò votum, vt quod per se liberum est, necessarid præstandum sit. postquam Deo fuerit promissum, quocirca & iis, qui ex voto *Peregrinationes suscipiunt, summa incumbit necessitas, vt illas persoluant*. Hinc optimè Beatus Hieronymus Rusticum hortatur (Epist. 46.) vt *Peregrinationem*, quam ad sancta Palestinæ loca ueraret, persolueret. *Redde, inquit, quod presente Domino uisisti, ne ante rapianis, quam tuam sponsonem impleas*. Atq; hoc loco constitutū sit.

Hinc iam clarum est, crimine eos non vacare, qui quas Deo promiserunt, non persolunt *Peregrinationes*. Displicet Deo infidelis & stulta promissio; Eccles. 5. & damnationem quædam dicuntur habere, quæ primam fidem irritam fecerunt, id est, non præstiterunt, quæ Deo vota fecerunt. 1. Timoth. 5. Hæc omnia certa.

Sed quid, si ex hac vita quidam discessissent, nondum persolutis, quas uouissent, *Peregrinationibus*, detrimentumne aliquod salutis, ob hoc, paterentur? Et si ipsorum salus desperata nondum est: possuntne uiuentes ipsorum nomine *Peregrinationes*, cum defunctorum fructu, suscipere, atque ipsorum votis satisfacere? Denique itane necessaria est hæc votorum persolutio, vt quamdiu reddita non fuerint, à cælorum regno exclusi sint miseri? Hæc præcipua præsentis argumenti capita.

Primum caput distinguendum est. Vel enim uiuentium quadam culpa accidit, cur minus *Peregrinatio* promissa persoluta sit; vel nulla ipsorum hic est culpa. Si nulla uiuentium interuenit culpa; nec iacturam salutis faciunt, cum ex hac vita discedunt: nec dispendium aliquod huius nomine patiuntur. Si culpa interuenit: pro qualitate ipsius, reatus est pœnæ. Etenim si mortifera est, desperata est salus: Si uenialis, purgatoria pœna expiatur.

Atq; vt purgatoria pœna defunctorum expiari potest culpa hæc: ita potest uiuorum subsidio tolli. Quidni in hac re uiuorum Suffragia proderunt defunctorum Spiritibus; quæ in quibuscunq; aliis leuamen afferre possunt? An deterior hic mortuorum, quam in aliis conditio?

12. Possunt in hoc negotio iuari piè defuncti fideles. Et quidē iuari possunt *Peregrinationibus* etiã iustorum, quas defunctorum nomine uiui suscipiunt; nō propterea solum, quod sic votis suis per amicos defuncti dicantur satisfacere; verum etiã, quia *Peregrinationis* hæc officium sine corporis molestia non suscipitur, & cum oratione semper coniunctum est: quæ utraque, quam defunctis profint, ex supra dictis manifestum est. Atque ita secundo Capiti responsum sit.

Ceterū, Quid si *Peregrinatio* nulla suscipiatur, miseri ne semper erunt

Nn 2

erunt

erunt defunctorum Spiritus, qui easdem promiserunt? Hoc tertio loco explicandum est. Respondetur verò breuiter, quod res est, *Non semper fore miseros*. Nam cum pro qualitate delicti poena purgatorij sustineatur, tum demum ipsius erit finis, quando pro negligentia satisfactum erit, ex qua *Peregrinatio* debita intermissa est.

14. Quam misera esset Spirituum conditio, qui ex hac vita discedunt, si requiem habere ante non possunt; quam persoluerunt vota, ad quæ sese, cum viuerent, obstrinxerunt? Nonne aut perpetuò Purgatoriæ illis poenæ sunt subeundæ; aut omnibus facultas faciendæ, vt ad viuos redeant, & viuorum patrocinia implorent? Quis hæc credat?

15. Præterea nec iustitiæ leges seruantur, si mox vt *Peregrinatio* debita, à viuis, defunctorum nomine perfecta est, defuncti poena liberarentur. Etenim fieri potest, vt leui negotio *Peregrinatio* perficiatur; negligentia verò, propter quam intermissa est, maiorem mereatur poenam. Et rursum, laboriosa admodum sit *Peregrinatio*, negligentia autem, ex qua intermissa est, sit admodum leuis, leuique poena expianda. At iniquum est, vt grauis negligentia leui poenæ; & leuis negligentia graui expiatur supplicio.

16. Quocirca quemadmodum *Peregrinatione* viuorum votis horum Spirituum fieri potest satis; ita potest quibusque operibus pietatis, quorum sepius mentionem fecimus. Quod si tamen quidam sint Spiritus, qui *Peregrinationes* pro se fieri postulant; non ita postulare credendum est; quasi aliàs ad optatam requiem peruenire nequeant: sed quod hic plures rationes, quibus iuuentur, aliquando concurrant.

## CAP. LXXXI.

*An, & qua ratione purgandi Spiritus inuentur cereis & accensis luminibus.*

1. **P**urgandos Spiritus accensis cereis & luminibus iuari ex ipsorum circa mortuos vsu, non immeritò quis suspicabitur. *Neque enim hic paruus est, neque simplex*. Nam mox, vt animam exspirauerunt, cadaueri nunc plures, nunc pauciores pro viuorum facultatibus apponuntur. Ornant deinde pompam funebrem. Superponuntur ipsorum sepulchris. Adhibentur sacrificijs, & orationibus, quæ pro ipsis, in Ecclesia die tertio, septimo, trigésimo, & anniuersario peraguntur. Sæpè etiam  
extra

extra hæc in defunctorum memoriam, nunc pro vinentium pietate; nunc ex defunctorum vltima voluntate, in templis, ad Dei honorem accenduntur.

Nec nostris tantum temporibus hæc obseruantur. obseruata quoque fuerunt prisca, & temporibus Maiorum: & quidem apud homines pietate, doctrina, sapientia atque nobilitate illustres In funere B. Virginis *Cereos ardentis*, & *Faces*, prælatos fuisse, testatur Nicephori lib. 2. capite 22. Refert Theodoretus, lib. 5. cap. 35. cucurrisse per pelagus, quali per terram, populum Christianum: *Lampadibus & Cereis* omnia impleuisse; vbique lætitiæ argumenta reliquisse; quando Beati Chrysostrami corpus translatum est. Gregorius Nazianzenus, Oratione de laudibus Cæsarij, ad piam pompam, qua corpus fratris elatū fuit, putat pertinere, quòd mater *Faces* gestarit *incoensas*. Centurio, quem Diuus Petrus conuertit, moriens congregatis omnibus Christianis, cum presbytero Eunomio, cum *Cereis accensis* sepelitur; vt narrat in eius vita Metaphrastes, apud Laurentium Surium, die 13. Septemb. Meminit *Lampadum* atque *Cereorum* Beatus Hieronymus: dum illustrem Paulæ his verbis describit pompam. Tom. 1. Epist. 22. capite 3. ad Eustochium: *Paula*, inquit, *translata Episcoporum manibus & ceruicem feretro subiicientibus, cum alijs Pontifices Lampades Cereosq; præferrent; alijs choros psallentium ducentes &c.* De Constantino Imperatore hæc scribit Eusebius in eius vita lib. 4. *Cadauer*, inquit, *in capsula collocatum, & purpureo tegmine coopertum, Constantinopolim delatum est, & in basilica sub altissimis gradibus depositum, Luminibus super candelabris aureis circum circa accensis*. In sepultura Danielis stylitæ (quem Zeno Imperator sui Imperij *Oculum* dicere solebat) et si in ipsa basi, & ped. suæ columnæ sepeliretur, nec vsquam funus efferretur; tamen præfente Euphemio Episcopo, stabant ex vtraque parte tumuli, clerici, qui *Faces* ferrent, & *Lampades* tenerent manibus; & ea canerent, quæ cani solent in decessu. Hæc in eius vita Simeon Metaphrastes. Sic cum *Cereis* terræ mandatū esse corpus Crotildis, Regine Francorum, testatur Gregorius Turonensis, lib. 1. cap. 4. Historiæ: quemadmodum cum *isdem* corpus Regis Clodouei, eodem Gregorio teste, lib. 8.

Et si in hac re D. Augustini sententia locum habet, qua ad traditionem apostolicam illa refert, *qua in Ecclesia obseruantur: & à Concilijs definita & constituta non sunt, nec sacrarum scripturarum auctoritate confirmata*; profectò hunc *Cereorum* vnam ab Apostolis esse profectum



profectum, aut probatum, vel possumus credere, vel suspicari debemus. Quem enim alium horum primum authorem constituemus?

4. Sed *profuntne* purgandorum Spiritus? Existimo per sepe *viuorum esse solatia*; & quemadmodum pleraque alia pompam funebrem ornare. Esse etiam egregia *monumenta*, quæ viuantes de magnis rebus admonerent. Esse *pietatis argumenta*, quibus viui amorem suum erga defunctos testantur. Denique *purgandorum Spirituum aliquando grata subsidia & subleuamina*
5. Quando verò? Ex *sine* hoc eorum, qui *Lumina* constituunt, & *Cereos* accendunt, definiendum est; non ex ipsis cereis aut luminibus. *Cerei* per se ad propulsandas tenebras faciunt, quos, unque alios fines habent; pro hominum, nunc viuorum, nunc defunctorum voluntate fortiuntur: qui quemadmodum rebus adiphoris omnibus, ita *Cereis* atq; *Luminibus* fines dare possunt.
6. Atque ut ad varias fines *Cereos* seruire velle possunt, variasq; ob causas accendere: ita possunt velle prodesse purgandis Spiritibus iis, qui hominum suffragiis iuari possunt. Quidni in pietatis studio proderunt piè in Christo defunctis; si cum viuentium sæpe graui detrimento seruiunt in rebus profanis?
7. Veruntamen non quæcunq; hic viuorum intentio sufficere videtur. Quid si simpliciter, ut defunctis profint, nulla alterius habita ratione accendatur? *Culus diuini* hic rationem habendam existimamus, si prodesse illis debeant. ut quemadmodum Eleemosyna pro defunctis erogata, tunc defunctis prodest, cum in usum cedit pauperum: ita tunc defunctis profint accensi *Cerei*, quando pro defunctorum incolumitate ad Dei cultum obseruandum, atque amplificandum accendantur.
8. Hinc est ut optime dixerit B. Athanasius, sermone in eos, qui obdormierunt (citatus à Damasceno in sermone, Quod qui in fide hinc migrarunt, sacris operationibus, & viuorum beneficiis multum iuuentur) tum plurimam retributionem habere, & defunctis prodesse *Oleum & Ceram*; quando holocausti rationem induunt. Verba eius hæc sunt: *Si quis, inquit, diem obierit, licet in aerem dep. natur inhumatus, ne omiseris Oleum & Ceram, inuocato Christo Deo, ad sepulchrum accerere. Accepta enim sunt Deo, plurimamq; secum referunt retributionem Oleum enim & Cera holocaustum est incruentum autem hostiæ oblatio propriiatio est: quod verò in pauperes collocatur beneficium, omnis bonæ retributionis argumentum est.*
9. Atque hoc sine accensos *cereos* purgandis Spiritibus prodesse Christianus

Christianus homo dubitare non potest. Si enim stipēs in pauperes erogata, prodest hisce Spiritibus, quando pro ipsorum incolumitate, à viuentibus erogatur; quidni iisdem prodesse *Cerei* ad Dei altissimi honorem atq; cultum accensi?

Orationem plurimum his defunctis Spiritibus prodesse, aliis docuimus. At vel Oratio quædam sunt à Christianis accensi in defunctorum gratiam *Cerei*; vel certè non sunt sine Oratione, Proderunt igitur ipsis.

Omnino, quemadmodum Ieiunium, quod ad carnis afflictionem facit per se non defunctis, sed viuis prodest: prodest autem defunctis, si viui hoc ipsis prodesse per modum Suffragij velint: ita quæ à viuis accenduntur *Lumina & Cerei*, quamuis non per se pro viuorum tamen voluntate atq; intentione, in defunctorum utilitatem atque emolumentum cedere possunt.

Bonum à Christianis nullum suscipi potest, quod non, si velint, & peccatum nullum obstat, in proximorum & defunctorum possint conferre emolumentum. At Bonum quoddam est, ad Dei gloriam, diuiniq; nominis cultum *Cereos* accendere. Possunt igitur id, & non frustra ad defunctorum conferre subsidium atq; solatium.

Ex dictis colligitur *duobus modis* purgandos Spiritus ex *Luminibus & Cereis* accensis fructum capere. Primo; si ad hunc finem ipsi, dum in viuis adhuc agerent, sumptus faciant, *Oleumq; Ceram* atque *Lumina* procurent: Deinde, si hæc ipsorum iam defunctorum nomine præitent alij.

In hoc posteriori necesse est, ut qui defunctorum causa hæc faciunt, in gratia sint; nulliusq; mortalis criminis sibi conscij, si quidem Spiritibus ipsa velint proficere. In priori hoc necessarium non est. Eadè huius, quæ Eleemosynarum, quæ à diuersis conferri possunt, ratio. De qua capite 77.

### CAP. LXXXII.

*In Missa Sacrificio, præ reliquis, plurimum presidij adiuvandos piè defunctorum Spiritus posuisse Maiores.*



Odos, quibus purgandi Spiritus à pcenis; & viuentes ab ipsorum molestia liberantur, explicauimus. Vnum dictis adiiciendum. Ostendendum, scilicet, *præ reliquis principem*

quis principem locum obtinere Sacrificium Missæ. quamuis enim hoc Catholicis facillè intelligant; quia tamen quidam, tantùm abest, vt credant, vt potius plurimum putent obesse; vel vt his os obstruamus, pro Missa, pauca adicienda sunt.

2. Vno vero, vno quod à Maio vni exemplo sumitur, contenti erimus argumento. Hi plurimè modis Missæ præstantiam atque dignitatem, præ reliquis, quibus piè defuncti iuuantur præsidis, declarant.
3. Principio hoc demonstrant, quod ipsa Apostolorum etate Sacrificium Altaris, pro defunctis, obtulerint. Oblationem pro defunctis, annua die facimus, inquit Tertullianus, Scriptor antiquissimus, de Corona Militis. Similia habet lib. de Monogamia; & in exhortatione Castitatis; & in 2. lib. ad Vxorem. Sed clarius hoc probant Liturgiæ Iacobi Apostoli, atque Marci Euangelistæ; quæ & viuorum, & mortuorum necessitates Deo commendant.
4. Secundo, quod Sacrificium etiam pro defunctis docuerint offerendum. Licet hoc, quidem ex recepta à Maioribus consuetudine colligere; sed tamen disertè est hic etiam S. Clementis oratio, lib. 6. Constitutionum Apostolicarum, cap. 19. Pro fratribus, inquit ille, qui in Domino mortui sunt. offerre in Ecclesiis vestris. Accedit his Sanctus Ambrosius, qui lib. 2. Epistolæ ad Faustinum, de obitu Sororis, docet ipsam non tantam deplorandam, quàm prosequendam orationibus, nec mœstificandam Faustini lachrymis, sed oblationibus animam eius Domino commendandam. Accedit Ioannes Elemosynarius, qui Synaxes iubebat pro his celebrari, qui in Domino piè obdormissent; asserens defunctis plurimum prodesse; quæ pro ipsis fierent commemorationes, atque Sancta Ministeria; quemadmodum de ipso scribit Leontius Neapoleos Episcopus, in vita Ioannis.
5. Tertio, quod crediderint & docuerint. Hoc ex Apostolica traditione profectum esse sufficerent hic Liturgiæ Iacobi, atque Marci: sed placet asserere, quod habet Dionysius, cap. 7. Eccles. Hierarch. De prece, inquit, pro defunctis facienda, ex diuinis Duobus, id est apostolicis, Traditio peruenit ad nos. Chrysostomus in eandem sententiam loquitur. Non frustra inquit, ab Apostolis (Hom. 3. ad Philip) sancitum est, vt in celebratione venerandorum Mysteriorum, memoria fiat eorum, qui hinc decesserunt. Et hæc totidem verbis, Hom. 96. ad Populum Antiochenum. Cum Chrysostomo B. Augustinus consentire videtur. Sic enim habet, de Verbis Apostoli, 32. Ser. Hoc à Patribus traditum vniuersa obseruat Ecclesia, vt pro his, qui corporis & sanguinis Christi

Christi communionem defuncti sunt, cum ad ipsum Sacrificium suo loco commemorantur, oratur, ac pro illis quoque id offerri commemoratur.

Quarto, quod hoc beneficium nullo modo putarint differendum; sed Mox pro salute defunctorum peragendum. Etenim Missæ Sacrificium fiebat etiam pro defunctis, antequam ipsorum corpora tumulo mandarentur, præsentibus corporibus, & orantes ad intentius orandum impellentibus. Docet hoc Dionysius Areopagita, quem admodum testatur lib. 1. capite 23. Durantus, de Ritibus Ecclesiæ. Sic Constantinum cum Liturgia sepultum esse testatur Eusebius, libro 4. de Vita Constantini, capite 71. D. Bernardus de Malachia, nondum sepulto, (cap. 18. vitæ eius) Interim, inquit, parantur exequia, offertur pro eo Sacrificium, consummantur ex more omnia, cum summa deuotione.

Quinto, quod Omnibus Temporibus, Omnibusque Locis, constanter ab ipsis celebratum sit. Pro hoc clarissimum est testimonium Damasceni. Eius hæc oratio est (Oratione, quod qui in fide hinc migrarunt &c.) Diuina autem Apostoli, inquit, discipuli Saluatoris, qui totum mundi circumulum vnum, cæpere predicandi verbo, quod suis oculis viderant intremendis, impollutis, vitalibusque sacramentis, memoriam eorum, qui fide iter obdormiuerunt, habendam edixerunt: quod adhuc firmiter, atque adeo sine contradictione obseruat Apostolica Ecclesia & Dei, à finibus vsque ad fines terrarum; ab eorum tempore vsque in præsens, & in finem mundi vsque. Ex eodem capite ostendit consuetudinem Sacrificandi pro defunctis esse Apostolicam Traditionem, Iudorus his verbis (libro 1. de Ecclesiast. Officiis cap. 18) Sacrificium pro fidelium defunctorum requie offerre, vel pro his orare; quæ a per Totum Orbem custoditur; credimus quod ab ipsis Apostolis Traditum sit. Sed & hæc seruiunt nobis Concilia, quæ in Omnibus propemodum Christiani Orbis Prouinciis celebrata sunt, & Sacrificij pro defunctis tanquam receptissimi & vsitatissimi præclaram faciunt mentionem. Pro Africa est Concilium III. Carthaginense, capite 29. & III. ca. 79. Pro Hispania Bracarense I. cap. 34. & 39. Pro Gallia Cabilonense, vt habet Canon: Visum est, de Consecrat. dist. 1. Pro Germania, Vvormatiense cap. 10. Pro Italia Concilium VI. sub Symmacho. Pro Græcia c. 69. Capitulorum ex Græcis Synodis, collectorum à Martino Bracarensi Episcopo.

Sexto, quod singulis annis ipso dormitionis anniuersario, Missa Sacrificium pro defunctis repetiuerint. Meminit huius consuetudinis Tertullianus, de corona Militis: Damascenus sermone de fidelibus defunctis. De eodem sic Gregorius Nazianzenus, Oratione 10.

in laudem Cæsarij. Atq; alia quidem perfoluimus, inquit, alia vero dabitur, Anniversarios honores & commemorationes offerentes.

Septimò, quod non annis solum dormitionis diebus, sed & tertio, & nono & quod agerimus; hanc hostiam obtulerunt: qui madmodum iam citatus testatur Damascenus. Præterea, Trigesimo die, pro se, Sacrificium hoc offerri petiit Ephrem, in suo Testamento. Pro quadragesimo sic loquitur B. Ambrosius, de Obitu Theodosij: Eius ergo Priuatis & proximè conclamauimus obitum, & nunc Quadragesimum celeberrimus. Post stente sacrarum altariibus, Honorio Principe: qui sicut Ioseph patri suo. Tacet, quadraginta diebus, humationis officia detulit, ita & hic Theodosio patri iusta perfoluit. B. Remigius testamento suo, quod variis libris exaratum legimus (inquit Durantus lib. 2. de Ritibus Ecclesie Catholice cap. 43.) nepoti Agarimero vineam, & quædam alia legauit; ut à Patribus suis omnibus diebus Festis & Dominicis, pro commemoratione sua, sacris altaribus offeratur Oblatio.

Octauò, quod non facile hoc beneficium putauerint defunctis esse negandum. Nam penitentibus, etiam quædam alia negarentur, Sacrificium tamen Missæ defunctis non negabatur. De his ita habet Concilium Arelatense II. Can. 12. Qui in penitentia positi vitam exceperunt, placuit nullum communionem vacuum debere dimitti, sed pro eo, quod honorauit penitentiam, Oblatio illius (id est pro illo) recipiatur. Concilium Cartheg. III. cap. 79. sic statuit: Penitentes, si casu in itinere, vel mari, mortui fuerint; memoria eorum orationibus & oblationibus commendetur. Idem constitutum in Concilio Vasensi I. cap. 2. & Vasensi II. cap. 4.

Nonò, quod, si quando graui in aliquos pœna voluerunt animaduersum; huus sacrificij beneficio defunctum priuarint. Hoc B. Cyprianus lib. 1. Epist. 9. his verbis docet. Episcopi, inquit, antecessores nostri satubriter censuerunt, ne quis frater excedens, ad tutelam, vel curam, clericum nominaret. Et si quis hoc fecisset, non offerretur pro ipso, nec pro dormitione eius Sacrificium celebraretur. Neq; enim, adiungit, ad altare Dei meretur nominari, in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes, & ministros suos Leuitas auocare voluit. Sic Concilium Bracarense Can. 35. vetuit fieri Sacrificium, pro iis, qui sibi crudeles manus intulissent; aut Catechumeni ex hac vita discessissent.

Decimò, quod hoc singulariter, defunctis prodesse restati sint, B. Chrysostomus Homilia 2. in Acta Apost. Non frustra, inquit, ab Apostolis sancitum; v. & in celebratione venerandorum Martyrum, memoria fiat eorum, qui hinc decesserunt. Nouerant illis Multum hinc emolumentum fieri, Multum vilitatis. Eadem habet totidem verbis Hom. 69. ad Populum Antiochenum. In eandem sententiam loquitur B. Augustinus

Augustinus, in Enchiridio, cap. 110. Neque, inquit, negandum est defunctorum animas pietate suorum viuentium iuuari, cum pro illis Sacrificium Mediatoris offertur. In eandem Theophylactus, in cap. 12. Lucæ: Oblationes, inquit, & distributiones, quæ sunt pro defunctis, Non paruum conducunt etiam ijs, qui in grauibus delictis mortui sunt. In eandem B. Gregor. lib. 4. Dialog. cap. 55. Multum, inquit, solet animas, etiam post mortem sacra Oblatio hostie salutaris adiuuare; ita ut hanc non nunquam ipsa defunctorum animæ experere videantur. In eandem Cyrillus Hierosol. Catech. Mystag. 5. Maximum credimus animarum iuuamen pro quibus offertur obsecratio sancti illius, & tremendi, quod in altari positum est, sacrificij. In eandem Ioannes Eleemosynarius, Thest. 4. huius capitis.

Vndecimò, quod hoc singulariter pro sibi charissimis vel obtulerint, vel offerri desiderauerint. B. Ambrosius, oratione de morte Satyri fratris. Tibi nunc, ait, omnipotens Deus, innoxiam commendo animam: Tibi hostiam offero. Cape propitius & serenus fraternum munus, Sacrificium sacerdotis. Idem Ambrosius in Orationibus de obitu Theodosij & Valentiniani, se pro ipsorum animabus sacrificaturum pollicetur. S. Augustinus, lib. 9. Confess. de matre Monica agens: Quot quot hæc, inquit, legerint, meminerint, ad altare tuum, Monica famule tua, cum Patritio quondam eius coniuge. Seruiunt hic exempla quæ Thest. 4. Capit. 76. allata sunt.

Duodecimò, quod hoc beneficium sacrificij sibi defunctis petuerint impendi. De matre sua eadem idem scribit Augustinus, lib. 9. Confess. Non ista mandauit nobis, ait, sed tantummodo memoriam sui, ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei pretermisione seruerat. Idem Sacrificium pro se fieri petiit Ephrem Syrus; idem Venerabilis Beda: idem Regina Scotiæ Margareta, quemadmodum demonstratum est Thest. 4. Cap. 76.

Decimo tertio, quod dum Suffragiorum, quibus defuncti iuuantur, mentionem faciunt, hoc reliquis proponant & proferant. quemadmodum Chrysostomus atque Augustinus faciunt: ille Hom. 3. in Epist. ad Philipp. hic cap. 110. Enchiridij. Vtrumque sequitur Concilium Florentinum, in vnione Arm. ut ob id Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 5. Mystagogica, maximum iuuamen animarum

dixerit esse, obsecrationem sancti illius, & tremendi, quod in altari positum est, sacrificij.

**A**bsolutis & examinatis modis duplicibus, quibus partim contra Dæmoniorum Spiritus pugnatur: partim liberamur à molestiis, quas afferunt purgandi Spiritus: reliquum est, ut discutiamus Quomodo infestantibus Spiritibus hominum damnatorum sit occurrendum. hoc sequentibus aliquot Capitibus examinamus. Primum verò hic, in ordine totius Disputationis est.

## CAP. LXXIII.

*Non deesse rationem viventibus, qua se liberent à molestia, quam afferunt damnatorum hominum Spiritus.*

1. **S**unt, qui vel nullam, vel certè mortalibus ignotam existimant esse rationem, qua viuentes se à Spirituum damnatorum hominum molestia liberare valeant. Et forsitan non temerè. Neque enim apud hos illi modi videntur seruire; quibus Dæmonum profligantur Spiritus: neque alij, quibus purgandorum animæ iuuantur: propterea, quòd ut ab illis, ita ab his Spiritibus damnatorum, hominum Spectra plurimum differant.

2. Nec videntur hic superesse rationes alia. Quæ enim illæ sunt? Illæné, quarum initio mentionem fecimus? imprecationes? verbera? districti gladij? ignes? &c. Verùm cum hæc in nullos Spiritus vires habeant; apud damnatorum hominum Spiritus quid promouebunt?

3. Veruntamen ex tribus: ni fallimur, colligitur non deesse etiam viuentibus, sua arma, quibus se ab horum Spirituum molestia tueantur, atque defendant. Principio quidem, ex horum cum aliorum Spirituum collatione. Tum deinde, ex conditione societatis, quæ est inter Christianos. Tertio denique ex iis, qui ad molestias, quas damnatorum Spiritus afferunt, concurrere, & quouis modo operam suam conferre videntur.

4. Medium inter purgandos hominum, & damnatos Dæmonum Spiritus.

Spiritus, in hac molestia si ratione obtinent illi, de quibus nostra iam Disputatio est, Spiritus. Cum igitur ab illorum molestia, nos e charitatis, quæ pro illis sunt, officiis; ab horum Christianæ religionis præstantissimis prædijs liberemus; horum molestias excutere non valebimus?

5. Sit licet studium molestandi horum multò maius, quàm purgandorum Spirituum: non tamen maius Dæmonum. Et quamuis magnæ ipsorum vires: multò tamen inferiores sunt viribus Dæmonum. Quod igitur erga hos valeamus, illud erga illos non poterimus?

6. Societatis Christianorum illa est conditio; ut Rempub. quandam constituat. Hoc cum alia multa, tum in sacris literis sæpissimè Regni calorum compellatio, qua illam Dominus notat, indicat, quòd igitur vnaquæque Respub. habet, ut se aduersus hostes tueatur atque defendat; hoc, optimè à Christo Domino constitutæ Reipublicæ, erit negatum? sola hæc aduersus suos hostes se tueri; ab ipsorum molestia se liberare non poterit? An fortè hi Spiritus hostes non sunt? Cur igitur molesti sunt? cur pacem inuidet? terriculamentis cruciant?

7. Non sunt subiecti viuentibus hi Spiritus, dicit aliquis. extra Christi sunt Ecclesiam. Ita est. Et ob eam causam, cum ipsis non tanquam nobis subiectis agimus; sed tanquam cum hostibus: qui quamuis iure subiecti non sint; nobis tamè se subiiciunt, hoc ipso; quod nobis molesti sunt: faciuntque, ut naturæ iure liceat propulsare à ceruicibus nostris molestias; quas præter ius nobis afferunt.

8. Tres omnino esse videntur, qui ad molestias has concurrunt. Ipsæ defunctorum animæ; quæ excitatis tumultibus, & terriculamentis nos fatigant. Dæmones, quorum opera, corpora, quæ Spiritibus seruiunt, componuntur & formantur. & Deus; quo vel permitte, vel præcipiente hic omnia fiunt. Cuius verò ratione fieri negabimus, ut à molestia hac nos vindicemus?

9. Demonstratum est, iam nec tantas esse vires horum Spirituum; nec tantam malitiam, quanta ipsorum est Dæmonum. Omnino igitur, si à Dæmonum molestia possumus; ut possumus, ab horum infestatione atque insultibus expedire nos poterimus.

10. An fortè, contra Dæmones vires nobis desunt? At à Dæmonum, creaturarumque omnium Domino, sufficientissimæ in Dæmones sunt collatæ. Ecce, inquit Dominus, dedi vobis potestatem calcandi super Dæmones.

11. Neque nobis hic Deus ipse est impedimento. Quamuis enim ipso nunc permittente, nunc imperante tumultibus suis molesti sint, Spiritus: ita tamen molesti sunt; ut quemadmodum ab illius voluntate pendet, quod fiant; sic quod cessare debeant. & hoc quidem nostris precibus urgentibus potest clementer concedere; quemadmodum illud sua iustitia postulante permittere. Sed ad modos. Et primo *falsos* excludamus, tum *veros* probemus.

## CAP. LXXXIIII.

*Non valere contra damnatos hominum Spiritus, eorumque molestias, quibus loca redeunt infesta, illas rationes, quibus viuentes se expediunt à molestiis, quæ à purgandis Spiritibus afferuntur.*

1. **D**osse tolli molestias, quæ à damnatorum Spiritibus, certis locis excitantur, demonstratum est. Sequitur ostendamus, quibusnam rationibus tollantur; istis, quibus contra infestantes Dæmones depugnamus: an quibus utimur contra illas purgandorum Spirituum; an aliis aliquibus. Rem duabus Assertionibus includimus. Prior hoc Capite explicanda est.

2. Hæc est: *Rationibus, quibus contra molestias, quæ à purgandis Spiritibus afferuntur, utimur; contra damnatorum hominum spiritus nequaquam agendum est.* Causa Assertionis est, quia neque hoc nomine hi Spiritus molesti sunt, quo illi purgandi: neque si essent, hisce rationibus eos tentare, atque aggredi liceret.

3. *Quo nomine damnatorum hominum Spiritus molesti sint, superius capite decimo tertio demonstratum est. Quod verò, non à deo ipsis atque purgandis propositum sit, dubitare nemo debet. Purgandi, ut viuentium opera iuuentur, importuni sunt: hi spem salutis nullam habent. Qui verò, quod iuuari possint, desperant; ut iuuentur petere possunt?*

4. *Quod si à morte, vel non ad pœnas mox raperentur: vel si raperentur, iudicis sententiam non perciperent ante hi Spiritus, quam vniuersale omnium mortalium futurum est iudicium: vel etiam.*

etiam, si post latam à morte sententiam sperarent ad ipsam mutandam aliquando, aut saltem mitigandam: possent forsitan ad viuos redire, tum multæque suo atque molestia viuentium operam implorare, ut vel ad supplicia, quæ meruerunt, non damnarentur; vel ab ijs, quæ sustinent, subleuantur: at horum nullum apud infelices locum habet.

*Mox post mortem ipsos merita sequuntur supplicia, facile est coram Deo, dicitur Eccles. 11. in die obitus retribuere unicuique, secundum vias suas. Ducit in bonis dies suos, inquit Iob cap. 21. & in puncto ad inferos descendunt. Diues Epulo, mox, vbi mortuus, in inferno est sepultus, Luca 16. & mox in tormentis hanc edidit vocem: Crucior in hac flamma. Si mox beatos sua sequitur gloria; impiorum in longum tempus differrentur supplicia? Postquam diem tuum obieris, inquit Chrysost. Hom. 37. in Matthæum, iudicium & pœna consequetur: Vide Franciscum Soarez Tomo 2. in tertiam partem Diui Thomæ, Disputat. 52.*

5. *Sic mox, post mortem, iudicis fertur sententia, & non ad communem usque carnis differtur resurrectionem, quidquid dicat Lactantius libro 7. diuinarum Inst. ca. 21. Pulchrè Apostolus Paulus, ad Hebræos 9 ca. statutum est, inquit, omnibus semel mori. post hoc autem iudicium, iam, inquit Beatus Augustinus libro 2. de Origine animæ, capite 4. illud salubriter credit, & rectissime; indicari animas, cum de corporibus exierint; Antequam veniant ad illud iudicium, quo eas oportet iam redditis corporibus iudicari. Aiant, inquit Damascenus Oratione de defunctis, vni diuinitus illustrati, quod cum exhalamus spiritum, quasi in libra humana opera probantur. Et si pœna mox mortem sequuntur supplicia; differri potest sententia, quæ supplicia procedit?*

6. *Nec spes miseris esse potest, quod vel tormentorum aliquando futurus sit finis; quia æternus est ignis, qui cruciat vel pœnarum acerbitas post mitigari quia ut irreuocabilis; sententia, ita constans atque perpetuum supplicium. Alicuius mitigari eam, cui traditus est, pœnam; vel quibusdam interualis habere aliquam pausam; quis audacter dixerit? inquit B. Augustinus in Psal. 105. quandoquidem vnam stillam diues ille non meruit?*

7. *Forè de iudicis voluntate dubitare possunt miseri. Possent, si per Angelos, siue bonos, siue malos, hæc ipsis innotesceret; ipsique iudices essent. At Angeli iudices non sunt. Sententia per Angelos non fertur, fertur per ipsum, de cuius voluntate non debent ambigere; iudicem, aut Angelos; iudicis personam sustinentes. Scriptum est. (2. Corinthiorum.)*

*Omnes nos manifestari oportet, ante tribunal Christi, ut referat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Et rursus (Rom. .) Omnes stabimus ante tribunal Christi. Et vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.*

9. Quæ cum ita sint; credi non debet auxiliij consequendi gratia ad viuos redire damnatorum hominum Spiritus; aut hanc ob causam esse molestos, vt viuentium opera iuuentur. Sed faciamus ita esse. hoc sine esse molestos, ignorare etiam quæ status ipsorum sit conditio. Nobis tamen iis rationibus, quibus purgendis Spiritibus succurrimus, his subuenire nequaquam licitum est: propterea, qui dicitra salutis dispendium, hos damnatorum hominum spiritus nostri suffragijs iuuari posse, nequaquam credere possumus; tatum abest, quod iuuare debeamus.
10. Ea est damnatorum conditio, vt neque à pœnis quibus adiudicati sunt, possim liberari vnquam, neque in ysdem leuamen vnquam expectare. Hoc quàm sit certum, atque indubitatum; quàm firmæ constantique fide tenendum atque defendendum, postquam probatum erit, sinem capiti inponemus.
11. Ecclesiasticæ hic primùm sententia est, cap. 11. *Si ceciderit, inquit ille, lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem; in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Ad Austrum cadunt saluandi, ad Aquilonem damnandi. Manent singuli suis locis. illi in æternum felices, hi in æternum miseri. Ibi vnumquemq;* inquit D. Bernardus (Sermone 19. ex paruis) *iudicabit Deus, vbi inuenit. ibi, inquam, erit immutabiliter & irtractabiliter.*
12. Secundò, hic seruit Regius Propheta, Psalm. 6. *Conuertere, inquit, Domine; & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? quasi dicat, Nullus sanè. Nulla ratione fieri potest, vt quis tibi aliquando confiteatur, ad te conuertatur, pœnas illius loci euadat.*
13. Tertiò, dictis astipulatur Isaias Propheta, cap. vltimo. *Vermis eorum (damnatorum) non moritur. & ignis eorum non exstinguitur. Hi eorum est vermis; si eorum est ignis; ipse autem vermis non moritur, & ignis non exstinguitur; omninò necesse est & illos, quorum est vermis, atque ignis, perpetuo in igne miserè viuere, & ver me torqueri.*
14. Audiamus Dominum: *Bonum est tibi* (inquit ille, Mar. 9.) *claudum intrare in vitam æternam; quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis. vbi vermis eorum non moritur, & ignis non exstinguitur. Idè clariùs, Matt. 25. Discedit à me maledicti, in ignem æternum,*

*qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. Et ne quis crederet ignem æternum, & non æternum in igne cruciatum; subiungit. Et hinc hi in Supplicium æternum; iusti autem in vitam æternam.*

Cum Domino consentit discipulus, Domino dilectus; in reuelatione sibi diuinitus facta, edoctus, Apocal. 20. *Diabolus, inquit, qui seducebat eos, missus est in stagnū ignis, & sulphuris: vbi bestia & Pseudopropheta cruciantur die & nocte, in secula seculorum.*

Hinc communis illa Ecclesiæ vniuersalis, cum B. Athanasio, confessio. *Quicunque vult saluus esse, ante omnia opus est, vt teneat Catholicam fidem. Quam illam? Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum. Et pulchrè Innocentius III. lib. de Contemptu mundi, cap. 10. Iustum est, inquit, vt quod impijs in suo prauaricatur æterno, Deus vlciscatur in suo æterno.*

Atque hanc esse dicam, vt oratio, quæ pro damnatis instituitur, frustra dicatur suscipi. *Qui sine fide, inquit B. Augustinus ex sententia Magistr. in 4. d. 45. per dilectionem operante discesserunt; frustra illis à suis pietatis officia impenduntur. Idem 24 Moral. habet B. Gregorius*

*Quid, quod ipsa etiam prohibita sit? Est peccatum ad mortem, inquit sanctissimus Theologus Ioannes, 1. cap. 5. non pro illo dico, vt roget quis. Et B. Gregorius Bonifacio (habetur 13. quæst. 2. cap. Pro obseantibus) non licet pro defunctis impijs, quamuis Christiani fuerint, oblationes offerre, &c.*

Quocirca bene B. Augustinus, lib. 3. cap. 12. sic loquitur: *Noli dicere, noli credere Suffragia Christianorum pro ijs, qui non baptizati de corpore exierunt, offerenda, si vis esse Christianus. Et ipse: Si scirem, inquit, matrem meam esse in inferno, non magis pro illa orarem, quàm pro Diabolo. teste Soto in 4. Sentent. d. 45. q. 2. art. 2.*

Itaque, vt cum B. Gregorio loquar (4. Dialog. cap. 44.) *Non orant sancti homines pro hominibus infidelibus, impijsq; defunctis: quia pro ijs vtq;, quos æterno deputatos supplicio iam nouerunt; ante illum Iudicis iusti conspectum orationis sua meritum cassari refugiant. Ita Gregorius.*

Ex dictis non solum hoc colligimus, Suffragijs nostris damnatorum Spiritus non iuuari; sed frustra quoque esse, atque cum animæ nostræ detrimento his Spiritibus suffragari velle, atque suffragari

Colligitur secundò, in graui eos versari errore; qui damnatorum Spiritus aliquando ex supplicijs, quæ grauissima perpetiuntur, putant eripiendos: quo nomine, cum quibusdam, non bene audit Origene; qui nescio quos animarum itus & reditus, vt B.

Augustinus loquitur, excogitavit. Huius erroris originem notant Epiphanius, Epist. ad Ioannem Hierosolymitanum; Hieronymus in capite 3. Ionæ, Gregorius 9. Moralium capite 45. & 46. & libro 34. cap. 12. & 13.

23. Cum Origene coniunxero, quos idem B. Augustinus refutat, 27. de Civitate Dei, cap. 17 & sequentibus: qui in nouissimo iudicio propter intercessionem Sanctorum, *neminem hominum putat esse damnandum*: eos quoque, qui *impunitatem omnium peccatorum* promittunt aliquando, etiam Hæreticis, propter participationem corporis Christi: denique illos, qui non omnibus, sed iis tantum, qui apud Catholicos sunt regenerati, etiam si postea in multa crimina, erroresque proruperint, indulgentiam pollicentur, &c. de quibus plura loco citato Beatus Augustinus. Nullis omnino damnatis spes salutis reliqua est.

24. Nec assertioni nostræ repugnat, quod Psalmo 76. dicitur: *Nunquid obliuiscetur miseri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas*: De viuis enim est sermo Prophete, qui quamdiu spirant, sperare possunt; sibi que Dei misericordiam promittere. Mortuorum longè alia est ratio: Misericordia illi prorsus indigni, qui misericordie tempus turpiter neglexerunt. Quamquam B. Augustinus libro 21. de Civitate Dei, capite 24. ad probos solum velit pertinere, quod à Propheta dicitur, *Deum misericordias suas in sua ira non contenturum*.

### CAP. LXXXV.

*Isdem rationibus proscribi Spiritus hominum damnatorum: eorumque infestationes atque molestias tolli, quibus Spiritus Daemonum, ipsorumque molestia proscribuntur Et tolluntur.*

**N**on prodesse damnatorum hominum Spiritus Suffragia, quibus purgandæ animæ iuuantur; nec hisce ab ipsorum molestiis quas afferunt, viuentes liberari demonstratum est. An illis machinis oppugnandi sunt, quibus contra demones depugnatur? *Ita omnino censemus*: licet vt assentiatur, hæc tam firmis argumentis, vt ibi, non inducamur. Atque hæc nostra assertio est; quam sequentibus, & explicamus & probamus.

Et principid, haud obscurum est, pro nobis *tam firma profidia*

*hic, vt ibi, non esse*. Ibi exemplorum abundamus sylua; quibus probabamus & Reliquiarum; & Sanctæ Crucis, & Rerum consecratarum vsu Demones profligari. Ecclesiæ præterea nitēbamur autoritate; quæ hoc ipso probat rerum harum alias contra Dæmonum valere insultus; quod hoc nomine consecrentur, consecrata verò Christiano populo in hunc finem offerantur; alias Dæmonibus per se esse molestas hinc vtroque; videmur destituti. Neque enim exempla obuia sunt. Orationes etiam atque Exorcismi, quibus contra Spirituum molestias Ecclesia vtitur, contra Dæmoniorum Spiritus tantum instituta videntur.

Nihilominus etiam *his machinis, vel prorsus isdem, vel parum immutatis contra damnatorum hominum Spiritus feliciter nos pugnare posse credimus*: credetque nobiscum, qui quæ & machinarum illarum ratio, & quæ Spirituum horum conditio sit, diligenter secum expendere velit.

4. Incredibili & Vatiniano odio Deum Opt. Max. prosequuntur damnatorum hominum animæ. Hæc ipsarum conditio. *Machinae nostræ*, quibus contra Dæmones pugnandum decuimus, Deo vehementer placent. Hęc ratio machinarum. Quid ex vtroque? Damnatorum hominum Spiritus illas fugere atque detestari. Quomodo verò? Quia ita natura comparatum est, vt quorum odio flagramus, quosue detestamur; eorum non solum non præsentiam feramus, sed neque quidquam ipsorum, quæ ipsis vel chara, vel quomodocumque coniuncta sint, sustineamus.

5. Quod inferimus, rectè inferri quivis facillè intelligit. At non ita facile, quod penimus; Odio Vatiniano Deum prosequi damnatorum hominum Spiritus: *Machinas* item, quibus contra Demones pugnamus, Deo vehementer placere, & gratas esse: At non minus vtrūque; certum est.

6. Pro impiorum Spirituum, erga Deum odio grauissima est factarum Scripturarum autoritas, omnium Patrum calculo confirmata. *Superbia* (dicitur Psal. 73.) *eorum, qui te oderunt, ascendit semper*. Hanc enim sententiam, quamuis ad alios pertinere dubium non sit; in damnatos tamen hominum Spiritus, atque item Angelicos conuenire maxime, constans omnium sensus est & consensus.

7. Sed & si ad voces damnatorum attendamus, quod dicimus, facillè probabitur. Plenæ sunt damnatorum hominum voces blasphemiarum: plenæ irarum: plenæ conuictorum. An blasphemiarum ab amico animo in eum, in quem inuocantur & expectantur, proficiuntur? Fortè in Deum blasphemari non sunt damnatorum hominum Spiritus? Sunt maxime. *Maledicent*, inquit Innocentius

III. libro 3. de Contemptu Mundi, cap. 10, altissimo & blasphemabuntur excelsum: conquentes eum esse malignum qui creauit eos in poenam: & nunquam inclinatur ad veniam. Audi Ioannem in Apocalypsi capite 16. dicentem: Grando magna descendit de celo in homines, & blasphemauerunt homines Deum propter plagam grandinis: quoniam magna facta est uehementer. Ita Innocentius.

8. Scrutemur odij causas. Multæ & magnæ in damnatis Spiritibus inueniuntur. Odium, inquit Gregorius Nissenus 8. in Ecclesiast. est auersio ab eo, quod molestia afficit. Quanta verò molestia miseros damnatorum Spiritus afficit Deus? Priuat bonis: grauat malis. quantis & quot?

9. Omnibus donis, quibus in hac vita frui potuerunt, priuati sunt damnati. Quod si quædam, quæ natura concessit, retinent, illa ipsa malorum & poenarum sunt seges & materia. sed hoc maximam (poenam damni vocant Theologi) quod Dei Opt. Max. conspectu frui ipsis negatum est. Quocirca Sanctus Augustinus, postquam plura damnatorum damna recensuisset: Absentia, inquit, presentie Christi, quoad visionem eius, sola omnia prædicta mala superat; & omnibus poenis est intolerabilio. Ita ille de Triplici habitaculo, cap. 2.

10. Sic terrente malorum omnium obruti sunt, quæ cum sacræ literæ satis explicare nequirent; quibus potuerunt, vel huius vitæ grauibus poenis, vel quæ grauium poenarum essent inditia adumbrarunt: vt sunt exteriores tenebra, dentium stridor, fletus, gemitus & eiulatus, stagnum ardens igne & sulphure, frigora niui, nimium calor, desyderium mortis, tribulatio, qualis non fuit ab orbe condito &c.

11. Eadem quodam modo adumbrat Cassianus, in Confessi. Theologica, parte 3. Quis, inquit, dicere valeat, qua impijs & male uiuentibus tormenta sint præparata? In ipso enim continua mortis loco, qui infernus appellatur; quid aliud nisi iugis flamma, per seuerans tribulatio & perpetua poena; atque infinita totius mali calamitas esse potest? ignem autem fluuius, & sæda palis complet omnia. Ibi sanæ atraces. Angeli commorantur, quorum brachia sunt, vt capita draconum; quorum oculi ignem ex se sagittas emittunt: quorum dentes, vt Elephantis, prominent; & simulant ad tormentum, vt cauda scorpionum: quorum aspectus et errorem inducit & dolorem atque mortem. atque utinam mors possit in his subuenire angustijs. Sed quod est horribilius ad hoc uiuis in tormentis positus, vt cruciatus gubernetur; ad hoc redintegratur, vt rosus serpentibus, & iteratim subinde iteratim; repetitis moribus atrectetur. Illic vlulatus & planctus, gemitus & mugitus continue sonant, simulq; clamor confusus ubique attollitur, quorum dura tormentorum vis exagitat, & incendij at fura extorquet. Et que sequuntur.

Sed

Sed duo sunt, quæ hanc poenam augment; acerbitas, atque duratio. Intensissima est, quam miseri patiuntur. Nihil est chiragra in manibus; nihil cholica in ventre; nihil podagra in pedibus; nihil dolor dentium in ore; calculi in renibus; si cum poenis infernalibus, vel illorum malorum aliquod, vel omnia simul conferantur. Et his morbis vnâ aliquod membrorum affligitur. Quid si omnes morbi iam dicti hominem crucient? quid si in omnibus membris crucient? nonne res propemodum intolerabilis. Rursus cum hic patiuntur, non desunt colloquia amicorum, commoditas lecti, aliaque vitæ solatia. At ibi nulla pars, vel membrum, à tortura vacabit: nulla vnquam consolatio. Pro lecto candens stratum: pro refrigerante aëre, ignis; pro suauis odore, fœtor suffocans: pro amicorum solatio, irrisiones, contumeliæ, maledictæ Dæmonum.

Auger & miseriam eius duratio. Perpetua miseriorum est poena. Cremabit, inquit B. Cyprianus, lib. ad Demetrianum, addictos ardens semper gehenna. & viuacibus flammis vorax poena: nec erit vnde tormentum vel requiem possint habere aliquando, vel finem. Seruabuntur cum corporibus suis anime infinitis cruciatibus ad dolorem. Et B. Bernardus lib. Meditationum cap. 3. Procul, inquit, à beatâ patria exulati, cremabuntur in gehenna Perpetua: Nunquam lucem visuri, nunquam refrigerium adepturi sed per millia millium annorum, in inferno, cruciandi: nec iudicium nunquam liberandi; vbi nec qui torquet aliquando fatigatur; nec qui torquetur aliquando moritur. Sic enim ignis ille consumit, vt semper reseruet: sic tormenta aguntur, vt semper renouentur.

Quantum verò huius æternitatis cogitatio cruciat? In hac vita, quidquid diuturnum est, molestum est, & graue. Et si grata quies; tamen si sano duos annos in lecto molli continenter cubandum esset, non ferret diuturnæ quietis laborem. Quid si verò vnus anni graues calculi labores ferendi? quanta hæc miseria? At ad poenas inferni nihil huius vitæ dolores: nihil feruens oleum: contractio offium: scorpiones, & sexcenta grauissima mala. Quæ igitur miseria, in perpetuum, infernaliter tolerare supplicia? Nimirum longum, quod æternum. Bona esset cōditio miserorum; si tot millibus annorum infernales poenæ essent sustinende, quot vnquã fuerunt folia in arboribus; quot sunt arenæ in littore maris; quot guttæ in vastissimo mari. Sed in æternū pati, nullis annorū miriadibus absoluitur.

Neque ex his odium damnatorum Spirituum erga Creatorem suum, tantum crescit; verum etiam ex omnibus, quæ ipsis diuinitus collata sunt, beneficiis; qualiacunque etiam illa sint. Præbent ma-



teriam maioris odij erga Deum *bona fortuna*, quibus dum corpora fouerent, abundarunt, quoniam hæc ad maiora ipsis seruiunt supplicia. Præbent *bona corporis, atq; animæ*; quæ dolent se à Deo, iam malè expensorum rationem exigente, accepisse. Præbent *beneficia omnia*, quæcunq; in vniuersum genus Filius Dei triginta, & pluribus, quibus nobiscum annis versatus est, contulit, quoniam & hæc pœnarum augment acerbiteriam.

16. Magnum igitur odium damnatorum hominum erga Deum, Et poterunt hi Deum æquo animo ferre? poterunt quicquam, quod Deo clarum, gratumq; sit, probare? poterit placere, quod ille probat?

17. Sed fortè *arma* quibus contra Dæmones pugnatur, Deo grata non sunt. Fortè non placent. *sunt gratissima*. placent vehementissimè. Docemus de singulis; sed, pro instituti ratione, breuissimè.

18. Pro *Crucis signo* sunt infinita, quæ per illud Deus Opt. Max operari dignatus est, omnibus omnino temporibus, quæ quàm sint vera; quàm magna, docet de Dæmoniis Disputatio. Addo & hoc nomine placere, quod memoriam refricet amarissimæ Filij eius passionis; quam cupit ille, apud nos, iugem esse, atque perpetuam; quod de diuinis rebus mentem ad moneat, quæ non potest ipsi non placere, qui mortalium cogitationes cupit esse abstractissimas à rebus terrenis, & coniunctissimas diuinis. Quid, quod *Cruce* Filij Dei triumphum, vel maximè sit exornatur? Quando enim *cum maiestate magna atq; potestate* venturus est, rationem cum mortalium genere vniuerso positurus. Tunc, inquit Dominus, *patebit signum Filij hominis in celo*. Matth 24.

19. Similia pro *Reliquijs* afferre possumus. Neq; enim quemquam clam est, quæ sint omnem prope modum fidem humanam superantia, quæ ad Sanctorum *Reliquias* Deus fieri voluerit. Docet & hæc de Dæmoniis Disputatio. Potestne Deus non eorum magni facere pignora; quos promissit *benedicturos? glorificaturos? omnibus malis ereptos? quibus virtutem miracula patranda in hac vita contulit? Et quidem tot, ac tanta; quanta Filius eius non parauit? quos vniuersus mundus Iudices in extrema vltima expectat die? quibus datum accumbere in Regno cælorum, vbi ministrum agit Filius Dei?*

20. Placere Deo *Orationem* dubitat nemo. Ipse illam *consultit*, ipse *præcipit*, ipse *medum orandi præscribit*. Sed & ad orandum *imitat studiofissimè*. Quibus verò rationibus? *suo exemplo, maxima promissione, rebus maximis oratione vel confectis, vel impetratis*, vt interim pulcherrimarum virtutum cumulum omnittat, quæ cum *oratione* coniunctæ sunt, & Deo plurimum placent. Fertè

21. Fortè dubium de *Rebus consecratis*, num Deo probentur. Et pro his, quemadmodum pro Reliquijs atque Cruce, sunt prodigia & portenta, non nisi singulari Dei virtute atque prouidentia, ad harum rerum usum peracta. Accedit quod *hæ res* proprie Dei dici debeant, vt quæ à naturali suo vsu per consecrationem, quodam modo tranlatæ sunt ad diuinum, & natura multò superiorem; & quibus tanquam diuinæ clementiæ, quibusdam quasi instrumentis, Deus humanis necessitatibus subuenire decreuit.

22. Vnus restat *Exorcismus*. In hoc nihil esse, quod damnari merito possit, alias demonstratum est: multa esse, quæ probentur, Deo, quæ grata sint, quæ iam diximus, confirmant omnia, vt quorum in Exorcismo vsus est præcipuus.

23. Sunt igitur res hæc *gratæ*. Deo; sunt igitur *ingratæ*, & odio, damnatorum hominum Spiritibus, fugient igitur ipsas, detestabuntur, non ferent, desinent ad harum præsentiam mortalibus esse infesti, pacem relinquunt.

24. Est &, præter iam fusius explicatam rationem, alia, cur contra damnatorum hominum Spiritus plurimum valere credi debeat machinas, quibus Dæmones expugnantur illa videlicet, quod *reversibile* sit nunquam damnatorum hominum Spiritus nobis molestos esse, nisi Dæmonibus egregie ad laborantibus; si non omnia per agentibus, vt ob id credi debeat hos Spiritus ab infestando desistere, si locis, vbi infestant, ipsi Dæmones proscribantur, & profligentur.

25. Nam primum credi potest, damnatorum hominum Animas, si quando rebus viuentium aut propositos personaliter interfunt, Dæmonum opera ad nos delatus esse, aut etiam compulsas; atque ita ipsis semper assistere, vt ne latum quidem vsuquem, ab iisdem discedant. An deserere possunt iam in suam potestatem traditas? Illi præsertim Spiritus, quibus studium fuit continuum; vt quantum Angelus cuiusq; tutelarioris pro viuentium bono fuit sollicitus, tantum ipsi incōmodarent? ad vitiorum latas vias pertraherent?

26. Corpora verò, quorum hic vsus est, omnino opera quædam sunt Dæmonum; & à Dæmonibus non tantum formantur; verum etiam ne dissoluantur, sustentantur. Non credibile est illas damnatorum Spirituum esse vires, vt ex iere corpora sibi aptare valeant, atque sustentare. Maioribus hic opus est, Angelorum scilicet, non quidem bonorum, quorum obsequijs damnati indigni; sed malorum, in quorum infelicem societatem miseri ascripti. Hæc superius demonstrata sunt Capite 19. 24. 25.

Quæ cum ita sint, nouas hæc rationes, quibus ab humanorum Spirituum molestiis liberemur, quærere necesse non est. Illæ ipsæ, quibus contra Dæmones configimus, feruire possunt. Quo modo porrò contra hos Spiritus valere dici debeant: & Vtrum æquales omnium sint vires; an vna altera præstantior, explicandum esset, nisi quæ superius dicta sunt, hæc feruire crederemus, & breuitati studeremus.

## NOTATIO.

**D**iscussimus modos, quibus partim contra damnatorum hominum Spiritus, partim contra purgandorum pugnatur. duo alij quidam esse videntur, qui tam purgandis, quam damnatis possunt esse communes. Horum altero Spirituali defunctorum necessitati subuenitur: altero temporali. In illo impenditur beneficium absolutionis ab excommunicatione contracta à uiuentibus, in hoc exhibetur sepultura, qua defunctorum corpora carent. Vtrumque antequam ulterius progrediamur, examinare operæ preuium est.

## CAP. LXXXVI.

*An sepultura defunctis exhibita, ipsorum Spiritus prohibeat ad uiuentes redire, ijsq; molestos esse.*

**Q**uorundam illa sententia est, vt insepulcerum Spiritus tamdiu existant quiete sua, atque propriis sedibus carere, & inter uiuentes errare, excitatisq; tumultibus molestos esse; quamdiu corporibus sua sepultura impensa non est: ea verò impensa molestias omnes desinere. Hinc Poëta Aeneidos 6.

*Non ripas datur horrendas, nec rauca fluentes*

*Transportare prius quam sedibus ossa quierint.* Et Porphyrius, teste Benedicto Perierio cap. 9. de Magia. Anima, inquit, carentium sepultura circa corpora morantur. Quoræca, addit, qui vaticinantium animarum insinuant: sibi animarum operant, præcipua illorum membra deglanti-

tes,

*tes, presentes sibi faciunt animam, Dei ritu vaticinantem. Tatis enim anima, vna cum sui corporis integra sumptione, in corpus humanum se penitus ingerit.* Hæc Porphyrius.

Sententia hæc, quamuis perniciosos errores quosdam contineat; non tamen per omnia falsa est, nec damnari à Christiano homine potest. Nos, postquam vera à falsis distinxerimus, ad præcipuum, quod hic propositum est, caput respondebimus.

Verum est defunctorum Spiritus (Christianorum in primis) desiderare, aut certe probare, vt qua dum vixerunt, fouerunt corpora, suam habeant sepulturam. Bonum hoc aliquod ipsorum est: & bonum est, philosopho teste, quod omnia appetunt. Antiqui illi iusti, inquit B. August. lib. de cura pro mortuis agenda cap. 13. dum viuerent de sepeliendis, aut transferendis corporibus, suis filiis mandarunt: & mortui, vtrum sepulta sint, vel insepulta non curabunt?

Ad iniuriam & contumeliam defunctorum omnes pertinere existimant; si sepultura corporibus negata esset. In veteri lege, quando in aliquos Deus grauius voluit animaduertere, ad alias pœnas etiam hanc adiecit, vt sepultura infelices carerent, & corpora cederent in escam aut cæli volucris, aut feris canibus. Apud Græcos, teste Alexandro ab Alexandro (libro 6. genialium dierum cap. 19.) tanta cura sepultura fuit, vt decem Prætores, quod bello nauali apud Arginusas, vi tempestatis acti, defunctos in acie non sepelissent, ab Atheniensibus capitis accersiti, & ultimo supplicio affecti fuerunt. Lacedæmonij dum contra Messenios ducunt, ne milites, qui bello ceciderant, insepulti manerent, tesseras in brachijs insculptis nominibus habuere. Inoleuit mos Athenis, vt singulæ tribus singulas arcas, in quibus cadauera, & dispersas reliquias illorum, qui bello ceciderant, suæ cuiusque tribus, inquisita colligerent, in expeditione vehiculis vexerint.

Hinc non quibusuis, sed sceleratis, & ob insignia crimina notis beneficium sepultura non impendebatur. Tyranni, inquit idem Alexander ibidem, qui malè de Repub. meriti supplicio essent affecti: aut qui laqueo, aut morte inbaneſta aut malo letho occubissent, insepulti abiectabantur. Et apud Egyptios, si quem prauis moribus vixisse contigisset, eiectionem cadauer in vastis solitudinibus exponunt. Et Persæ damnatorum corpora a feris & canibus obij. rebant.

Eandem ob causam criminis loco habebatur olim defunctorum sepulchra violare: quod Sepulchris illata vis, sepultis illata cederetur. Qui sepulchra violant, domos defunctorum: (inquit Constantinus L. 1. C. de violat. sepulch. geminum videntur facinus perpetrare. Nam & sepultos

*sepultos spoliant destruendo, & viuos polluunt fabricando: vnde et laesa Maiestatis crimen committunt.*

7. Sed & graues in Sepulchrorum violatores statutæ poenæ. Rei Sepulchrorum violatorum, si corpora extraxissent, vel ossa irruissent humilicis quidam fortunæ summo supplicio afficiebatur, honestiores in insulam deportabantur: aliâs autem relegabantur, aut ad metalla damnabantur. Si autem cadauera spoliassent: si quidem armati id egissent, capite plectebantur: si sine armis, vsque ad poenam metalli procedebatur. L. Sepulch. ff. de Sepulch. violat. &c.
8. Quocirca Barbarorum ritus non immeritò illi habitus sunt, quorû Bruno, libro 4. de Cæremoniis meminit, qui defunctorum corpora vulturibus aut canibus dilanianda obiecerunt, aut in maria atque flumina, paludesque proiecerunt. Sed illorum maximè, qui senio confectos primò impiè mactabant, deinde mactatos crudeliter deuorabant.
9. Porrò quemadmodum hoc verum, ita falsum est. & à Catholica regione alienum, *defunctis ad sedes suas aditum non patere, nec requies frui, donec corpora sepultura demandata fuerint* Quis, inquit Beatus Augustinus, lib. de Cura pro mortuis agenda, capite 6. cor Christianum inclinet his poeticis fabulosisque figmentis, si licet, quod *Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluentia Transportare prius, quàm sedibus ossa quierint? Quis inquam cor Christianum his poeticis fabulosisque figmentis inclinet cum Dominus hortetur Christianos, ne timeant eos, qui occidunt corpus, & postea non habent amplius, quid faciant.*
10. Qui ex hac vita in Dei offensa excedunt, mox ad supplicij loca rapiuntur. Nec insepulta corpora aut prohibent, cur minus vel ad supplicij loca rapiantur, vel supplicia in his locis, peccatis debita patiantur. Demonstratum est hoc cap. 24.
11. Qui piè in Domino moriuntur, nec maculas vllas, quas eluere necesse est, habent, mox ad cælorum regna transfuolant; tantumque abest, vt insepulta corpora felicitatem suspendant, vt quandoque augeant. Et hoc aliâs demonstratum est.
12. Qui piè in Domino moriuntur: sed tamen perfectè purgati hinc nondum discedunt, à Cælorum quidem regno aliquantulum arcentur; veruntamen non ob negatam Sepulturam, nec hanc inter mortales errando vrgent, sed peccatis debitas licubi poenas persoluunt, vt tandè inueniantur expoliti lapides, apti cælestibus ædificiis.

Quàm

Quàm esset misera conditio sanctissimorum hominum, si quamdiu corpora. carent sua Sepultura, Spiritus à diuino conspectu prohiberentur? & errare inter mortales oporteret? cum ipsorum plurimi canibus obiecti? quidam in altissima maria demersi: alij in rotas atque cruces acti, in escam cesserint feris terræ, atq; volucris cæli? post quod quidam in cineres redacti, in ventos sint dispersi?

Sed & necesse esset maximam errantium Spirituum esse multitudinem. Neque enim pauci aut olim sunt reperti, aut nostris temporibus reperiuntur, quibus Sepultura beneficium vel suo, vel viuentium malo, aut iniquo casu negatum est. Si verò omnium horum Spiritus inter viuentes oberrarent, iisdemque ob sepulturam, qua carent, molesti essent, nonne perpetuum cum mortuis esset bellum?

Possent etiam summæ crudelitatis argui Magistratus Ciuiles atque Ecclesiastici; dum quosdam Sepultura volunt esse priuatos. An non summa inhumanitas, ne quid grauis dicatur, post alias viuentibus inflictas poenas, ipsorum Spiritus cælo proscribere? omni quiete priuare?

Et si nulla spes quietis est Spiritibus, quamdiu insepulta iacent corpora: nunquid semper miseri erunt erronei? Misera hæc quibusdam omnino erit subeunda, quia ea quorundam corporum est conditio, vt Sepultura ipsis nulla possit impendi, quamuis essent, qui impendere vellent & possent.

Quocirca errant, qui si quando sibi defunctorum Spiritus molestos esse intelligunt, mox eorundem corpora Sepultura destituta existimant. Multi possunt esse molesti, qui & Sepulturam habent, & honestissimam habent. Errant, qui quorum cadauera norunt esse insepulta, horum Spiritus existimant inter viuentes oberrare. Multi Sepultura destituti sunt, & inter mortales conspiciuntur nunquam.

Vtigitur ad id, quod præcipuum hinc caput est, respondeamus, *credi non debet hanc esse compendiarium rationem se expediendi ab omni Spirituum infestantium molestia si beneficium Sepultura defunctorum cor. oribus impenditur.* Etiam quando constiterit insepulta esse corpora illorum, qui molestias afferunt, à molestiis libertas non obtingit ipsis corporibus aut sepultis, aut honestissima sumptuosissimaque Sepultura donatis.

Molestantes Spiritus, de quibus nostra est Disputatio, quemadmodum Cap. 3. diximus, aut Dæmones sunt: hi Sepulturam pro

Qq 2

se expe-

se expetēt? aut hominum damnatorum: hos ad viuos, vt Sepulturam petant, redire non permittit deus, seuerus in ipsos animaduersor: aut purgandorum: his pro animabus, non corporibus cura est, nec redeunt, viuos que molestant, vt corporibus bene sit, sed vt à pœnis eripiantur animæ.

20. Negatum tamen *vniversim* non volumus, defunctorum Spiritus vel *sepultura*, vel honestioris *Sepultura* nomine ad viuos redire quandoque. Sed proborum *plerumque*, & eorum, qui iam Deo fruuntur, illi sunt Spiritus: quorum vt animabus summum iam bonum collatum est, ita corpora, vt honestiori loco habeantur, mereantur. Exemplo hic sunt Micheas & Abacuc Prophetæ, qui Sebeuno Eleuthæopoleos Episcopo apparuerunt, & suis corporibus honestiorem *Sepulturam* petiuerunt. Gamaliel, qui idem pro se, atq; Protomartyre Stephano, & Nicodemo experit à Luciano presbytero. Barnabas, qui hoc nomine ter molestus fuit Anthemio, Salaminæ Episcopo. Zacharias Propheta, qui Calomerio: Thyrys cum quadraginta Martyribus, qui Pulcheriæ Augustæ Theodosij Imperatoris sorori, atque alij, quorum mentionem facit Bezius lib. 15. de Notis Ecclesiæ, cap. 6.

21. Sic nec *vniversim* negauerim eos aliquando, qui Purgatorio carcere detinentur; eos etiam, qui infernalibus cruciatibus sunt addicti, *Sepulturam* postulare. Quid impedit, cur minus *Sepulturam*, quàm res alias, cum ad viuos redeunt, expetant? præsertim cum vtriq; illam desiderare possint: atq; alia etiam, propter quæ tamen ad viuos non redeunt, petant quandoq;?

22. Veruntamen vt hoc nomine *omnes*, qui *Sepultura* carent ad viuos rediant, haud est verisimile. multo minus, quod vbi *Sepulturam* consecuti sunt, viuêtes molestare desinât. Aliq; sunt causæ, quas propter viuentium rebus intersunt Spiritus: vt aliàs à nobis explicandum est. Itaque si *Sepulturam* expetunt; aliquid præter suum officium præstant.

23. Et *iustus* hanc petere possunt ij, qui purgantur adhuc, quàm qui: damnati sunt. Neque enim conuenit, vt corporum horum melior sit conditio, quàm Spirituum. At illorum corpora idcirco honore efficienda sunt, quod in ipsis digni pœnitentiæ fructus olim sint perfecti: quod domicilia fuerint Spiritus Sancti: aliqua etiam gloria atque splendore super solis claritatem sint decoranda.

24. Quandounque verò petunt, officium misericordiæ præstant: viuentes, dum ipsis *Sepultura* beneficium impendunt, qualescun- que etiam

que etiam sint Spiritus, qui expetant; siue illa sint digni, siue indigni. Tum solum prohibentur, quando eadem quidam, iustas ob causas, per Magistratum sunt priuati. vt sunt per Ecclesiasticam censuram excommunicati; & qui ob flagitia in escam cedunt volucris cœli, piscibus maris, aut feris animantibus terræ.

Ex his manifestum est, quid ad exemplum *Spectri*, quod post exhibitam honestiorem *Sepulturam* Plinius docet non rediisse ad viuos, nec, vt solebat antea, molestiam eis attulisse, respondendum sit. Vel enim priuatum est, & singulare; quod nõ probes omnes, quibus *Sepultura* negata est, illam excitatis tum multibus, apud viuentes, vrgerè: vel, quod verisimilius est, non humanus fuit Spiritus, sed Diabolicus: qui quamuis post *Sepulturam* honestiorem molestus esse desit; non tamen *Sepultura* officium à viuentibus, sed aliud quippiam quæsiuisse credendus est. Sed exemplum Plinij verbis hic libet ascribere. Erat: inquit, *Athenis spatiosa & capax domus, sed infamis & pestilens. Per silentium noctis sonus ferri, & si attenderes acrius, strepitus vinculorum longius primò, deinde proximo reddebatur: mox apparerat Idolum, senex macie & squalore confectus promissa barba, horrendus capillo, cruribus compedes, manibus catenas gerebat, quatiēbatq; Inde inhabitantibus tristes diraq; noctes per metum vigilabantur. Vigiliam morbus, & crescente formidine mors sequebatur. Nam interdum quoque, quamuis abscesserit Imago, memoria imaginis oculis inerrabat: longiorq; timoris causa timor erat. Deserta inde & damnata similitudine domus, totaq; illi Monstro relicta; proscribebatur tamen, seu quis emere, aut quis conducere, ignarus tanti mali, vellet. Venit Athenas Philosophus: Athenodorus, legit titulum, auditq; pretio, quia suspecta vilitas, perconatusq; omnia docetur: ac nihilominus, imò tamò magis conducit. Vbi cepit advesperascere; iubet sterni sibi in prima parte domus. Poscit pugillares, stilum, lumen. suos omnes in interiora dimittit, ipse ad scribendum animum; oculos, manum intendit, ne vacua mens audita simulacra, & inanes sibi metus fingeret. Initio, quale vbiq; silentium noctis, deinde concuti ferrum: vincula moueri. Ille non tollere oculos, non remittere stilum; sed obfirmare animum, auribusq; manum prætere. Tum citè crescere fragor, aduentare etiam, ac iam vt in limine; iam vt intra limen audiri. Respicit, videt, agnoscitque narrat am sibi effigens. Stabat; innuebatq; digito similis vocanti: hic cœtra vt paululum exspectaret; manu significat; rursusq; ceris & stilo incumbit. Illa scribentis capiti catenis insonabat. respicit rursus idem quod prius inuenientem: nec moratus tollit lumen, & sequitur. Ibat illa lento gradu, quasi grauis vinculis. Postquam deflexit in aream domus, repente dilapsa deserit: canitem; desertus herbas & folia concepta signum loco ponit. Postera die*

adit Magistratus; monet ut illum locum effodi iubeant. Inveniuntur ossa in fersa catenis & implicata; qua corpus auro terraque putrefactum, nuda & exesa reliquerat vinculis. collecta publice sepeliumur. domus postea rite conditis manibus caruit. Hæc Plinius lib. 7. Epistolarum, Epist. 17.

## CAP. LXXXVII.

*An ob censuram excommunicationis Ecclesiastica, quidam Spiritus errent inter viuentes, iisque molesti sint: & ab ipsorum molestia libertas non ante speranda sit, quam ipsi à censura fuerint absoluti.*

**D**E vita & miraculis S. Benedicti scribens B. Gregorius li. 2. Dialog. cap. 23. refert fuisse duas fœminas, genere nobiles, religionem professas; quibus ob incontinentiorem linguam *Excommunicationem* minatus sit vir sanctus: cum verò illæ à pristinis moribus non recederent; post breue tempus mortuas, atque in Ecclesia sepultas, diuina ultio sequuta est, quam his verbis refert Sanctus Gregorius. *Cum in Ecclesia, inquit, Missarum solemnia celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret: qui non communicat, det locum: Nutrix earum, qua pro ijs Oblationem Domino offerre consueuerat, eas de Sepulchris suis progredi, & exire videbat. Quod dum sapius cerneret, ad memoriam reduxit, qua vir Dei illis ad huc viuentibus mandauit. Eas quippe communionem se priuare dixerat, nisi mores suos & verba corrigerent. Tum serus Dei (Benedicto) cum graui merore indicatum est, qui manu sua protinus Oblationem dedit, dicens: Ite & hanc oblationem pro ijs offerri Domino facite, & ulterius Excommunicate non erunt. Qua dum oblatio pro ijs fuisset immolata, & à Diacono iuxta morem clamaum est, ut non communicantes ab Ecclesia exirent, illæ exire ab Ecclesia ulterius visa non sunt. Hactenus Gregorius.*

2. Simile quid apud Ioannem Petrum Maffei Bergomatem legitur, lib. 5. Historiarum Indicarum, quod ipsius verbis ascribimus. *Per eosdem, inquit, dies, vel ex intemperie cæli, vel ex insalubrium ciborum succo atrox morbus naualem turbam inuasit. Vulgo inter lusum, atque quotidiana ministeria repente expirabant. In ijs miles vnus in mare proiectus, i. gemens terrorem omnibus attulit. Noctu quippe in fœsentinam, pulsus frequentes exaudiri coepit. Quem ad strepitum, cum ar-*

re p.

repta scapha vigiles descendissent, implexum carina sub ipso gubernaculo defuncti: militis corpus offenderunt. scilicet pilus cunctis inhorruit. Vbi ex pauore collegere sese, res ad Nauarchum delata, nec dubium fuit, quin ca. dauer transfatum in littus humo conegerent. quo facto, postridie super ipsum sepulchrum rursus inhumatus apparuit. Eare attoniti cuncti, cum apud se causam exquirerent, Franciscus denique, incertum ex qua familia, Monachus, qui concionatoris munere fungebatur: sagaci coniectura suspicatus est, hominem aliquo Interdicti vel Anathematis vinculo constrictum è vita excessisse. Itaque in terram egressus, sanctissimi viri Benedicti Abb. tis exemplo è Pontificia Formula conceptis verbis, animum demortui ritè expiauit, & ei veniam precatus est. Mirum dictu, ab eo mysterio redempta mortuo pax, & vaga ossa tandè in suotumulo quieuerunt. Hæc Maffei.

Ex his similibusque exemplis quidam, ut videtur, non sine ratione in illam suspicionem veniunt; ut credat eos, qui cum *excommunicationis* sententia, ex hac vita discedunt, quietem nullam habere, & inter mortales versari; donec ab eadem per legitimum Magistratum absoluantur. Quæ sententia quid probabilitatis habeat, ex quatuor quæstionum resolutione clarum erit. Prima quæritur, Vtrum *excommunicationis* censura in viuentes prolata, iis oblit mortuis. Secunda, Vtrum ita oblit, ut errare ipsos inter mortales sit necesse, in quos prolata est. Tertia, Vtrum beneficium absolutionis ipsis possit impendi. Quarta, Vtrum quamdiu illud impensum non fuerit, quiete optata frui nequeant. Singulas breuissimè expeditimus.

Initio verò id constitutum sit *censuram excommunicationis* plurimum viuentibus obesse. Nihil sic, inquit B. Augustinus Tractatu 27. in S. Ioannem, *debet formidare Christianus, quam separari à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius. Si non est membrum eius, non regitur Spiritu eius. Quisquis autem, inquit Apostolus Rom. 8. Spiritum Dei non habet, hic non est eius.*

Sed obestnè defunctis? Hoc primum eorum, quæ in quæstione proposita sunt. *Obest omnino, & quidem in corpore, in honore, in anima. In corpore; quia honesta illud priuatur sepultura. In honore; quia hic haut parū læditur. In anima; quia viuorū ipsi subsidia atq; suffragia, quorum haud paræ vires, subtrahuntur.*

Vtrum quoq; sic obest, ut defunctos inter viuentes errare sit necesse? Hoc secundò explicandū. Respondetur verò hoc necesse non esse. Possunt qui hoc *Anathematis* vinculo constricti, ex hac vita discedunt, meritis suis ita exigentibus mox ad ciuium supernorū consortia admitti. Possunt infernalibus carceribus aut purgatoriis locis

locis concludi, & omnis ipsis ad viuos reditus prohiberi. Habent magnas vires etiam in mortuos *excommunicatio*, vt à propriis, & quæ quis meretur, locis excludat, non habet.

7. Veruntamen negandum non est, quin iidem post fata quandoque viuentibus appareant, molestiamq; pariant. Persuadent hoc primum allata iam à nobis exempla. deinde diuinæ prouidentie dispositio, quæ cum aliis rationibus, tum etiam his demonstrare potest, non contemnendam esse, qua in contumaces atq; rebelles Ecclesia vtitur, *anathematis* sententiam.

8. Hinc iam ad tertiam quæstionem facilis responsio. *Posse*, scilicet, *is beneficium absolutionis impendi*. Vtroque enim Ecclesiasticæ censuræ potestas demonstratur: & hoc, quod cum ea sepulti requie videantur carere: & illo, quod absolutio requie optata perfruuntur.

9. Interim tamen absolutionis beneficium non hoc per se præstat *defunctis*, vt quiete fruantur, & errare desinant, sed vt suffragiis viuorum iuuentur; & à pœnis citius eripiantur, quæ alioquin diuturniori tempore persoluendæ essent. Quod ad quartam quæstionem responsum volumus. Hæc breuiter omnia.

## CAP. LXXXVIII.

*Quanam ratio seruanda sit in locis, à Spirituum infestationibus vindicandis, quando, per quos Spiritus loca sint infesta, ignoratur.*

1. **Q**uæ haftenus ratio ac à Spirituum infestatione loca liberandi assignata sunt, illæ tum locum habent, quando, contra quos Spiritus pugna suscipienda est, non ignoratur. Quoniam verò haud rarè vsu venit, vt *conditi* molestantium Spirituum lateat, quomodo ab horum molestia se expedire viuentes possint, explicandum est.

2. Sunt qui prædictas rationes etiam hic valere volunt; propterea, quod quicumque molesti sunt, illi vel Dæmonum sint Spiritus; vel hominum, partim damnatorum, partim purgandorum. Veruntamen non rectè hi sentire videntur. Quid enim, si iis modis vtaris, quibus præstigiatur Dæmones; Spiritus verò, qui molesti sunt, sint hominum, qui purgatoriis ignibus expurgantur? Sic potest accidere, vt cum rationibus velis vt, quibus iuuatur piæ defuncto-

functorum animæ; Dæmones sint, qui molestiarum sint authores; quos contra rationes illæ nihil possunt.

9. Quæcirca illorum sententiam non probarem; qui *mox*, vbi de locis infestis vindicandis consilium capitur, ad *Exorcismos* confugiunt, atque ita locis Spiritus putant proscribendos vt ipsis, præter infernum, locum relinquunt nullum. Quamuis enim hac ratione sæpe loca purgentur; suo tamen subsidio quidam Spiritus priuantur; quod cum viuentium magno emolumento, ipsis posset impendi, si aliis modis contra Spiritus ageretur.

Placet magis illorum studium, qui *suauioribus rationibus* rem aggrediuntur: iis scilicet, quibus piæ defunctorum Spiritus iuuantur. Esto rationes hæ non omnibus Spiritibus prosint, possunt tamen quibusdam prodesse *defunctis*: viuos verò non minus imò magis, quàm alia misericordiæ in proximos collata beneficia iuuant.

2. Et *virtus illa prodesse*, (etiamsi ad defunctos nullum emolumentum perueniat) nemo potest dubitare. Nunquid non magna vis Eleemosynæ? nullo prauo fine, solum miseros iuandi studio, suscepta? A quocumque illa suscipiatur, eandem habet; Deum quæ proptium & facilem reddit; suscepta verò ab iis, qui Christi gratia sunt imbuti, maioribus arctioribusque rationibus Deum hominibus deuincit.

6. Sic *defunctis posse prodesse* clarum est. Quia potest eorum aliquis, qui purgatoriis pœnis expiatur, & ad cælorum regnum aptatur, viuentibus molestus esse: qui vt spe obtinendi subsidij molestus est; ita non frustra, sed magno suo luero molestus est; si viuentium subsidio aliquo iuuatur.

7. Fortè crimen est, si pro damnatis Spiritibus, quales etiam hic molesti esse possunt, hæc fiant & adhibeantur præsidia. Est crimen; si qui hæc subsidia Spiritibus impendunt, damnatorum credunt esse Spiritus, qui molestant, & pro quibus subsidia impendunt. At quam diu hoc ignoratur non crimen; sed officium charitatis est, quodcumque impenditur obsequium.

8. Hæc cum ita sint, vt quod hoc capite propositum est, definiamus, in hac ignotes Spiritus præstigiandi ratione, *principio ad orationem, ad Misericordiam, ad eleemosynas, aliæque pietatis opera*, quibus piæ defunctorum Spiritus iuuantur, *iudicarem animum cogitationeque conuertendæ*; & quidem, si post hæc vexatio atque mole-

stia cessaret, de quiete nobis congratulabimur: sin minus; de armorum genere consilium incundum.

9. Verum non statim officium hoc deponendum; nec mox pietatis, quæ diximus, & misericordiæ præsidia relinquenda. Quid enim, si hæc admodum sint leuia? quid si pluribus, aut iisdem sæpius iteratis sit opus? Docet experientia, sæpe post tertio atq; sexto adhibita pietatis subsidia vexationem esse sublatam: quæ post prima, atque secunda tolli non potuit.

10. Non ea Spirituum, qui pro peccatis pœnas sustinent, est conditio, ut quibusuis, etiam lenibus, viuentium subsidiis iuentur. Ratione peccatorum, quæ commiserunt, pœnas sustinent: quæ quemadmodum nunc sunt maiora, ita maioribus suppliciis expianda; ita maioribus viuentium subsidiis redimenda. Si quibusuis viuentium suffragiis soluerentur defuncti; frustra aliquot annorum Suffragia fieri peterent, qui piè in Domino moriuntur: frustra Hagulstaldensis Ecclesiæ fratres, singulis annis pridie, quàm Oivvaldus Anglorum Rex occisus est, pro eius anima ad Deum preces funderent: ut fundunt teste Bedæ, lib 3. Historiæ Anglicanæ, de gestis Osvvaldi. frustra Ecclesia pro iis anniuersaria sacra celebraret; pro quibus, iam ante centum, & ducentos annos, illa celebrata sunt.

11. Quando deinde dicta pietatis subsidia non iuant; tum Rebus consecratis, erecta Cruce, suspensis Sanctorum Reliquiis, contra Spiritus pugnandum est. Hæc arma bonis Spiritibus non obsunt. Hæc malis, quales esse præsumuntur illi, qui prioribus rationibus non iuantur, horrore sunt, & detestationi, ut ob id spes sit, propter hæc, ipsos sedes suas mutaturos.

12. Quid si nec his pellantur? Adhibeantur exorcismorum machines; Adiurationes atque Execrationes; & quæcunque Dei ordinatione contra Spiritus vim aut potestatem habent. Nihil nimis inhumanum, nihil nimis crudele, contra hos Spiritus potest adhiberi.

13. Neque mox abiiciendus est animus, si quod petimus, non statim consequamur. Sæpius tentandi Spiritus, sæpius impressio facienda. Quemadmodum non ex hominum corporibus vno atque altero Exorcismo, ita neq; ex locis deturbantur. Quædam non relinquunt, nisi importunis viuentium Exorcismis & cõiurationibus fatigati.

CAP.

De efficacia omnium predictorum modorum,  
& quas ob causas non semper speratos fines consequantur.

**M**agnas esse vires Modorum omnium, quibus contra quoscunque spiritus, Spirituumque, quas afferunt, molestias depugnatur, ex dictis utcumque manifestum est. Sortiantur quoque suos, quos viuentes sperant, effectus, haud raro. Vtrum verò semper? Hoc inquiramus. Nec ad solum, verum etiam, quibus de causis, ne semper consequantur, accidat, exponamus.

In priori opus est distinctione Spirituum. Neque enim hæc eadem videtur esse bonorum, siue purgandorum ratio, & impiorum, atque in primis Dæmonum. Pro illis non frustra, à viuentibus suscipiuntur pietatis officia, apud hos aliquando parum efficiunt, quæ alioquin per se efficaces sunt, rationes.

Prius ut dicamus, ipsæ nos inducunt molestiæ, ab his Spiritibus, viuentibus allatæ. Cum enim singulari Dei prouidentia, atque bonitate fiat, ut ad viuos hi Spiritus redeant; & hoc ferè nomine semper redeat, ut viuorum subsidiis iuentur, quis dubitabit adiutum iri miseros, si quas ipsi pœnas sustinere debent, in se viuentes suscipiant? & Christianæ pietatis officii pro ipsis, veluti vnus corporis membra, satisfaciant?

Quocirca horum Spirituum quosdam ita certis locis esse affixos, ut ad extremum iudicij diem, aut etiam ad aliquot secula ibidem debeant expiari, & nullo possint viuentium subsidio iuari, vix credi potest. Quamuis enim quidam, ut quàm diutissimè crucientur, meruerint; nulli tamen à Christi corpore exciderunt: quapropter ut membra membrorum, ita mortuū viuorum possunt opera iuari, illi præsertim, qui, locis, vbi expiantur, mortalibus sunt molesti.

Apud posteriores, damnatos inquam Spiritus, expurgandi loca assignatæ rationes, quandoque, fallunt. Nec nouum hoc. Etiam Apostoli, quibus plena super Dæmones potestas fuit, collat; potestate sua quandoque nihil profecerunt, de illis quidam, quos si obsessi saniam per ipsos consequi non quiverit, apud Dominum conqueri ur. Marcij

Nam qui in præsentem negotij huius exemplum desiderantur, scimus quædam loca nec post plurimas grauissimasque maculas potuisse

R r 2

expugnata

expugnari. Scimus quibusdam mortalibus perpetuum cum infestantibus Spiritibus fuisse bellum. Desperatæ forsitan illi fuerunt salutis. fuerunt aliqui. sed quidam etiam integerrimorum morum, vitæ probatæ, & qui Deo, ob insignem virtutem, chari essent.

7. Sed quæ huius rei Causa? Non eadem apud damnatorum hominum Spiritus; & apud Dæmoniorum. Nec mirum, quia nec eodem modo vtrique rebus. viuentium intersunt, ipsosque molestant. Interfunt damnatorum hominum Spiritus inuiti & coacti. intersunt Spiritus Dæmoniorum lubentes & spontanei. Quapropter illi, si possent, mox fugam capefcerent, ad primam vim, vel Ad iurati. onis vocem: hi, si possent, discederent nunquam.

8. Hinc fit, vt non ex voluntate damnatorum hominum Causa petendæ sint, cur adiurati loca infesta non deserant, & viuentibus pacem permittant; sed illius, cuius imperio ipsi ad viuos coguntur redire. Contrà, quod Dæmones adiurati non cedant, hoc ex ipsorum, atq; eius, cuius permissu vexant, voluntate pendeat.

9. Non cedunt adiurati damnatorum hominum Spiritus semper locis infestis; non pacem concedunt viuis. Cur? Quia non semper eosdem cedere vult Deus. Non cedunt, nec infestare desinunt semper adiurati Dæmones. Cur? Quia cedere recusant, nec vt cedant permittit Deus. Sola igitur Dei voluntate fit, quod affectus suos. machinæ, quibus contra molestias infestantium Spirituum pugnatur, fines suos non consequantur apud damnatorum hominum Spiritus: Dei & Dæmonum voluntate fit, quod non consequantur apud Spiritus Dæmoniorum.

10. Et quæ causa D E V M hinc possunt mouere? Duo potissimum. Altera ex Spirituum infestantium culpa. altera ex hominum, qui ipsorum molestias perpetiuntur, delicto sumitur. Cum enim nunc viuorum delicta has molestias mereantur; nunc defunctorum Spiritus digni sint, vt contra suam voluntatem, ad maiorem ipsorum contumeliam, has inferant; quis non intelligit, etiam post legitimas machinas adhibitas, quibus alioqui tolli solent, easdem non oportere tolli, si nec viuorum hominum, nec defunctorum horum. Spirituum peccata sint æquis molestiis vindicata?

11. Cæterum quod Dæmones. iisdem machinis non semper vincantur nec cedant; partim ex ipsorum pender voluntate; partim ex diuina prudentia iustis rationibus. Quemadmodum ipsorum propria, & Dei voluntate fit, quod viuentibus molesti sint, locaq; infestent; ita ex Dei atque propria voluntate est, quod adiurati à molestiis non desistant.

ipsi

12. In difficilius cedunt; quia malis atque miseriis mortalium plurimum recreantur. quæ cum his molestiis crescant, quascunque possunt, malunt potius sustinere impressiones, quàm aut loca, quæ infestant, deserere, aut hominibus, quos molestant, pacem concedere.

At diuina. prudentia aliis rationibus mouetur. Ipsi vel malum eorum, qui molestias iustinent; vel bonum, quod ex molestia infestantium Spirituum tam hi, quàm alij possunt colligere, propositum est. Malum cedit ad vindictam peccatorum; bonum ad augmentum ferè coronæ immortalitatis & gloriæ.

Vindex est Deus scelerum, & non futuro tantum sæculo, vbi vindictæ proprius locus; verum etiam in præsentem. Nequæ hinc vna ipsi ratio vindictæ suppetit; sed multiplex. Inter quæ eas, illa quoque locum habet, qua per Dæmonum carnificinam poenas scelerum exigit. Quod si igitur per infestantes Spiritus scelera vindicare decreuit; à viuentibus quidem machinæ contra infestationes adhibebuntur; sed quiete optata illi minimè perfruentur, Deo hac Dæmonum carnificina mortalium delicta vindicante.

13. Eoque minus machinæ hæc promouebunt, quod iustis his rationibus peccata vindicabuntur. Iustissimè verò vindicari, cui dubium esse potest? Quamuis enim quæuis peccata, quibusuis suppliciis vindicare valeat; quædam tamen sunt, quæ vt per Dæmonum molestias vindicentur, magnæ rationes moueret. Vt cap. 17. huius Disputationis.

14. Quod si peccata eorum, qui molestias sustinēt, causa non sunt, cur suos fines non velit consequi adhibitas machinas; nihilominus iniustitiæ redargui non debet Deus Opt. Max. Sæpe in mortales animaduertit, nullis ipsorum meritis exigentibus. quemadmodum, vt alios o mittam, & suo exemplo, & sua oratione copiosissimè docet sanctissimus Iob, vir iustus & simplex, & diuino oraculo commendatus:

15. Atque tum bonum egregium propositum est Deo, in primis quidem illius, in quem animaduertit: tum aliorum, qui huius exemplo instrui possunt. Illius quidem, quoniam vexatio hæc ad cumulum cedit maioris gratiæ, & gloriæ: vt taceam, quod à peccato auocet, & Deo magis coniungat. Aliorum verò; quia hoc proborum exercitio ad mentem redeunt; de futura vita cogitant; à peccatis consistere discunt; colliguntque grauissimè aliquando in se, nisi resipiscant.

R r 3



**DE LOCIS INFESTIS**  
fificant, vindicanda delicta: quando etiam in amicos suos grauit  
ter animaduertere Deum cognoscunt.

11. Adde dictis, aliquando nec malum eorum, qui molestias sustinent, nec tam horum, quam aliorum, quod expectari potest bonum, sed *Ministrorum delicta*, qui Dæmones sedibus his proscribere tentant, in causa esse, cur frustra hæc machinæ adhibeantur. Qui in oppido Schiltach sibilo molestus fuit, oppidumque tandem incendit (de quo Thesi 8. cap. 19.) Exorcismos contemnebat; quod Exorcistæ furti, sacrilegiiq; criminibus essent infames. (Vide Cardanum lib. 19. de subtilitate) Quemadmodum in rebus aliis; ita in hoc arduo dæmoniorum Spiritus exigendi negotio, haud parum potestum est in causis agentibus.

**NOTATIO IN SEQUENTIA**  
Capita.

**H**actenus prosecuti sumus Modos, quibus Loca per se infesta, ut vocauimus, secundo capite nostra Disputationis, à Spirituum molestia & infestatione liberari valeant: discutiendum in posterum erit, quibus rationibus homines inuenimus, qui ubique suos persequentes patiuntur Spiritus: Sed initio definiendum, Aliene hæc sint à prioribus illis modis. Si igitur

**CAP. LXXX.**

*An iisdem rationibus, contra Spiritus, qui certos homines, ubicumque etiam degant, persequuntur, agendum sit: quibus oppugnantur illi, qui loca certa infestant.*

1. **Q**uæ propositam Quætionem breuis est responsio. Queritur, An ad liberandos à molestia homines, eos, qui ubique patiuntur persequentes Spiritus, eadem rationes efficaces sint, atque sufficiant; quas plurimum valere in Locis per se infestis hæcenus docuimus. Respondetur non sufficere Rationem in promptu est, quia longè alia illorum locorum, quam horum conditio. In per se infestis Spiritus sua quasi domicilia habent; & locorum

**PAR TERTIA.**

319

locorum quidam quasi sunt Domini, & possessores. In his, propter homines, infestis, veluti hospites versantur; & ob id cum ipsis hominibus; quos persequantur, sedes suas mutant; quas in prioribus illis retinent.

Itaque contingit, ut quamuis fortè hoc, vel illo loco proscribantur Spiritus *ijs rationibus*, quas superius, ad profligandos Dæmones valere diximus, atque hoc vel illo loco viuentes, qui eos ferre debent; tuti sint, & à molestia liberi, rursus tamen in eadem molestias incidant, quam primùm aliis locis, quibus Spiritus proscripti non sunt, inueniuntur.

Omnino in posterioribus his locis propositum esse debet, ut Spiritibus non tam ad loca, quam ad homines, quos persequuntur, accessus prohibeatur. Nec enim tam loco, quam hominum rationem habent Spiritus. Nec nobis igitur tam cogitandum, qua ratione loca reddamus tuta; quam qua ratione, ne hominibus; quibuscunque etiam locis degant, detrimentum afferatur, cautum sit.

Porro una & simplex ratio hæc non est. Et quid mirum? Una non est hominum, qui molestias Spirituum sustinent, conditio. Pro conditione hominum alia atque alia ratio instituenda videtur.

Quotuplex igitur est? Duplex omnino. Quia duo hominum sunt genera, qui persequentes Spiritus sustinent. Vnum improborum, qui ob peccata, in quibus degunt, hanc Spirituum sustinent carnicinam: alterum proborum, qui nullis suis meritis exigentibus pro Spirituum libidine, magno diuinæ prouidentia cõsilio ipsorum insultibus expositi sunt. Alia hi, alia illi ratione iuantur. & qua utriusque? Hoc sequentibus examinandum. si tamen id dixerimus prius, rationes quas hæc præscribimus, contra malos Dæmonum præcipuè Spiritus (qui maximè infesti esse solent) valere.

**CAP. XCI.**

*Qua ratione à molestia Spirituum liberi esse possunt, qui propter peccata, qua commiserunt, ipsorum infestationes sustinent.*

**H**æc illima videtur illa esse ratio; qua, qui propter peccata Spirituum infestationes patiuntur, ab ipsorum se molestia vindicant. Expediant se à peccatis, & de liberalitate sibi gratulentur. Si enim hoc solo nomine molestias Spiritus ferre necesse

necesse est, quia peccatis sunt impliciti; nonne si à peccatorum laqueis se expediuerint, soluti erunt Spirituum molestiis? & cessabit effectus cessante causa, à qua ille dependet?

2. Principio igitur omnia hi inducendi sunt, vt à peccandi consuetudine desistant, vitamque in melius commutent: sintque seduli in virtutum studio, qui in ceno volutati sunt vitiorum, quibus in miseram seruitutem Spirituum peruenerunt.

3. Veruntamen satis hoc non est. Non sufficit à peccandi consuetudine desistere ipsum etiam peccatum (quod in anima suam quasi sedem habet) radicatus extirpandum est. Non enim infestantibus Spiritibus nos subiiciunt ipsa tantum, dum perpetrantur, peccata; verum etiam habitus, quos postquam perpetrata sunt, in anima relinquunt: à quibus tam necesse est animam expurgari, quam ab ipsa peccandi consuetudine desistere.

4. His iam requiritur, & valet dolor de peccatis perpetratis conceptus, vitæque in melius commutanda propositum: & post hac sacramentalis Confessio atque absolutio; quam solam secundam tabulam relaxatis Deus voluit esse. Et priora illa quemadmodum necessaria sunt; ita, posteriora si desint, frustra expectatur peccatorum venia; frustra à Dæmonum infestationibus libertas. Prætermittendum nullum, assumenda omnia, & singula.

5. Et hæc quidem omnia ad Spirituum horum molestias tollendas omnino sunt necessaria. si ad ipsa accedat Corporis & Sanguinis Domini, in venerabili sacramento perceptio, maior vis Spiritibus affertur; eoque difficilius iis videtur fieri ad homines accessus, quo pluribus maioribusque præfidiis iam sunt armati. An fortè aut contra Dæmonum arma non sunt corporis & sanguinis Christi sacramenta? aut leuia sunt?

6. Suetiorem & horam sacramentorum frequentiore usum his, qui molestiis Spirituum ob peccata expositi fuerunt, propterea, quod Nequam, quam sortiti sunt semel, viuentes vexandi prouinciam, difficulter relinquunt: vt ob id necessarium videatur iisdem mortales armis sæpius instrui; quibus maiori victoriæ spe contra hostes depugnatur. His rationibus contra infestantem Spiritum pugnavit infelix mulier, cuius sequenti Capite mentionem faciemus.

7. Ad hæc virtutum studium postularem. Dignissimum hoc; quoniam & nobis dictum illud apostoli, Rom 6. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiae & iniquitati, ad iniquitatem; ita nunc exhibete

hæc membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Sed & virtutum studium vehementer exhorrescunt Dæmones. Credite mihi fratres, dicebat B. Antonius teste Athanasio in eius vita, per timefcit Satanas piorum vigilas, orationes, ieiunia, voluntariam paupertatem, misericordiam, humilitatem, maximè autem ardentem amorem in Christum Dominum. Quid quod fortè hoc etiam sit necessarium? Cum immundus Spiritus exierit ab homine, inquit Dominus. Lucæ 11. perambulabat per loca iniqua, quærens requiem. Et non inueniens dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cum venerit, inuenit scopis mundatam, & ornata. Tunc vadit, & assumit septem alios Spiritus nequiores se, & ingressus habitant ibi; & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Quid hæc parabola Dominus? significat ex duobus Diabolum accipere causam, vt reuertatur in domum, vnde expulsus est: videlicet, si aut inueniat vacuam, aut scopis mundatam. Vacua est domus eorum, qui contenti tantum sunt peccata deposuisse, & de studio virtutum solliciti non sunt. Scopis purgata eorum, qui exterius tantum virtutem colunt, & radicatus peccata non extirpant.

Hanc rationem contra Spiritus purgandi non frustra assumi, pluribus exemplis doceri posset: nos vno contenti sumus Catharinæ Virginis & Viduæ Suevicæ, filiæ S. Brigittæ. quæ cum Neapoliagens, à quadam muliere, quæ nocturnas molestias graues à Dæmonio patiebatur, interrogaretur, quibus rationibus se ab iisdem expedire posset: primum sua sit puram peccatorum confessionem, aiebat enim ob peccata in confessione celata plerunque id genus illusiones accidere. deinde peregrinationem ad S. Crucis templum; quæ nudis pedibus, & deposito lineo indusio, cum humilitate, octo continuis diebus perageretur tertio orationem dominicam atque salutationem angelicam, coram Crucifixi imagine in eodem templo septies repetitam. Complect mulier iussa, & vexatio cessat. Vide Suerium Tomo 2. in eius vita, fol. 354.

9. Probarem quoque vehementer; cum sanctorum omnium, tum præcipue proprii Angeli, cui quisque ab ortu natiuitatis, commendatus est, inuocationem atque tutelam. Huius enim inter alia haud postremum hoc officium est, vt contra inferorum potestates mortalibus sit præsidio. Nec obstat quod, si natura vires attendas, quibusdam Dæmonibus hic sit inferior. quoniam quod natura negauit; gratia supplet: qua fit, vt omnibus omnino malis, etiam potentissimis, minimus inter bonos sit superior. quemadmodum alicubi præ B. Augustinum docet S. Thomas.

10. Quod si his machinis aduersaria potestas Dæmonum non frangitur, nec à molestando & infestando his rationibus prohibentur,

bentur. *alijs armis* tentandi essent; iidem, quibus bonos & probos homines, qui eorundem insultus sustinent, vtiliter posse instrui confidimus. Et quæ illa? sequens Caput hæc explicabit.

## CAP. XCII.

*Explicantur rationes, quibus à molestia & persequentium Dæmonum infestatione, liberari possunt homines probi.*



1. Via ignorant mortales, *odione an amore digni sint*, quamdiu in corpore à Deo peregrinantur; idcirco etiam tis, quos conscientia sceleris non arguit, si quando persequentes Dæmones patiuntur. illis ante cuncta rationibus vtendum existimarem, quibus diximus eos iuari. qui ob sua delicta Dæmonum carnificinam patiuntur. Neque enim nocet, si in peccatorum numero nos habeamus, quoniã *beatus homo, qui semper est pauidus*: nocet autẽ plurimũ, si cũ Phariseo nos pro *iustis* vètitemus.

2. Addo quod, quamuis etiam esset probabile, nos in Dei esse gratia, & peccati mortalis nulla grauari mole; *hæc arma* assumi possent. quoniam non ob grauiora solum, verum etiam ob leuia peccata, & persequentes & obsidentes Dæmones aliquando sustinent viuentes. Docet hoc clarè de Dæmoniacis, à nobis data Disputatio: vt idcirco, quemadmodum necesse est impios sua peccata deponere, si à Dæmonum infestationibus volunt esse liberi; ita necesse sit iustos, suos veniales relinquere defectus, atq; nãnos, propter quos molestias Dæmonum sustinent.

3. Quemadmodum illis igitur, ita his à peccatis otium, Confessionis sacramentum, vsum venerabilis Eucharistiæ, virtutum studium, tutelaris Angeli inuocationem, atque alia his similia sedulo commendarem. *Quid si horum nihil iuuat? Ad alia* præsidia confugiendum. quæ illa?

4. Primum est *oratio communis Ecclesiæ*, hoc nomine instituta. valet illa à priuato quocunq; suscepta plurimum: quantum valebit ab vniuersa suscepta Ecclesiæ? & suscepta ex fraternâ. quæ summo opere Deo placet, charitate? suscepta verò, pro homine, vt creditur iusto? & quem maxima necessitas, cum summa humilitate coniuncta, ad communes preces implorandas cogit?

5. Deinde est vsum *Rerũ consecratarũ*: in primis cereæ illius Imaginis quam *agnum Dei* dicimus; quàm contra Dæmonũ insultus valere & forma, qua consecratur, demonstrat, & his versibus confirmat: Andreas Eruius: ille

Ille (Pontifex) preces recit at mira pietate refert.

Quas veteris ritus formula certa tenet.

Postulat in primis sacrati aspectus vt Agni

Agnum ad caelestem con: ita coram leuet.

Vtq; saluifera memores vitæ que necisque,

Criminis & vitij noxia vincula terant.

Hostis vt insidias stygij accetamina vincant,

Discipulas mundi, carnis & illecebras.

Aeterna & fugiant discrimina huius saluis,

Et super a nunquam destituantur ope.

Sunt tertio *Reliquia*. Quos illa certis locis Dæmones proscribere possunt; omnibus non possent? An minor harum hoc, quam quocunq; alio loco vis atq; potestas? Si verò omnibus locis proscribunt; nonne omnibus locis liberum constituunt, & reliquunt hominem, qui alias vbiq; persequentes Dæmones patitur?

Postremum præsidium in *exorcismis* ponerem. Quod aliis rationibus non potuit, id fortè, hoc conficietur. Pro hoc mirabile exemplum est, quod ex vita s. Bernardi hic ad longum placet ascribere: In muliere accidit, quæ miserrimè à Diabolo vexabatur, sed iusta sua culpa. Apparuit illi Diabolus in specie militis valde pulchri aspectu, & in amore suum inuis suggestionem latenti, extra locutionem blandienti animæ eius fallaciter inclinavit. Cumq; assensum mulieris obtinisset, expansis brachijs, pedes eius supra vnã manũ suarum posuit, altera vò manu caput eius operuit sibiq; eam huius sceleris signo dotauit. Illa quidem virũ habebat strenuum militem, sed huius execrabilis cõmercij penitus ignarũ. Abutebatur ergo illa etiam in eodem loco cubante marito, inuisibiliter, impurissimus ille adulter, & incredibilis vexabat libidine. Sex annis tantum latuit malum, nec detexit mulier perditã tanti criminis probrum. septimo verò anno confusa est in seipsa. & expauit, tum propter colluisionem tam continuae turpitudinis, tum propter timorem Dei, cuius iudicio singulis momentis timebat intercipi & damnari. Confugit ad sacerdotes, & piaculum confiteretur. Peragrat loca sancta, & Sanctorum implorat suffragia. sed nullã ei confessio, nulla oratio, nulla elemosinarum largitio suffragatur. Quotidie, vt prius & importunius à Dæmone infestatur. Deniq; in publicum tantum scelus effusum est. Quo audito & cognito maritus eius contuberma excoeratur. Interea ad locum prædictum Vir Dei Bernardus cum comitatu suo venerat: cuius vt audiuit aduentum infelix mulier, se ad pedes eius tremebunda proiecit. Aperit ei lachrymis persusa horribilem passionem, & ludificationem inueteratã & quod ei nihil proficessent, quæcunq; fecisset sibi à presbyteris imperatã. Addit sibi ab oppressore suo aduentum eius prædictum

Et minaciter interdictum, ne ante eius veniret presentiam: quia nihil ei prodesset. Et ipse recedente Abbate, qui fuerat amator, crudelissimus eius fieret persecutor. Audiens hæc Vir Dei, blandis verbis consolatur mulierem, & de celo promittit auxilium. præcepit quoque, ut die altera (tam enim nox instabat) confidens in Domino reuertatur. Reuersa mane, cum viro Domini blasphemias & minas, quas eadem nocte ab incubo suo audierat, retulisset. Ne cures, inquit vir Dei, minas eius: sed tolle baculum hunc nostrum & pone in lectu tuo: & si quid potest, agat. Egit mulier quod iussum fuerat, & recubans in lectu suo, signo Crucis munita, iuxta se baculum ponit. Adest ille continuo: sed nec ad consuetum opus, nec ad cubile ipsum præsumpsit accedere: tamen minatur acerrimè, quod discedente viro Dei, ipse in eius supplicia reuerteretur. Instabat dies Dominica, & voluit vir Dei per edictum Episcopi popululum in Ecclesiam accerferi. Cumque ipsa die populus maximus ad Ecclesiam conuenisset: inter Missarum sollemnia, comitantibus Episcopis Gansfreda Carnatenfi, & Briccio Namnetensi, ipse ad ambonem conscendit, & ut omnes, qui in Ecclesia erant, candelas accensas in manibus teneant, locutus edicit. Quod & ipse cum Episcopo & Clericis faciens, inauditos Diaboli ausu publice aperuit: & fornicatorem Spiritum, qui in tam horrenda inquinamenta, etiam contra naturam suam, exarserat, cum omnium fidelium, qui aderant, subscriptione anathematizavit, & auctoritate Christi, tam ad illam, quam ad omnes mulieres deinceps interdicit accessum. Extinctis itaque sacramentibus illis luminibus, extincta est deinceps tota virtus Diaboli: & mulieri post confessionem communicati, nunquam postea apparuit inimicus, sed irregressibiliter eliminatus aufugit. Hæc ex vita D. Bernardi.

Magna hæc virtus Exorcismi: sed cuius ex sanctitate viri Dei vires non parum auctæ fuerunt, quo nos utimur, etiam magna virtus, sed non tanta, semper, quanta illius: quod in sanctitate, Exorcistæ nostri multum S. Bernardo cedant: quod sit, ut noster optatum effectum non semper consequatur, quod dum sit, persecutio Spirituum patienter sustinenda: & ferendum, quod emendari non potest: & ex necessitate facienda virtus.

### CAP. LXXXI.

Communis quadam ratio, qua à persequentium damnatorum Spirituum molestia, tam probi, quam improbi liberantur.



Reper bipartitam iam, duobus præcedentibus capitibus, explicatam rationem, qua improbitatem Spirituum declinant tam mali, qui in peccati vindictam, illam sustinent; quam pii, qui ob virtutis exercitium, alia quædam

scatur, quæ utrisque ex æquo feruit, cuius licet vires tantæ non sint, quantæ priorum; hic tamen quid possit, explicandum est.

Tribus videtur illa modis constare. Vnus à loco petitur, alter ab hominum societate, tertius à lumine. Certa quædam sunt loca (templa puto) quibus si, qui persequentes sustinent Spiritus, inueniantur, ut plurimum sunt tuti: Sunt ut plurimum tuti, si soli non agant, sed societate gaudeant aliorum. Denique si tenebras fugiant, & in luce versentur.

Quod dicimus, eorum confessione didicimus, qui molestantes Spiritus sunt passi. Hi requiem se in locis Deo consecratis; in hominum societate; & clara luce habuisse, non semel professi sunt. Sed nec horum nobis testimonio destitutis, rationes desunt atque argumenta.

Declinant hi Spiritus templa, quia morum & omnis pietatis sunt scholæ, quia imaginibus atque Reliquiis instructa sunt: quia Christi venerabile corpus, sub speciebus panis continent: denique quia per consecrationem ab Episcopo factam omnis ipsi aditus ad illa est præclusus.

Et multitudinem declinant, ferè tentant & molesti sunt solitariis, plurima pro hac re sunt exempla. Clarissima verò duo; Euzæ, primæ omnium parentis: atque Christi saluatoris: quorum hunc in deserto, illà in paradiso aggressi. Vtrumque cum solus ageret.

Fugiunt quoque lucem, quid mirum? principes sunt tenebrarum, à Deo, qui lucem inhabitat inaccessibilem, longè recesserunt. Vident operibus tenebrarum ad exteriores inferni tenebras destinati.

Veruntamen, ut diximus, non tanta vires harum machinarum, quantæ illarum, quarum superius mentionem fecimus, duobus modis hæc ab illis differre videntur, primò, quod ad tempus tantum libertatem à molestia tribuant, deinde, quod non ita, ut prioris illæ sint certæ.

In prioribus hoc propositum, ut Spiritibus accessus prohibitus sit, atque ab omni molestia liberi sint viuentes. In his neque hoc est propositum; neque si propositum esset; aut sperare, aut expectare possunt viuentes.

Fallunt quoque posteriores hi modi. Sunt Spiritus quidam, qui etiam in luce meridiana sunt molesti. Sunt qui nec quantumuis magnam hominum verentur multitudinem. Sunt qui templis vix absint. Exempla omnium aliàs dedimus.

Finis Tertiæ partis de Infestis Locis.

LIBELLVS  
DE TERRIFICATIO-  
NIBVS NOCTVRNISQVE  
TVMLTIBVS QVAE HOMI-  
NVMMORTES PORTEN-  
DERE SOLENT.

**C**um argumento de Locis infectis communes esse videntur strepitus nocturni, atque terriculamenta, quae quorundam mortē praere, & indicare solent. Quocirca non abs re fecerimus: si de horū auctore, et similibus pauca dicamus: modū etiā, quo illa fiunt, & tempus atq; loca, quibus fiūt, exposuerimus. Nam excitari hos strepitus, et hominibus haud rarò his timorem incuti, nemo potest dubitare. Tot horum praebet exempla quotidiana experientia: quod sufficere possunt, ad hanc rem non doctis solum, & literatis hominibus, verum etiam, rudi populo persuadendam.

CAP. I.

*Inquiritur causa efficiens nocturnorum terriculamentorū, quae mortis solent esse indicia: & ostenditur illa non fieri vel à deo, vel ab eorum animabus, quorum mortem significunt.*

**D**ifficilis verò res est definire, quā horum tumultuū, & terrificationū causa efficiens sit, quisue author: sed quamuis difficilis, non tamen impossibilis, forsitan verū auctorem inueniemus, si prius, à quibus fieri non possint demonstrauerimus.

Primum

Primum omnium certum est, ab aliquo fieri. Quaecunque enim sunt, cum sui ipsorum causae esse nequeant: omnino oportet, aliquid praeter se habeant, quodcumque tandem illud sit, quod ipsorum sit, ipsaque efficiet. Habebunt igitur & hi tumultus aliquam sui causam.

Quam vero ipsorum causam afferemus? à quo tumultus hi fieri dicendi sunt? Necessè est aut à rebus corporeis aut ab incorporeis proficisci. Neque enim vides quidnam hic tertium admittere debeam.

Porro in rerum corporearum genere gradus sunt plures. Atque ut ab imperfectioribus initium sumatur. sunt hic hominum spiritus, tam viuētium, quam vita defunctorum: sunt Angelorum, tam bonorum quam malorum. Et, qui omnium Spirituum pater est. Deus Opt. Max.

Hos gradus inter res corporeas distinguere hic necesse nō est. Quamuis enim inter ipsas multi sint, quae admodum & inter incorporeas; ad tumultus tamen hos excitandos nihil faciunt, quaecūq; ad gradus hos, quomodo cūq; etiam, reuocantur. Si quid in genere rerum corporearum est, cui hos tumultus & terrificationes tribuere debemus, erunt homunciones quidā (fortè lares domesticos benedixeris) qui inter hominem atq; brutum à quibusdam medium quiddam dicuntur, & nec homines verè sunt, nec bruta.

Cum igitur tam sint varia rerum genera, à quibus tumultus, de quib⁹ quaestio est, excitari dicemus? Age hoc inquiramus. At equidem duo hic certa atq; extra omnē cōtrouersiam posuerimus; reliqua quia difficultatē habere possunt, diligentius excutienda sunt. Certum est à Deo Opt. Max. non excitari, Certum non excitari à Spiritibus eorum, quorum mortem significat.

De Deo nullus dubitū animū habere potest. Indignum est, diuinæ Magestati has terrificationes & ludificationes afficere; Sed & quaecūq; sub cælo fiunt, si duo aut tria, quæ prorsus diuinā virtutem requirūt, excipias, aut per proprias rerum causas, aut Angelorum opera & ministerio exequitur.

Non ignoramus esse quosdam, qui humanū animū, eius scilicet, cuius mortem haec signa praecedunt, è corpore emigrare putant, atq; horum tumultuum auctorem afferunt, verū hi grauissimè errant. Potestne animus corpus desere; & ipsum interim vegetare atq; moueri? Aut fortè vnus idemq; animus diuersis locis existit? & qui, verbi causa in superi domus parte hos tumultus excitat; idem corpus, quod alibi decūbit, conseruat, & fouet? Neutrum horum dici potest.

Sed.

9. Sed nec tumultus hi eos, quorum mortis indicia sunt tum latere possent; si ab ipsorum spiritibus excitentur (neque enim potest animus quæ agit, ipse ignorare.) At lateret tam est certum, quam certissimum, quod fiant.

10. Quid quod nec ab animo hominis omnia commode fieri possunt, quæ in hoc genere fieri quandoque obseruamus; aut si fieri possint, cur sic fieri debuerint, rationes iustas satis vix reddere possumus: Verum quoniam hæc dubia non sunt, reliqua persequamur.

## CAP. II.

*Docetur terrificationes, & dictos tumultus non fieri ab homuncionibus quibusdam: sed nec esse tales, quales dicuntur, homunciones.*



2. Vi homunciones quosdam, medium inter bruta & homines, sub humana tamen forma, animantium genus constituunt; qui occultis quidem locis latent, sed tamen hominum aspectibus se quandoque offerant; illi cum ratione quadam hos tumultus suis authoribus tribuere videntur; quemadmodum & multa iidem, quæ hominibus obsequia exhibent, ascribunt.

3. Sed tamen si rectè philosophari voluerimus; deprehendemus neque tales homunciones in rerum natura esse; neque si essent, mortales hominum posse præscire; quocirca nec indicari; neque si præsciret, tumultuum horum atque terrificationum authores esse.

4. Si enim sunt hi homunciones; ubi quæso degunt, & sua habent domicilia? Mirum valde est, quod inter homines versari dicantur; & tamen nullus vsquam, ubi domicilia sua habeant, locus repertus sit.

5. Deinde qua ratione genus suum, ne intercidat, conseruant, & propagant? (Neque enim putandum est ipsos immortales esse & perpetuam huius vitam agere, quemadmodum in cælis agunt angeli) An fortè eisdem ipsorum, quæ hominum, atque brutorum animantium conditio est; ut quidam ipsorum occidant, alij in eorum locum succedant? At quemadmodum ipsorum non inueniuntur domicilia; ita neque aliquando inuentus est, ex his vnus, qui ex hac vita discessit: non inuentus est; qui in defuncti locum sit suffectus.

6. Quibus etiam rationibus vitam suam sustentant? quibus re-

bus

bus victitant? Aëre viuere, dici non debent; bestiarum atque brutorum animalium cibum tribuere absurdum est; cum ad homines proximè accedant, & vix alio, quàm statura differre videantur. An igitur humanus cibus illis tribuendus est? sed hic sæpe non suppetit; cum in desertis castris, reliquis ædificiis, ad quæ nec homines veniant, nec humanus cibus defertur, plerique ipsorum versari dicantur.

7. Querimus quoque, Vtrum æternæ beatitudinis, & quam in futura vita expectamus, felicitatis participes fieri valeant; an potius vnà cum corpore animus ipsorum intereat? Secundum hoc di- ei nequit, cum & humanam formam referant; & multa, quæ sine ratione non fiant, peragere dicantur. At primum illud nulla ratio- ne dici debet; cum media, quæ ad salutem illam assequendam necessaria sunt, atque à Christo Domino instituta; prorsus ab ipsis negligantur.

8. Omnis ratio cur hi homunciones esse asseratur, ex ipsorum apparitionibus desumpta est, quia scilicet aliquando inter homines sunt visi, sed perfectò hinc paruum argumentum ad ipsos astruendos colligitur, quàm quæso multa sunt, quæ sub aspectum cadunt, & tamen non nisi sensuum sunt illusiones, & præstigiæ; aut certè spirituum sub humana forma Apparitiones?

9. Sed quamuis etiã homunciones hos admittamus, tumultuum tamen horum causa dici non debent. propterea quod mortes hominum quorum hi tumultus indicia sunt, præscire nequeant. Cum enim inferioris conditionis esse dicantur ipsis hominibus, nec tantum valere iudicio & ratione, quantum homines, profectò quod homines non possunt, nec ipsi poterunt, hominum scilicet mortes præscire, & indicare.

10. Fortè quia aliis occupationibus non distrahuntur, ad hominum naturas & temperamenta diligentius attendunt, & idcirco, quæ nos aliis occupationibus impediti præscire non possumus, illi præsciunt. Sit ita verum, qua ratione iam illorum exitus præscire dicendi sunt, quibus violenta mors adfertur? Cum igitur etiam horum ex hac vita discessum tumultus præcedant, quemadmodum non horum, ita neque priorum tumultuum authores dici debent.

11. Constituamus etiam ita esse, ut hominum mortes possint præscire, necdum tamen hos ipsis tumultum ascribere posse vide- mur. Id primum inde manifestum est, quod cum paruo admodum sint corpore, magnas vires habere credi non debent, quocirca nec

T t

tumultus

376 DE TERRIFICATIONIBVS  
tumultus hos, qui quandoque magni sunt, & magnas vires requirunt, ab ipsis excitari vlla ratione poterunt.

11. Præterea quoscunque ipsi tumultus excitant, eos necesse est corporum collisione (& quidem eorum quæ concuti audiuntur) excitari. Audimus sæpe astrictos deferri, ligna aptari, raptari instrumenta, cianos infigi, & mox postquam ad loca, vbi tumultus excitantur, aduolamus, nullam in similibus corporibus motum fuisse, magnis argumentis deprehensimus.

12. Denique diuersis quandoque locis, maximèq; distantibus hi tumultus excitantur. An fortè diuersis etiam locis hos homunciones constituemus? aut postquam in hoc loco excitârunt, ad alium, vt ibidem excitent, transmigrare dicemus? Dicit hæc possint, an cū ratione vehementer dubitauerim.

13. Spirituum igitur opera terrificationes fieri, ex dictis videmus posse concludere. Spiritus sunt, qui tumultus excitant; qui gemitus & eiulatus effingunt: qui funus deducunt, qui tumbas, in quibus defunctorum corpora reconduntur, faciunt. Spiritus sunt, qui vniuersa hæc, atq; his similia efficiunt.

### CAP. III.

*Demonstratur dictos tumultus non excitari à Spiritibus hominum illorum, qui ex hac vita discesserunt.*

1. **R**estat inquiramus, à quibus Spiritibus fiant, qui excitantur tumultus: An ab humanis, qui hanc vitam vnà cum corpore, quod aliquando informarunt, reliquerunt; an ab Angelis: siue illi beati sint, siue æternis supplicii; ita eorum meritis exigentibus, mancipati.

2. Humanos Spiritus ad viuos quandoque redire dubium non est. Id aliàs à nobis multis rationibus demonstratum est. Dubium quoque non est, plurima ipsos officiorum genera apud viuos exercere, veruntamen exerceant quæcunq; velint; in hoc certo genere operas suas ipsos collocare credendum non est.

3. Animorum post hanc vitam non illa propria conditio est, vt Dei apud homines sint ministri; aut quædam in hoc mundo pro officio munia obtineant, ad sint; que rebus humanis; sed vt laborum suorum fructus recipiant; & vel Deo perfruantur, vel debitas pœnas persoluât, quæ circa in hoc genere, quod agant, habet nihil.

4. Non sine singulari Dei prouidentia, atq; dispensatione fit; vt

vinc-

### NOCTURNIS.

377

viuorum rebus defuncti adsint: & quæcunque hanc Dei prouidentiam atque dispensationem requirunt, rarius eueniunt: at tumultus hi rari non sunt: sunt propemodum quotidiani.

5. Petebat Epulo, vt ad viuos rediret Lazarus, qui fratres miserandæ suæ conditionis admoneret. Quid hi: Abraham? Habent, inquit, Moysen & prophetas: audiant illos. vrgit secundo Epulo: putat futurum, vt pœnitentiam agant, si quis ex mortuis ad eos uenerit. Sed bene Abraham: Si Moysen, inquit, & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. An non idem dicere nos possemus? habere, inquam, viuos Moysen, & prophetas? habere tot præsentissimæ mortis exempla, & argumenta? opus non esse; vt ad viuos defunctorum animæ redeant, & instantis mortis commonesciant?

6. Si sacras literas consulamus, reperiemus Deum per Angelos plerumque expediuisse, & non per humanos spiritus; si quando aliquid præter rerum ordinem fieri voluit. quorsum igitur humanorum Spirituum in hoc negotio, non autem Angelorum, si quidem aliquorum vellet, opera vteretur.

7. Cùm tumultus hi atque strepitus mortis quædam indicia sint; quibus nem humanis Spiritibus ipsos excitandi officium tribuimus? iisne, qui cum Deo iam in cælis vitam scelicem agunt? an qui purgatorio igne expurgantur? an qui in inferno scocij sunt Dæmonum?

8. Esto primi illi Deo reuelante cognoscere possint, qui ex hac vita discessuri sint; vt tamen iis hoc Deus reuelet (cùm ipsorum non intersit) velitq; mortis hominum, quasi nuncios quosdam esse, quis credat.

9. Si quando rebus nostris Beatorum Spiritus intersunt, se exhibere solent, & ea quidem forma, vt agnosci facile possint. quemadmodum exempla eorum, qui apparuerunt, docent, vt vbi strepitus hi excitantur, auctores ipsorum conspiciuntur nunquam.

10. Adde quod beati spiritus vix vnquã rebus nostris aut profopos intersunt: Angelorũ ferè opera fiunt, quæcunq; per ipsos fieri videntur. Et qui in propriis negotiis, cùm maximè cæberet, rebus nostris non intersunt; interessent, quando ratio ipsos nulla vt aliorum intersunt, cogit?

11. Eadem propemodum de secūdis Spiritibus dici possunt. Neq; enim credi debet, q̄ interitus hominũ cognoscant; quare nec eorũ vlla signa dare poterūt. Neq; quod appareat, quin status sui cōditionem aperiant; quare nec hic quidquam negotij habebunt.

Tt 2

sed

12. Sed & illi ad viuos redeunt, non vt rebus nostris prospiciant; verum vt suis consulant: vt nostras preces, inquam, atq; patrocina obtineant. Quando autem vel preces, vel patrocina per eos, quos strepitus excitant, expetita?

13. Tertios similiter duæ causæ prohibere videntur. prima est, quod mortem hominum illi præscire non valeant, quocirca nec vlla eius signa dare: altera, quod etsi scire valeant, id tamen officij nobis impendere non permittat, odium nostræ salutis, quo flagrant maximo.

## CAP. III.

*Animas puerorum, & eorum, qui cum solo peccato Originali, vel etiam veniali hinc discesserunt, non excitare hos tumultus & terrificationes.*

1. **S**unt præter eas animas, quæ vel in cælo degunt, vel inferni pœnas experiuntur, vel expiantur igne purgatorio; alia quædam, eorum scilicet hominum, qui aut cum solo originali peccato ex hac vita discesserunt, aut ad Originale venialia quædam, vt vocamus, adiecerunt. Ab his tumultus hos excitari fortè existimauerit quis. nec vt appareat, immeritò.

2. Cum enim ad cælum admitti illæ non possint, ob onus peccati, quod circumferunt: & peccatum ipsorum inferni intolerabilibus cruciatibus vindicari (vt quidam volunt) non debent; alicubi videtur ipsis inter homines alicui esse posse locus, vbi quamuis non prorsus miseriam, non tamen falsicam vitam agant.

3. Hic verò, inter alia etiam hoc officij genus subire dici posse videntur; vt horum tumultuum sint auctores: & quam ipsi secuturam mortem intelligant, eandem æternis quibusdam ignis & argumentis hominibus reuelent ac denuncient.

4. Quid enim toto tempore agerent? quas occupationes haberent? diuinorum contemplatio illis nō data est: naturalium rerum cognitio apud ipsos est parua: in iis, quæ præsentibus obseruant, se occupant: inter quæ, cum possit esse mors hominum; omnino & illam videntur posse præscire; & eandem his tumultibus denunciare.

5. Porro hoc officij genus iis potissimum animabus tribuendum videtur, quæ cum Originali venialia peccata coniunxerunt. Cum

enig

enim hoc nomine aliqua, sensus etiam, & non damni tantum, pœna dignæ sint; & illa, quæ in inferno infligitur, nimis pro leuibus istis erratis videatur grauis; nonne dici possit iustissimum esse, si ad hanc hos tumultus & strepitus excitandi conditionem damnati dicantur?

6. Omnino enim Spiritibus hisce pœna esse videtur, & certis locis attingi, & hominum conditiones morbosque obseruare, & viuentes mortaliquorum certiores reddere; atque aliquando funebrem pompam instituere, & deducere.

7. Porro licet pœna hæc hisce Spiritibus tribustur, non tamen putandum est omnium animas, qui huius conditionis sunt, hoc supplicij genus experiri. Non vnus est Deo modus, quo peccata vindicet. punit quosdam hæc, quam nunc explicauimus ratione, cum aliis alias seruat rationes, sine vlla tamen eorum, qui puniuntur, iniuria.

8. Probabiliter hæc, vt videtur, dicuntur, vtrōm verè, nullus facilè, nisi cui reuelatio aliunde facta est, dixerit. Veruntamen & hæc assertio difficultatem habet non paruam: quod sequentibus doceamus.

9. Primum omnium vnde constat inter homines Spiritus hos locum aliquem habere? Esto post extremum iudicij diem hunc mundum sint inhabitaturi, quod tamen iam inter viuos degant, nostrisque rebus intersint, dici potest, probari non potest.

10. Deinde, sit illis inter viuos locus aliquis: vnde viuorum mortes scire possunt, non solum quæ naturales sunt, verum etiam violentas? An fortè naturas hominum plenè perspectas habent? vt quamdiu vitam suam propagare possint valent cognoscere? Et si hoc detur, violentas mortes, quælibet procedunt voluntate, quomodo cognoscant?

11. Tertio, solet Deus Angelorum opera vtī, si quid hominibus velit significatum. hinc nomen ministrorum Spirituum adepti sunt, quæ si igitur hominibus præsentis & instantis mortis monere velit, Angelorum, non horum Spirituum opera vtetur.

12. Adde, quod cum hæc strepitu quandoque coniuncta sunt aliqua, quæ vix illis Spiritibus videntur posse tribui. Quis enim tantas ipsorum vires dixerit; quæ requiruntur ad maximos, qui aliquando excitantur, strepitus? ad grauissima, quæ obseruata sunt translata enere? Et si strepitus hos ipsorum vires excedere negare nolumus, quis iis tribuat, vt pompam funebrem instituunt, & suis viribus absoluant.

It. 3.

CAP.



## CAP. V.

*Bonos Angelos non esse authores tumultuum, qui  
prænnuncij mortis esse solent.*

1. **V**m (vt dictum est) humanorum Spirituum opera terrificationes hæc, & tumultus nocturni, de quibus disputatio est, non fiant, omnino necesse est ad Angelos ipsos transferri, quorum non parua sunt in hoc sensibili mundo cum hominum genere occupationes.

2. Quoniam verò hi duplicis generis sunt, & contrariorum pro-  
pæmodum studiorum, vtrius tribuendi sunt, grauem habet disputa-  
tionem, facilius est Discipulum hic quam Doctorem agere.

3. Qui rem ipsam, quæ agitur, velit attendere; cum mortis homi-  
nes admoneri videantur, atque in reddendâ De orationem vocari;  
facile sibi patietur persuaderi; hæc non improborum Spirituum,  
qui salutem hominum oderunt; sed bonorum, qui eandem  
amant; opera esse & functiones.

4. Qui verò omnia diligentius secum expendet, haud parum animo  
fluctuabit. Qui, quod contrarias cogitationes facile admittat;  
si enim in his terrificationibus propositum est, vt mortis homines  
admoneantur, quid quærit opus est tot tumultibus? tanto strepitu?  
pompa etiam funebri, & sexcentis aliis; cum multo facilius rati-  
onibus mortis homines admoneri valeant?

5. Accedit quod certum ex hoc strepitu argumentum subsequen-  
tura mortis peti non possit. Quis enim, vtrum mortis indicium  
sit, dixerit; an ob aliam causam excitetur? Esto postquam mors  
subsecuta est, mortis signum fuisse dicere possumus; sed tam è dum  
excitaretur, mortis argumentum esse, certo dici non potuit.

6. Et vt mortis certissimum sit signum, nondum tamen cuius  
mortem portendat sciri potest, quapropter cum singuli, qui in vnâ  
aliqua familia comorantur, ad se illum pertinere existimare possunt,  
frustra hæc à bonis Angelis opera susciperetur.

7. Aliis etiam locis, quam vbi is, qui mortem obit, strepitus hic  
auditus est, & auditur frequenter; aliis locis hæc mortis pronostica  
signa obseruata Nouimus Moguntia mortuum, cuius mortem  
signa non Moguntia, sed alio loco, vbi is prædia sua atq; facultates  
habebat præcesserunt: quomodo verò hic absentibus signis, vt ad  
mortem se compararet, moneri potuit?

8. Quo tempore plerique animam exhalarunt, eodè ipso tu-  
multus excitati sunt non raro, at verò tum eo sine excitatione esse,  
vt ad

vt ad felicem finem se homines præpararent, quis dixerit?

9. Et pessimorum hominum exitus hæc terricamenta præce-  
dunt, & sanctissimorum virorum, verum vt his illis opus non est;  
ita priores illis sunt indigni, Iusto enim Dei iudicio fit, vt qui vi-  
uentes oblitii sunt Dei, morientes obliuiscantur sui.

10. Præcedunt quoq; infidelium mortes, nec eorum tantum, qui  
Christi fidem aliquando complexi fuerunt, sed & Iudæorum atq;  
gentilium, qui eandem impiè reiecerunt. Cum verò his nulla sit  
spes salutis æternæ reliqua, quid est necesse, vt de exitu suo, atq; ex  
hac vita discessu, his argumentis moneantur?

11. Non igitur in hoc strepitu atq; tumultu propositum est, vt ad  
felicem ex hac vita egressum mortales se comparent. Quocirca cõ-  
cludi ex hoc argumento non debet, bonos esse Spiritus, à quibus hi  
tumultus excitantur.

12. Alia etiam ad hanc rem confirmandam argumenta suppetunt.  
Administratorij sunt Spiritus Angeli boni: Deo, in quibuscunque  
ille rebus velit operas suas promptissimè offerunt. Quod si igitur  
hic operas suas locant, necesse est id Dei fiat imperio atq; volunta-  
te, at cum ratio nulla dari possit, cur hos tumultus Deus excitari  
velit, & imperet, cur bonis Angelis ipsos iudicamus tribuendos?

13. Mirum est, quod cum tot & tam illustria bonorum Angelorum  
in sacris literis munia & officia describantur huius tam frequentis  
& vilitati nulla fiat mentio. Mirum est apud Sanctissimos Ecclesie  
Doctores tantum huius esse silentium, præsertim cum inter ipsos  
reperiantur, qui integra volumina de bonorum Spirituum functi-  
onibus posteritati reliquerint.

14. Leuitatis præterea nec pauca nec leuia cum his tumultibus  
coniuncta sunt argumenta: vt verò horum authores Angelos di-  
camus, qui perpetuò Dei faciem contemplantur, res est indignis-  
sima.

## CAP. VI.

*A malis Spiritibus tumultus qui mortis sunt  
indicia, excitari.*

1. **F**acile ex dictis quilibet concluderit, malorum Spirituum  
opera terrificationes & tumultus, qui mortis prænnuncij  
sunt, excitari. Cum enim necesse sit à Spiritibus illos fieri:  
& nec illi qui in humanis adhuc corporibus degunt, nec qui cor-  
pora reliquerunt, & alibi versantur: nec Angeli boni ipsorum autho-  
res fiat, quibus quæso, nisi malis Spiritibus ipsos tribuemus?

Et pro-

2. Et profectò nihil est in hoc genere, quod ab illis Spiritibus sit alienum, aut eorum vires excedat: multa etiam sunt, quæ vt hæc ipsis officia tribuamus, vehementer persuadent. Docemus vtrunque.
3. Necessè est, vt Spiritus, qui horum tumultuum sunt authores, præsentés sint iis locis, vbi tumultus excitantur. Necessè est, vt tumultus excitare valeant. Necessè, vt possint funebrem pompam instituire. Necessè, vt possint scire futuros hominum ex hac vita quos indicant egressus. quid horum in malis Spiritibus desideratur?
4. Locis iis, vbi tumultus excitantur, posse Spiritus præsentés esse nemo negauerit. Magna ipsorum vis est: magna potestas. quocunque propemodum volunt, se loco sistere possunt. At quemcunque ipse aditus patet.
5. Valent quoque tumultus hos excitare. In corpora quid non valent? Nonne omnia propemodum ipsorum virtuti subiecta sunt? nonne quocunque, volut vi sua impellere possunt? quocirca cum tumultus hi ex corporum collisione oriuntur; & hos poterunt; & multo grauiores excitare.
6. Sic in ipsorum potestate est funebrem pompam componere. Neque enim tantum mouere possunt externa, possunt quoque sibi assumere, & quibuslibet vsibus accommodare. possunt quascunque formas illis dare, quamquam pompam funebrem non effectis solum corporibus representant, sed sensuum quoque; nunc externorum nunc internorum fascinatione & illusionè.
7. Et cum ingenio sint sagacissimi, plurimumque rerum experientia valeant, norint præterea rerum naturas, & hominum completiones exactissime; quis dubitabit quin hominum plerumque interioris præcognitionem? præsertim cum & Medicorum quidam reperiantur, qui ea scientia polleant, vt non diem solum sed horam quoque mortis valent prædicere.
8. Vt verò quod possunt velint, & hos tumultus excitent, omnino credendum est. Multe sunt causæ, quæ vt hic operas suas locent, ipsos mouere videntur.
9. Primum, hæc occupatio aliquod miseriarum ipsorum leuamen videtur; dum ad suas penes tanto minus attendunt, quanto magis externis his ludificationibus distrahuntur.
10. Deinde libidinis quædam ratione sic faciunt satis. Cum enim hominibus molesti esse percipiunt, libenter quas habere possunt, ipsas molestandi occasiones arripiunt. quocirca & hanc, vbi non parua trepidatio incutitur, non abiciunt.

Lucrum

Lucrum etiam inde aliquod sperant. Neque enim ipsi tam hic propositum, vt mortem futuram denunciant, quam vt homines eò ducant, vt diuinum quoddam numen credant, quod horum tumultuum causa existat, cui ob id honorem aliquem, cum animarum suarum detrimento, impendere sit æquissimum.

## CAP. VII.

*Tumultus siue terrificationes mortis prænuncias excitari à Demonibus, qui sunt ordinis inferioris.*

**D**AEMONUM opera strepitus hos excitari, & mortis prænuncia fieri demonstratum est; quorum verò hoc proprium sit studium, an sine discrimine omnium, an certorum tantum, non iniucundam habet quæstionem. Neque enim Dæmonum omnium vna est conditio, neque omnium eadem occupationes. Grauiora alii aliis habent studia, prout alij aliis plus valent ingenij acumine, ægendi potestate, nocendi voluntate.

Etenim extra controuersiam est, ex omnibus omnino ordinibus, quos aliquando communes cum bonis Angelis habuerunt spiritus illos cecidisse. extra controuersiam est per peccatum naturam non sublatam. quemadmodum igitur ante peccatum non æqualis omnes fuerunt perfectionis, ita neque post peccatum vna naturæ omnium conditio est.

Conditionem naturæ, studia & functiones sequuntur. Hoc quemadmodum in rebus omnibus certum est; ita in his spiritibus nullam habet dubitationem. Quocirca non eadem inferiorum, quæ superiorum sunt functiones: grauiora hi officia subeunt, illi leuiora munia exequentur.

Quod asserimus, facillimum fuisse in spiritibus deprehendere; si à gratia, in qua creati erant, non excidissent. iam postquam à gratia exciderunt, etsi non omnino, quadantenus tamè suos ordines seruant, & pro naturæ conditione opera faciunt.

Et dictis vt cum que licebit conicere, quosnam spiritus horum tumultuum authores constituere debeamus. Attendamus principio quasnam spiritus mali apud viuos occupationes habeant; tum dein de hoc ipsum de quo præsens est disputatio, opus inspiciamus, & non ita difficile erit de tumultuum nocturnorum authoribus statuere.

V v

Occupationibus

6. Occupationes dæmonum cum hominum genere sunt variæ. Nos pro instituti nostri ratione vniuersas in duas classes possumus partiri, vt alias maioris momenti, & quasi magis principales dicamus; alias leuioris, & quasi minus principales.
7. Priores illæ ex triplici causa definiuntur. ex conditione personarum, cum quibus illæ suscipiuntur: ex rerum, quæ suscipiuntur mole & difficultate: denique ex grauitate mali quod spiritibus vt hominibus incommovent, propositum est, vbi hæc desiderantur, hoc est, vbi neque dignitas adest personæ, neque negotij perficiendi difficultas: leuia etiam proposita sunt mala, leuiore Dæmonum occupationes dicere licebit.
8. In priori genere fuerunt tentatio Christi in deserto habitus; excidium 185000. Assyriorum in exercitu Sennacherib vna nocte delectorum; & primorum nostrorum parentum in paradiso infelix casus. In posteriori sunt nocturnæ ludificationes, in tempestiua terriculamenta, & cum sordidis hominibus turpes & obsceni congressus.
9. Priores exercent vt perdant: posteriores, vt vexent & molesti sint. Quemadmodum in hac vita, dum bella geruntur, non semper aduersæ parti propositum est, vt hostes perdant: sed quandoque, dum perdendi facultas non datur, iuuat molestos esse, terrere, timorem incutere: ita humani generis iuratiſſimis hostibus dæmonibus non semper propositum est vt perdant, sed quandoque etiam, vt molesti sint, & vexent.
10. Hæc Dæmonum studia, hæc cum hominum genere occupationes. Quas nunc quibus tribuemus? quas alias, quam quas ipsi sibi Dæmones deferri volunt? Quis porro dubitauerit, quin priores illas postulent illi altiorum ordinum, posteriores autem inferioribus relinquunt. Pro conditione personarum haud incommode officiorum distributio constituitur.
11. Superbi admodum sunt Dæmones, illi in primis, qui naturæ præstant dignitate. Quocirca quamuis nocere omnibus cupiant, non tam facile tamen leuioris conditionis homines aggredientur; cum iis potius bellum suscipiant, qui in altiori sunt sanctitatis aut dignitatis gradu. quoniam si hos vincant, speciosior ipsorum est triumphus: si vincantur, minor est confusio, quam timent & horrent.
12. Idem illi superiorum ordinum Spiritus ardua magis atque difficultia in se suscipiunt onera. Id illorum postulant naturæ vires, id ad maiorem cumulum gloriæ ipsorum, quam studiosè quærunt, facit: minor etiã hinc, si ex voto res non succedat, timetur confusio.

Eorundem

- Eorundem est grauius erga humanum genus odium, quam aliorum, qui inferiorum sunt ordinum. at odium sequitur nocendi studium. itaque fit, vt his maximè vt noceant, & maiora mortalibus detrimenta efferant, propositum sit.
- Leuia igitur illa munia, & minores occupationes inferioribus Spiritibus relinquuntur, in quibus vel personæ dignitas non postulat aliquem ex illis superiorum ordinum, vel leuia expedienda sunt munia, vel non ita magna proposita sunt mala.
- Hæc cum ita sint, non malè quis conluserit inferiorum ordinum Dæmonum opera hos, de quibus quæstio est tumultus excitari. Nam vt ipsos in priorum occupationum genere ponamus, & superiorum ordinum Spiritibus tribuamus, neque postulat personarum dignitas, quarum causa ipsi excitantur, neque rei quæ hic suscipitur difficultas, neque magnitudo mali, quod in his propositum est.
- Esto etiam ad Principes viros hi tumultus pertineant, eorum funera & mortes portentant, sed tamè nulla dæmonibus cum ipsis concertatio, nulla pugna. Aliis quandoque etiam sordidis & abiectæ conditionis hominibus principum mortes his prænunciis insinuantur.
- Sic in his excitandis non opus est arte magna, aut magnis viribus. Minimus inter omnes Spiritus ex arte pollet, & iis est viribus, vt hos atque multo maiores excitare valeat. Minimus quoque ingenij vi qua præditus est, imminentem hominibus mortem, quæ his tumultibus significatur, præscire potest.
- Malum denique hic magnum propositum non est, præcipua causa, cur opera hæc à Spiritibus suscipiatur, illa videtur, vt hominibus terror incutiatur, qui quamuis malum aliquod sit, tantum tamen non est, vt illud sibi superiorum ordinum Spiritus referuare debeant.
- Sed & alias ob causas hæc studia inferioribus Spiritibus tribuerim. Dubium non est: tantum horum peccatum non fuisse, quantum fuerit Spirituum superiorum ordinum. Itaque nec tanta ipsorum poena, quanta superiorum. quoniam pro delicti quantitate, modus poenarum. Cum igitur non parua dæmonum poena sit inferni carcere concludi, profectò, si aliqui ab hac liberi sunt (vt sunt) erunt inferioris ordinis Spiritus: si aliqui hanc sustinent sustinent illi, qui superiorum sunt ordinum. At vt in inferno Spiritus sint, & huiusmodi tumultus excitent, fieri non potest, qui igitur nondum ad inferni carceres damnati sunt, (vt inferiores illi videntur) non ineptè horum tumultuum authores iudicantur.
- Ordo res pulcherrima est, & tam in rebus omnibus necessaria, vt nec vlla, sine ipsa possit consistere Respublica: nec qui perditissimis sunt moribus, sine ordine viuere possint. Erit igitur etiã

in inferis. Dæmones ordo quidam. Et quemadmodum in Rebus pub. ita in Dæmonum regno alij erunt, qui mandata dant, alij qui mandata exequentur & imperata faciunt. At prius illud ad superiores pertinet; posterius (in quo genere sunt hi tumultus) ad Inferiores.

### CAP. VIII.

*Ab inferiorum ordinum Dæmonibus illis, qui singulorum hominum quasi proprij sunt, & qui dij domestici siue Lares olim vocabantur, tumultus & terrificationes excitari.*

1. **N**ondum quærendi finem facimus. Ex quæstionibus quæstiones ducimus. Quærimus, Possintne certis inter eos, qui inferiorum ordinum sunt, Spiritibus, hi tumultus, & hæc mortis prænuncia signa tribui. Curiosus forsitan lingua scrutamur: sed tamen non sine ratione. Quid enim tam ad nos pertinet scire, quàm quæ circa nos geruntur. & propemodum in vsu sunt quotidiano?

2. Porro hic certi certò non potest constitui quicquam, nisi prius ponatur proprios quosdam adesse singulis hominibus malos genios; & præterea Dæmones quosdam domesticos, quos Lares vocant. Qui hos admiserint, non video cur eosdem horum tumultuum auctores negare debeant, præsertim cum quæcunque hæcenus dicta sunt, in eos convenire; & quæcunque cum his tumultibus coniuncta sunt, per eos commodius, quàm per illos alios fieri posse videantur.

3. Et genios quidem Gentiles admiserunt; atque duos singulis hominibus attribuerunt; alterum bonum, alterum malum. illum virtutis & æquitatis dixerunt auctorem: hunc peccati. Hinc illud Empedoclis apud Platarchum; duplices, quæcunque malum excipiunt ducunt; quæ fortes, diuina terrestriq; Vide Aug. Lugub. de perenni philosophia lib. 8. cap. 4.

4. Consentiant cum Gentilibus ex parte Christiani. Nam bonum genium siue tutelarem Angelum singulis hominibus à Deo datum agnoscunt: consentiunt, inquam, cum Gentilibus, nõ tamen à gentibus instituti, sed sacrarum scripturarum auctoritate, sed sanctissimorum Patrum consensu, & magnis rationibus inducti: vt optime dicitur

mè dixerit B. Hieronymus: Magna dignitas animarum, vt vnaqueque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui Angelum delegatum.

In altero etiam (malo inquam admittendo) haud ita difficiles sese præbent Origenes & Cassianus: & vt bonum ita singulis malum Angelum adesse credunt & probant. Origenes homil. 10. in Lucam & lib. 3. de princip. cap. 2. Cassianus Collat. 8. cap. 17. & Collat. 13. cap. 12. His addo Bedâ in cap. 12. act. Ap. Gregorium Nyssenum in vita Mosis, & auctore operis imper. Hom. 5. in Matth. sed & hoc ipsum antiquissima Traditione non Christianorum modo sed etiam Hebræorum traditum esse scribit Rabbi Moses lib. 3. More ca. 25. Potest quoque eius aliquot vestigium in scriptura notari. Nam D. Paulus datum sibi dicit Angelum Satanæ, qui se colaphizet, 2. Cor. 12. vide Ioan. Maldonat in 18. Matth.

Verum displicet hæc sententia reliquæ turbæ Doctorum: sed tamen, ni fallor, ita displicet, vt malos Spiritus, qui singulis hominibus adstant, non tam negare, quàm quodam modo admittere videri possint?

2. Negant à Deo singulis hominibus malos Angelos attributos; quemadmodum singulis ille bonos attribuit. Putant non cadere in diuinam bonitatem, quæ tantopere hominum salutem desideret, vt nobis hostes assignaret, qui nos infestent, nos de virtutis arce deiciant, nos à Deo optimo & summo bono separent. Existimant Dæmonum odium erga humanum genus satis esse magnum: & per se, ipsos promptissimos esse & paratissimos ad nos molestandos; nec Dei in hoc egere aut imperio, aut ordinatione.

3. Hæc dum consentitur, non negant hos Spiritus, sed à Deo negant ad hoc esse delegatos & ordinatos. significant sua sponte & vltro se Spiritus offerre, & hominibus adiungere, quod non facile damnauerit, qui Dæmonum naturam conditionemque probe perspexerit.

4. Solent Dei opera æmulari Dæmons: quæcunque propemodum Deus facit, conantur effingere. Res certior est, quàm vt probari debeat. Dicuntur ob hanc causam simiæ Dei, quidni igitur & in hoc vult imitari Deum? vt quemadmodum Deus hominibus Spiritus adiungit: nos qui protegant atque defendant, ita illi velint adiungere malos & peruersos, qui molestant & perdant?

5. Confirmat hanc rem antiquissima, & propemodum ab omnibus recepta opinio, qua creditur adesse in extremo vitæ tempore singulis mortalibus non bonum solum modò Angelum, qui animam

ad cœlum deducat, si hinc in Dei gratia decedat; verum etiã malũ qui ad inferos pertrahat, si illa ipsius sint demerita. Nam sicuti bonum, intelligim⁹ illum, qui à natiuitate singulis à Deo est cõcessus, ita non malè videmur dicere malũ esse, qui singulorũ studiis piis semper contrarius fuit, & ad deteriora sequenda impulsit.

11. Si ex difficultate quam in virtutum studio sentimus, rem hãc definire velimus; aut etiam ex pondere, quo ad malum trahimur: si ad molestias, quas plerunq; in somnis experimur, nocturnasq; illusiones attendere: si expendere, quæ sæpissimè occurrunt, peregrinas cogitationes facillè patiemur nobis persuaderi, vt hos inimicos Spiritus credamus.

12. Sunt, qui de hoc Spiritu intelligi autumant, quod Ecclesia postulat hostem suum comprimì. Oratio ex D. Ambrosio d. sumpta est, & sic habet:

<i>Te lucis ante terminum</i>	<i>Procul recedant somnia,</i>
<i>Rerum creator poscimus;</i>	<i>Et nocturnum phantasmata,</i>
<i>Vt solua clementia,</i>	<i>HOSTEMQVE nostrum:</i>
<i>Sis prasul ad custodiam.</i>	<i>Ne polluantur corpora.</i>

13. Et hætenus de propriis singulorum genitijs sunt qui hos à Laribus non distinguunt. At veteres discrimen aliquod inter vtrosq; fecisse inde colligitur; quòd Lares domibus præesse crederent, quemadmodum ex Aulul. Plauti colligitur, vbi in hunc modum quidam ex ipsis loquitur. Ego Lar sum familiaris, ex familia, vnde exeuntem me aspexistis.

14. Nec de his apud veteres fuit dubitatio. Id vel festa Cõpitalia, à compitis; in quibus peragebãtur, dicta, & à Seruio Tullio ipsis instituta, sufficienter demonstrãnt. Quid, quòd omnibus propemodum domibus eorum simulachra habuerunt, & religiosè ipsos coluerint?

15. Sed & antiquissimus scriptor Tertullianus gentibus obicit (cap. 13. sui apologetici) quod indignè eosdem tractauerint, & in suppellectilis ratione habuerint; vt proinde ab iis oppignorati sint, aut venditi, prout cætera instrumenta domestica.

16. Sed nec nostris temporibus eos deesse putarem, nec à veritate aberrare, qui eosdè esse dixerint, quos Germani Hensemenle vocitant. Quidquid sit multorum hæc sententia est, nec rarò quæ Lares hos prodiderunt, obseruata sunt argumenta.

17. Sic nec temerè eos damnarem, qui aqua lustralis vsus ad hos abigendos valere volunt, hæcque Ecclesiam intelligere, quando orat, vt creatura aquæ seruiat ad abigendos Dæmones, morbesq; pellen-

pellendos, & vt in domibus, vbicunq; fuerit aqua aspersa, non illic residet Spiritus pestilens, discedant omnes insidiæ latentis inimici, & effugiat quidquid aut incolumitati habitantium inuidet, aut quicquid.

Ceterum quamuis Lares hos Christiani admittant, quemadmodum olim Gentiles, longè tamen alia est Christianorũ, quam Gentilium de ipsis opinio. Gentēs ipsos in Deorum numero habebant: Christiani non alio, quam Dæmonum loco qui diuinum honorem sacrilegè, vbicunq; p̄ssunt, iustulentur.

Et quamuis virorum nomine compellent, & Hensemenle vocent, non tamen viros esse agnoscunt. hoc illis nomen, quia sub viri specie, & quidem pigmei, quandoq; conspiciuntur, tribuunt.

Cognoscunt etiã nulla habere propria corpora, sed esse prorsus incorporeos Spiritus, quocirca si quando in corporibus se spectandos exhibent, ex aère, aliãue materia existimant illa componi, & vbi aliquandiu iisdem vsi fuerint, rursus deponi.

Nullum ab his auxilium expectant: nullum censent deferendum honorem. Non affectant illorum societatem: respuunt communionem, omnibus omnino angulis cupiunt esse profligatos & expulsos.

Porrò Lares hos atque proprios singulorum, malos genios tumultuum & ladicationum auctores esse, quid prohibet? Dæmones sunt, vt diximus, qui hos tumultus excitant; & Dæmones sunt hi Spiritus; atque Lares, & quidem ex infimis Dæmonum ordinibus, quales etiam harum terrificationum auctores astruximus.

Et cum hi nobiscum versentur semper; qui quæso melius quam ipsi, omnia nostra scire possunt? vt proinde mirum non sit, signa mortis nostræ, etiam violentæ, satis certa dare posse, qui ex consuetudine longa, quam nobiscum habuerunt, exitum nostrum præf. ire potuerunt.

## CAP. IX.

In precedentia Capita de terrificationum & tumultuum auctoribus Censura.

**D**Uplex eorum quæ sunt, genus est. Quædam vt plurimum accedunt & ordinariè fieri dicuntur: quædam rarius, & licentur præter comunè rerum ordinem euenire. Distinctio hæc, vt in rebus naturalibus locum habet, ita hic non est reicienda. Ibi ordinariè fit, vt nouem mensibus vterũ gestet femina: quod si quandoq; hæc lex fallat: & citius vel tardius fuerit.

fecum edat, dicitur aliquid præter verum ordinem accidere. in hoc tumultuum genere ordinaria sunt, quæ hæctenus diximus: si quæ aliter eueniant, extraordinariè fieri dicemus.

2. Extraordinariè verò hæc tria fieri videntur. primò non semper tumultus hos ab iis spiritibus excitari putandum est, qui singulis quasi sunt proprii, quandoque ab aliis excitantur. Secundò, quandoque superiorum ordinum dæmones hic operas suas locant. Tertio, quandoque etiam bonorum Angelorum studio excitantur.

3. De primo vix dubium est. Verisimile est, quod qui eiusdem sunt ordinis, eadem quandoque studia tractent, & officia obeant; præsertim si vnus alterius operam non ægrè ferat, vterque etiam in illa, quæ suscipitur, cum voluptate versetur. quæ cum hic locum habeant, vix dubium, quin aliquando alij, quàm proprii generis hic occupentur.

4. Fortè etiam necesse est quandoque alios aliquos præter proprios hic operam suam locare: tum maximè, quando vnus opera minimè sufficere videtur, ad omnia illa perticienda, quæ in his terrificationibus sæpe obseruatur. Nam & in variis ac plurimum distitis locis eodem tempore aliquando fiunt, & egregia quandoque instituitur pompa funebris, quæ plurimum spirituum operam requirunt.

5. Sic superiorum ordinum spiritus operas suas hic locare credi potest. Libido siquidem humanum genus vexandi, studiumque nocendi, quæ ipses nunquam deserunt, efficiunt, vt nullum, quamuis vilissimum officij genus esset, superiores dæmones fugant. Vt sordidi mercatores & auari, ex re quavis lucrum, ita illi vndecunq; & vbicunq; possunt, hominibus detrimenta afferre quærunt.

6. Quod dicimus, pluribus exemplis ex sanctorum historiis depromptis confirmari potest. plurima probant præcipuos spiritus & sordida officia subiisse, & ad inferiorum conditionem se dimisisse, interim non dicatur hanc occupationem suppliciorum, quæ patiuntur grauissima, aliquod ipsis (quod petunt) esse leuamen.

7. Bonorum etiam Angelorum opera hæc mortis indicia quandoque dari ex duobus videri posse conicere. primum ex eo, quod non rarò Deus quibusdam significari adesse tempus, quo ex hac vita discessuri essent: quod vt non nõquam occultiori quadam inspiratione factũ est, ita his signis, bonorum Angelorum, quibus  
Deus

Deus vti solet, opera aliquando accidere, & accidisse, non sine ratione dixerimus.

Ad hæc accedit quod etiam cum sanctissimorum hominum morte signa hæc aliquando coniuncta sint; & locis non prophanis solum, verum etiam sacris obseruata iis quoque exhibita, qui continentium cum diabolo bellum gesserunt: sed nec rarò sine fructu sint peracta, atque significatione sanctimonie eorum, quam obitum præcesserunt. Quis verò hic malignos spiritus operas suas locasse credat.

Veruntamen hæc, vt diximus, rariora sunt, quæ superius definita, frequentius accedunt. Quapropter quemadmodum paucorum priuilegia communibus legibus non derogant, ita quamuis exceptio dari possit, negari tamen non debet, malorum spirituum & præcipuè priorum geniorum opera tumultus hos excitari, & signa mortis dari.

## CAP. X.

### De finibus, qui Damonibus in tumultibus nocturnis & terrificationibus propositi sunt.

**D**E authoribus & causa efficiente tumultuum nocturnorum & terrificationum dictum est: restat, vt eorundem fines inuestigemus atque effectus. Ibi quæritur, quid spiritibus in his tumultibus sit propositum: hic vtum tumultus mortis vera signa sint, illamque efficiant, prius illud hoc cepite, posterius sequenti explicandum est.

Fines varij dæmonibus hic propositi videtur. primum omnium opera hæc ab ipsis suscipitur, vt hominibus terrorem incutiant, & molestiam aliquam afferant. Et ad hoc vix quidquam tantum, quantum si tumultus concludit, tum quod nocte plerunque, quæ per se horrorem affert, excitentur, tum quod cum morte, quæ terribilium omnium terribilissimum est, sint coniuncti, tum deniq; quod causæ ipsorum & rationes vix intelligantur.

Videntur deinde excitari, vt futuram mortem denunciant, quoniam cum morte coniuncti sunt, atq; ea, quæ ad funebrem pompam pertinent, cum his quandoque effinguntur, vix possumus dubitare, quin vt imminentem mortem indicent suscipiantur.

Tertius finis est, vt hac ratione fidem sibi apud mortales, dæmones comparent, habeantur quæ veraces si quando alia prædicunt, cum

cum in hominum mortibus iudicandis non fallant. Etenim vt hanc opinionem apud mortales habeant, vehementer nec sine causa, adlaborant.

5. Accedit his quartus, qui ex communi Dæmonum studio petitur: quod cum sit homines à Deo baducere, erroribus inuoluere, & cultum qui vero Deo datur, sibi arrogare, omnino Dæmonibus hoc illud propositum est. Cupiunt scilicet nequam spiritus homines in has cogitationes inducere, vt numen aliquod esse credât, à quo hi tumultus excitantur, & huic tandem diuinum honorem impertiantur.

6. De quarto hoc sine res clara est, hoc præcipuum esse Dæmonum studium sacrę docent literę, vt Leo rugiens circum eunt, quęrentes quos deuorent. Nec hoc frustrati sunt apud eos, qui Lares Deos quosdam domesticos arbitrati sunt, iisque diuinum honorem derulerunt, & deferendum decreuerunt, vt de Seruio Tullio testatur Plinius lib. 37. cap. ultimo.

7. Tertiam finem vehementer desiderant, ob ingens quod inde sperant lucrum. Sic scilicet eos qui occultorum cognitionis desiderio tenentur (quorum haud paruus numerus est) facilius ad se pertrahunt, atq; vt ipsorum consilio & auxilio, cum presentissimo animarum detrimento vti velint, persuadent.

8. Ad primum idem nocendi desiderium excitat, quod quia maximum & ardentissimum est, quasunque quibus incommode re possunt, rationes acceptant, quamuis etiam grauius damna asserre nequeant. etiam hoc sibi nomine placent, si molestiam asserre, & quietem interturbare valeant.

9. De secundo sine dubitauerit forsitan quispiam; quod vix fieri possit. videatur; vt hominum mortes, & illa, quę cum funere coniuncta sunt præuidere valeant. Verum dubitandi locus nullus erit, si, quod spiritus illi rationes, ex quibus ista præscire queant, velit expendere.

10. Duplices hominum sunt mortes: naturales & violentę, vtraque Dæmones possunt præscire: vtraque prædicare & indicare.

11. Possunt præscire naturales, quia sagacissimi sunt, tum ob incredibilem solertiam & subtilitatem mentis; tum ob eximiam multorum millium annorum experientiam; tum deniq; propter perfectam rerum omnium naturalium absolutamq; scientiam; qua vt res alias, ita hominum naturas, corporum affectiones, & studia, ex quibus mors accidit, intelligunt.

12. Violentas partim Dei reuelatione per bonos Angelos facta cog-

ta cognoscunt; (nonnunquam enim Deus ad mortem homini inferendum Dæmonum opera vtitur) partim ex clandestinis consiliis verbis, scriptis aliisque signis deprehendunt; partim etiam ex præparatione illarum rerum, quę ad mortem adferendam adhibentur.

Hęc grauissima B. Augustini confirmat auctoritas. Sic enim loquitur lib. 2. de Genesi ad literam cap. 17. Spiritibus quędam vera de temporalibus rebus nosse permittitur: partim quia subtilioris sensus acumine, partim quia corporibus subtilioribus vigent: partim experientia callidior propter magnam longitudinem vitę: partim à sanctis Angelis, quod ipsi ab omnipotente Deo discunt, etiam iussu ipsius reuelantibus, qui merita humana occultissimę iustitię sinceritate distribuit. Aliquādo autē iidē nefandi spiritus etiā quę ipsi facturi sunt, velut diuinādo prædicunt. Hęc August.

### CAP. XI.

#### De effectis nocturnorum tumultuum & diabolicarum terrificationum.

**N**am quę horum tumultuum & terrificationum virtus sit, quid quę ipsi efficiant, inquirendum est. Nam cum duplicia signa sint; & alia quidem tantum in notitiam alicuius inducant, id verò quod significant, non efficiant: alia vero sint, quę quod significant, efficiant; vtrum in hoc, vel illo genere tumultus hos constituere debeamus, quęstio est.

Et quidem in priorum signorum numero eos esse, dubium non est. Verum cum hęc signa duplicia sint, & quędam aliquando fallant, quędam nunquam fallant; qualia quęso sunt hęc, quę mortis dicuntur esse indicia? suntne ita certa, vt fallant nunquam, an fallunt aliquando?

Quod quęritur ex conditione eorum, qui horum tumultuum auctores sunt definiendum est. Hi cum hominum mortes præscire, vt plurimum, valeant, vt plurimum sit, vt ad signa hęc atque tumultus ab ipsis excitatos mors sequatur.

Sed tamen fallere quandoque dubium non est.

Hoc primum in illis, quibus violenta mors affertur manifestum est. Hęc enim cum ab hominum pendeat voluntate; quemadmodum dæmones hominū cogitationes & voluntates perfectè nõ intuentur, ita neq; possunt sublecutura mortis certa signa dare.

Sed & quę naturaliter homini mors accidit, impediri potest; si non ex aliis causis, ex Dei profecto voluntate, cuius nutu vitę

nostræ momenta decurrunt. Potest ille vitam, præter naturæ ordinem dare: potest ab inferis ad vitam reuocare: quidni posset eandem præter naturæ leges præregere?

7. Quapropter quod ex causis naturalibus mortis argumentum, à Dæmonibus sumitur, licet magnum robur habeat, propter vires naturæ, quæ parua non sunt, quia tamen Deo ad nutum natura obedit, tantum argumentum sumi non debet, quod nullam patitur exceptionem.
8. Verùm alterum propositæ quæstionis membrum examinemus. atq; vtrum tumultus hi, non signa solum, sed etiam efficacia signa futuræ mortis sint, discutiamus. Sic enim plerunq; indoctus vulgus iudicat, vt quæ rei alicuius sunt signa, illa existimet & causas eiusdem esse, & efficacia signa.
9. Dupliciter autem intelligi potest signa hæc mortis causam esse primum quidem, vt ipsa per se nuda sumantur, nulla habita ratione auctorum, à quibus fiunt: deinde vt cum ipsis, eorum auctores coniungantur: atque illi mortem efficiant, quam signa ipsa indicant.
10. Primum nullo modo dici debet. Tumultus hi, & quæcunque obseruantur signa, mortem non efficiunt, nec efficere valent, propterea quod nullum inter causas, quæ mortem afferre solent, locum habeant.
11. Potest homini mors extrinsecus, potest intrinsecus accidere. Intrinsecus mortis causa sunt defectio caloris naturalis, aut primogenij humoris, quem radicalem vocant: immoderata item vis passionis & perturbationis animæ: præterea Propria voluntas in iis, qui præsentis vitæ tædio, aut malorum quibus premuntur impatientia, aut quia instantem calamitatem auertere cupiunt, violentam sibi mortem consciscunt: immodici item cibi & potus, venerisque intemperantia: denique nimius labor & defatigatio corporis.
12. Extrinsecus eadem mors contingere potest, vel ab homine aut bestiis, aut Dæmonibus, aut Deo per Angelos: vel ex cibo potuque lethali: vel ex vtriusque, cibi inquam potuque defectu: vel ex intemperie cæli: vel casu aliquo fortuito. Hæc causæ extrinsecæ mortis. Quid verò vel cum his, vel cum superioribus causis tumultus nocturni commune habent? Sunt quidem extra hominem, sed tamen ex eorum genere, quæ mortem: ferunt, non sunt.
13. Sed nec idcirco causæ mortis dici debent, quod Dæmones cum his studia sua coniungunt, & ita hominibus mortem afferant: primū

primū quidem, quia non vt instrumenta mortis signa hæc Dæmonibus assumuntur; deinde quia non ipsi Dæmones, dum hæc signa efficiunt, vitam nobis adimunt: solum his denunciant terminum vitæ adesse.

## CAP. XII.

*Inquiritur modus, quo tumultus excitantur, & terrificationes nocturna sunt.*

**H** Vobis modis intelligi potest, tumultus hos à Spiritibus excitari. Alter est, vt dicantur Spiritus primū corpora assumere, humanis corporibus similima; atque ita velut homines quidam, malleos, atq; alia instrumenta, quibus strepitus excitantur, tractent. Alter, vt nulla corpora assumant, & nihilo minus hos strepitus excitent.

Vterque modus, his, quemadmodum aliis Spiritualibus creaturis, possibilis est. Ratione ad hanc rem probandam opus non est. prioris tot suppeditant exempla sacræ literæ, quot opus est ad hanc rem etiam refractariis persuadendam. posteriorem ipsis possibile esse probat vel solius cæli conuersio, quod à Spiritibus mouetur, quamuis corpus, vt mouere valeant, nullum assumant.

Nec modò vterque modus possibilis est Spiritibus: etiā vterque æquè est facilis. Corpus assumptum nihil in hoc negotio Spiritus iuuat. Tam in corpore, quàm extra corpus sunt expediti. Id discriminis est, quod in priori maior videatur esse occupatio; dum prius corpus assumitur, quàm tumultus excitetur: in posteriori mēmor, vbi corpus assumitur nullum.

Sed quem modum in his tumultibus excitandis Spiritus feruant? Dubium non est, quin nonnunquam in assumptis corporibus ipsos excitent: quia non auditi solum, verum etiam visi sunt sub humana specie Spiritus, horum tumultuum auctores.

Interim tamen, vt plurimum fieri dixerim, vt nullum corpus assumant, & sela sua ingenita ipsis vi atq; potestate, absq; vilius assumpti corporis sub iudicio eisdem efficiant.

Cum enim propositum Spiritibus sit, vt hominum mortes indicant: ad hoc verò necesse non sit, vt sub spectabili forma sela exhibeant (solum tumultus, qui ad aures defertur, id abundè præstat) quid quæso assumpto corpore opus est?

Quid quod quæ in hoc strepitu, in vsu instrumenta esse videtur, reuera in vsu non sint? & quæ moueri iudicantur corpora, reuera



- 354
- uera non semper moueantur? Quod dicimus hoc est: Non necesse est, vt si nobis audire videamur deferri asseres, aptari tumbæ, quæ cadauer mortui excipiat, & eandem malleis claudi; hæc reuera fi-  
ant; id est, & asseres deferantur, & aptetur tumba, & malleorum sit  
vſus: necesse hoc non est. Quemadmodum re ipsa spiritus corpora  
humana non habent, dum humana specie se spectandos exhibent;  
ita non semper ab illis rebus sonus excitantur, a quibus excitari vi-  
detur; nec semper corpora mouentur, quæ moueri videntur.
8. Huius si non aliud argumentū est: hoc sufficeret, quod mox  
postquam sonum auditu percepimus; si ad locum, vbi ille excitatus  
est, aduolemus, nihil eorum, per quæ sonum excitatum iudicau-  
imus, reperiamus: inueniamus etiam nihil inordinatum, sed om-  
nia suis locis, & ordinibus optimè composita.
9. In aëre igitur, & per aërem hic sunt omnia. illum ita collidit  
spiritus, vt nunc delatorum asserum, nunc percutiētis mallei, nunc  
alios atque alios sonos reddat.
10. Hanc rem confirmat obtusior sonus, qui in his terrificationi-  
bus notatur. quamuis enim proximo loco excitetur, à longè nihil-  
ominus fieri videtur; nec ita, vt ille, qui malleorum ictibus fit, au-  
res percillit.
11. Verū enim uero, etsi malleorum & asserum sonus non sit,  
qui excitatur; verus tamen est sonus propterea quod quæcunque  
ad sonum perficiendum necessaria sunt, hic reperiantur, corpus in  
quam percutiens, corpus percussum, atque medium, in quo sonus  
excipitur, & ad aures defertur.
12. Tria tamen hæc non re ipsa semper sunt distincta. Non aliud  
est semper quod percutitur corpus, aliud quod percutit, aliud me-  
dium in vtriusq; corporis collisione excitatus strepitus recipitur.  
Medium nunc cum percutiente, nunc cum percusso idem est: sæ-  
pe etiam cum vtroq; idem.
13. Potest dæmon vel duas inter se aëris partes collidere; atque  
tum ex vtriusq; collisione exortus sonus, in medio, quod à percu-  
tiente & percusso corpore non differt, excipitur. Potest quoque  
vel alio quopiam corpore verberare aërem; vel aërem ad aliud so-  
lidum corpus allidere, atque tum à medio neq; percutiens corpus  
differt, neque percussum.
14. Porro, quomodo cum tandem strepitus excitantur, dæmo-  
num illi potestate excitantur, qua verò illa? an quam intellectuā  
uocamus? an voluntate; an alia aliqua, ab vtraque diuersa?

Sola

Sola intellectus operatio hic non sufficit. Eius omnis in rebus  
cognoscendis occupatio est; in qua dum versatur, præter id quod  
in ipso est, prorsus fit nihil. At tumultus hi sunt aliquid extra intel-  
lectum: in aëre formantur, in aëre consistunt, in aëre conseruantur  
& per aërem ad audientium aures deferuntur.

Non solo etiam voluntatis imperio sunt. Diuinæ virtutis est, 15.  
solo voluntatis imperio res producere. In solo Deo locum ha-  
bet quod dicitur; dixit & facta sunt. Ea non est spirituum aut  
honorum aut malorum virtus, vt quæ velint & imperant, mox  
siant.

Tertia igitur vis est, qua hos tumultus excitant, illa inquam, 16.  
quam motiuam virtutem non incongruè dixerimus. Hac quem-  
admodum se mouent, ita orbis cælestes, ita quæcunq; volunt cor-  
pora. hac tumultus hos excitant, hac quæcunque ferè apud morta-  
les agunt, exequentur.

Interim quamuis hæc sola sit, quæ tumultus excitet, cætera-  
rum tamen facultatum opera hæc non eiicitur. Quemadmodum 17.  
homo nihil mouet aut operatur, ad quod non prius voluntas im-  
pulsit: voluntas autem ad nihil impellit, quod non tanquam bo-  
num, intellectus proposuit, ita ad quemcunque strepitum, qui à  
spiritibus excitatur, accedit voluntatis imperium, cum rationis iu-  
dicio & dictamine.

CAP. XIII.

L Oca etiā atq; tempora, quibus strepitus hi excitantur, obser-  
uanda sunt, ne quid eorū, quæ cum ipsis coniuncta sunt, præ-  
teriisse videamur. 1.  
2.

Loca verò sex præcipuè, vbi tumultus excitantur, notantur.  
primus est, vbi animam agit is, cuius mortem signa testantur. secun-  
dus, vbi eiusdem degunt amici, qualescunq; tandem illi sint. terti-  
us est, vbi possessiones habuit aut prædia. quartus, vbi officia seu  
munia quædam obiuit. quintus, vbi quæ ad funus necessaria sunt  
comparantur. sextus, vbi corpus moritur, sepelitur.

De nullo dictarum locorum dubium est. Exempla hic supe-  
rant quotidiana. veruntamen in primo illo frequentius audiuntur 3.  
tumultus, vt credi possit, omnino dæmones desiderare, vt in præ-  
sentium & domesticorum notitiam mors subsequatur perueniat.

Ratione secundi loci fit, vt strepitus etiam in remotissimis 4.  
orbis partibus obseruati sint, vbi scilicet ij, qui morituro quadam  
ratione coniuncti sunt, versantur. quocirca & hic locum habet,  
quod

quod superius dicebamus, vt vnus dæmonis opera non sufficiat, præsertim si eodem tempore in diuersis locis illi excitentur & audiantur.

4. Et quia tertio loco, hoc est vbi possessiones habent morituri etiam fiunt, hinc est, vt nunc in agris, nunc in arcibus, quæ diuersis etiam locis habentur, iidem audiantur, & eadem ratione fiant, quæ ij. de quibus Thesi superiori.
5. At ratione quarti loci accidit, vt in syluis vbi venationi opera data percipiuntur; percipiuntur in officinis, vbi laboratum; in templis vbi diuina officia frequentata. Sic aliàs diximus in Moguntinæ Diocesis quodam Ecclesia excitari, tumultus eò ipso loco, vbi qui ex hac vita discessurus est diuina officia persolvere solet.
6. Sic quia (quod quintus locus postulat) ad funus præcipue pertinent tumba atq; cerei, fit, vt in adibus Arculariorum atq; Lychnopeiorum omnia comparari & fieri cum hoc tumultu frequentissimè audiantur, quæcunque vel ad comparandam tumbam, vel cereos conficiendos necessaria sunt.
7. Denique ratione sexti loci fit vt in templis audiantur, atq; cimiteriis, quia his locis sepulturam Christiani habent, quibus illa addimus, vbi iustitia administratur, & malefactoribus iusta pro meritis supplicia decernuntur: in quibus etiam nunc hi strepitus auditi, nunc alia signa obseruata, quæ suppliciorum reis inferendorum certa essent argumenta. Hæc de locis.
8. Tempora quibus excitantur potissimum duo sunt, meridies & intempestata nox. posterius Spiritibus illis cõterit; quoniã qui malè agunt, Domino dicente, lucem fugiunt, prius quemadmodum & nox instituto ipsorum optimè seruit, quandoquidem vtroque maior quies est, quam illi in his occupationibus studiosi, us quærunt.
9. Præcipuè hæc tempora Dæmones obseruant, sed tamen alia ipsis interdicta non sunt: aliis quoque hos tumultus excitant. Sicuti libere suas cogitationes ad hos excitandos adiiciunt; ita possunt, quæcunque ipsis libent, tempora pro hoc officio deligere.

*In hoc de Locis infestis Tractatu nihil dictum volumus, quod quouis modo cum fide orthodoxa, aut melius sentientium iudicio pugnet.*

P. S. I. S. S. S. T. P.



FINIS.